
DIONYS
AREOP.

IGNAT
ET
POLYCAR
EPISTOL


LEGES
JURAQUE
SERVAMUS
THE LAW SOCIETY



¶ Insuper adduntur De heresibus. De fide catholica. De contẽptu mũdi non habita.
¶ Cum puritate Religione Pietate Deuotione
Humilitate Reuerentia attentione et queq;
alia sacra scripta Tractentur Legantur Seruentur:
Ad Jhesu paterne lucis talium munerum et auctoris et largitoris honorem.

¶ Ambrosii oratoris et monachi/ Camaldulensis ordinis prefatio in
translationem librorum sancti Dionysii Areopagite.

Nobilitatem generis/ diuitiarūq́ copiam magni Dionysii: Atheniēsiū ꝯciliū/
Lucas. cuius per electionē particeps erat/ ostēdit aperte. Nam vt diuinus nos Lucas
in scribēdis apostoloꝝ actibus docuit: Areopagitarū fuerat vnus. Cūq́ enim
apostolus Paulus athenas petiisset/ atq́ cum philosophis tum epicureis/ tū
stoicis verba fecisset/ christūq́ ipsis dn̄m nostrū/ mortuoꝝ resurrectionē/ et ge=
neralē iudiciū ꝑdicasset: captus/ atq́ ad Areopagitas ductus/ ꝑdicatione sua nōnullos etiam
Dionysius. Damaris. ibi cōfestim lucratus/ ad veritatis lucē reduxit. qui et recedentē secuti sunt. In his Dionysium
quoq́ Areopagitā fuisse/ mulierēq́ Damarim noīe/ aliosq́ cū ipsis nōnullos tradidit. Ego
autē nō arbitror absq́ causa preter ceteros qui tūc diuina Pauli ꝑdicatione crediderūt: Dio=
nysiū a scriptore qui spiritu dei mouebat̄/ tantūmodo ipsa etiā addita dignitate noīatū fuisse.
Cōciliū areopagitarum. Androcio. Areopagita enim (inquit) Dionysius fuit. sed credo ita factū: quia et sapiētia ꝑcipuus fuit/ et
vite apud athenienses sāctissime. Nō eni quoslibet: sed genere/ diuitiis/ viteq́ sāctimonia pri=
mos atq́ ꝑclaros ad ꝯciliū illud deligebāt. Et antiquitus quidē ut Androcio in secūdo rerū
atticarū libro refert: ex nouē primis magistratibꝰ/ nouē primi deligebant̄. postea vero Areo=
Philochorꝰ Pagus martius. pagitarū numerus vsq́ ad quinquaginta virū cōcreuit: primarii tamē semꝑ viri (ut diximus)
elegibāt̄/ ut etiā Philochorꝰ in tertio rerū atticarū scribit. Erat autē pagus martius extra vr=
bē athenas: vbi areopagitarū ꝯciliū: leges ꝯtemnētiū/ causas cognoscebat. quas oēs Androcio in primo/ et philochorꝰ in scdo et tertio rerū atticarū enumerat. Ita ⁊ diuinꝰ Paulus quasi
nouos deos ꝑdicans: a fatuate sapientie studiosis ad martiū trahit̄ pagū. Sed ꝑcipuus inter
eos/ veritatisq́ amator diuus hic Dionysiꝰ: integro suo pauli ꝑdicationē iudicio cōfirmauit.
atq́ ilico inani areopagitarū grauitate relicta: lucē ꝑdicationis Pauli/ dn̄m nostrū ihesū chri=
stū secutus est. nam etsi rhomani tēporibꝰ illis iperio suo domuerāt oīa: atheniēses tamē atq́
Apostolice institutiones. lacedemonios legibꝰ/ moribusq́ suis libere viuere ꝑmiserūt. Unde martii pagi ꝯciliū: digni=
tatē adhuc suā retinebat. Ita igit̄ veritati iam adherēs Dionysiꝰ: primū a paulo salutis dog=
Dionysiꝰ corinthiorum. mata ꝑcepit. Deinde maximo Hierotheo (ut ipse ait) secūdo vsus est ꝑceptore. et demū (ut in
septimo apostolicarū institutionū libro scribit̄) episcopus a paulo atheniensiū qui credebant
Policarpus statuit̄. Huiꝰ beati Dionysii: Dionysiꝰ alter antiquissimꝰ corinthioꝝ episcopꝰ meminit. ⁊ Po=
lycarpus: in quadā eiꝰ ad atheniēses epistola. Sed rectā magnāq́ sāctissimi huiꝰ viri doctri=
nā mirari oēs maxime debēt: qui traditiōes ecclesie iculpabiles/ et exq̄sitā disciplinā nouerūt ⁊
nichil coinq̄natū/ nichil ipurū ex adulteratis philosophoꝝ dogmatibꝰ imiscēti. Et plerisq́ vt
miseris cōdolendū est: qui ꝓpter suā ignorantiā acerbos se iudices/ atq́ cēsores ꝑbuerūt. qui
acuta ceteroꝝ inuēta prout ignorātia sua dictat acerbe carpētes: cum legāt que nō intelligūt/
scriptorē statim cōdēnant. neq́ eos pudet/ ꝙ nec redarguere/ nec emēdare possunt: que male
putāt ꝯscripta. ad seipsos ergo iram suā cōuertāt: sibiipsis acerbi sint/ qui per negligētiā altio
ra discere nequiuerūt/ quiq́ a doctioribꝰ petere dedignati/ i dubiis suis cōtabuerūt. Hec dixi
q̄a nō nulli beatū hūc Dionysiū/ quasi heretice multa ꝯscripsisset vituperāt: qui michi hereti=
coꝝ etiā ꝑuersas opiniones ignorare vident̄. nam si scirēt: certe ꝯferēdo hec illis/ viderēt tātū
ab eis differre/ quantū lumen a tenebris distat. Quid enim dicent de theologia istius viri: qui
trinitatē solā adorabilē ꝑdicat. Quid dicēt ꝙ animā/ corpusq́ humanū (hoc est totū hominē)
ab vno trinitatis Ihesu christo vnigenito dei verbo absolute assūptū fatet̄. Quid dicēt de in=
tellectualiū/ intelligibiliū/ sēsibiliūq́ ipsiꝰ doctrina. aut in quo reꝑhēdere poterūt: quecūq́ de
generali hominū resurrectione/ de gloria iustorū/ et ipiorū suppliciis docuit? Hec enim vt sū=
matim dicat̄: salutē cōtinent nostrā. que latius exponere: modo tēpus nō est. presertim cum
oportune scholioꝝ cōmētarii illa idicaturi sint. Sed nō enumerauit libros ipsiꝰ (aiunt) Euse=
Eusebius. Origenes. bīꝰ Pāphili: neq́ origenes eiꝰ meminit. Nos aūt multa fuisse ab Eusebio pretermissa (q̄ forte
Hymeneus. ad eū nō ꝑuenerāt) respōdemꝰ. imo vero ille ipse respōdet: q̄ se fatet̄ inumerabiles credere li=
Narcissus bros ad se nō ꝑuenisse. nā vel nōnulloꝝ regiōis sue hominū libros legisse nullo modo videt̄. vt
Panthenus hymenei ⁊ narcissi hierosolymitane ꝑsbyteroꝝ ecclesie. nec pātheni opeꝝ meminit: nec clemē=

tis rhomani duabus solũ exceptis epistolis.multos insup ab eo ꝑtermissos numerare pos= sẽ:si opus esse putarẽ.Origines autẽ non omniũ : sed vix quattuor solũ modo meminit vi= rorũ.Michi vero diacon⁹ q̇dã rhomanus noie Petrus:oẽs diui dionysii libros in rhoma= na sacrorũ bibliotheca librorꝫ iueniri affirmauit.quorꝫ plurimos ad beatũ timotheũ pauli discipulũ et ephesinũ episcopũ scripsit.Is enim ab Ionice philosophie studiosis(qui tunc apud ephesinos florebãt) vehemẽter agitabatur.atqꝫ ideo beati dionysii oĩs externe phi= losophie doctissimi:patrociniũ petebat.ab areopagita vero dionysio hos libros ꝯscriptos fuisse:illud etiã testat̃ ꝙ multorũ meminit/et non nullorũ dicta ꝓponit qui tẽporibus illis floruerunt.quorũ et actuũ liber/et epistole pauli meminerũt.sed ꝑcipue omniũ sinceritas dogmatũ:istud ostendit.Et quãuis hi libri lõgioribus egeant cõmẽtariis:vt multitudo/ altitudoqꝫ rerum planior fieri possit:breuius tamẽ per scholia marginalia deo confisi que visa sunt scripsimus.

Clemẽtis. Origenes.

¶Capitum diuinorũ operũ beatissimi Dionysii areopagite index. Folio

¶C e l e s t i s h i e r a r c h i e.

¶E c c l e s i a s t i c e h i e r a r c h i e.

¶Jacobus Faber Stapulensis pijs lectoribus.

Lumen quanto soli vicinius eſt: tanto splēdet illuſtrius/ vimqꝫ mortaliũ ſuperat oculorum. et vnũquodqꝫ quāto ſue propinquat origini: tanto quoqꝫ puriorem ſuā retinet naturā/ atqꝫ ſeruat. neqꝫ id aliter in diuinis: aliter vero in humanis euenire putandum eſt. Hinc omniũ ſane ſcripturarũ ſupremũ dignitatis apicem/ ſummũqꝫ deus/ auguſtā reuerētiam/ ⁊ auctoritatē obtinere dinoſcũtur ſacroſancta euangelia: vt que a deo proxime manauerint in diſpoſitos animos trāſfuſa. mox ea ſequũtur ſācte et arcane iheſu reuelationes/ apoſtolorũ acta/ ⁊ epiſtole/ et prophetaꝝ monumēta: que veteris legis cōtinentur organo. ⁊ hec vniuerſa duplici teſtamēto/ et vetere ſcilicet et nouo contēta: eloquia nominātur. Porro eloquia proxime et dignitate et auctoritate ſequũtur ea agiographa/ ſāctaqꝫ ſcripta: que apoſtoloꝝ auditores ad fidelis eccleſie inſtituēdā futurā ſobolē reliquere. inter que ſũt diuini Dionyſij Areopagite ſacratiſſima opera/ tāta excellētie dignitate eminētia: vt cōmēdationis coꝝ nullus vnq̄ꝫ verbis valeat aſſequi ſũmā. vt enim dilectiſſimus deo diſcipulus Joānes/ ob euāgelij ſui ſublimitatē inter euāgeliſtas aquila nominatur: ita et ſanctus Joānes Chryſoſtomus hũc beatiſſimũ patrem ſuorũ ſcriptorum altitudinē demiratus/ totus pene effectus attonitus/ volucrē celi exclamat. hũc ſancti viri ſingulari doctrina fulgentes ſanctus maximus/ ſāctus michael hieroſolymitanus/ ſanctus Andreas cretenſis et vniuerſa docta grecia: miris laudibus effert/ magnũ appellat/ angelũ appellat/ et cui ſimilis nō ſucceſſerit ſacroꝝ interpretem. Et cum aliquando in obſcuris theologicis Euſebij Pamphili de motu monadis in dyada/ et ſtatu in triade (quod ad intimos diuinitatis proceſſus/ ineffabilēqꝫ intimorũ illorum proceſſuũ ſtatum in trinitate/ pertinere videtur: et diſcuſſum a beatiſſimo patre in libro hypotyposeon) ita legēs incidiſſē. Non ens eni ex negatione: primũ finitur. ꝙ entiũ nichil exiſtat. effectrix ſiquidē cauſa/ et preſtātius illis eſt. ex negatione: identidem finitur vltimũ. ꝙ entium nichil exiſtat: ſed ipſis quoqꝫ deterius. Et iterũ. Quia ſupra vnionē huiuſmodi eſt vnio et ſupra diuiſionē diuiſio. quod etiam melius quiſpiā ſuperunitũ et ſuperdiuiſum nũcupauerit. viſus eſt michi ipſe Euſebius/ aut dionyſiũ lectitaſſe aliquando: aut eos qui ſuis verbis/ ſuoqꝫ philoſophandi modo fuiſſēt vſi. Uerum vt ſolem cōſpiciamus: face nō egemus. idcirco cetera teſtimonia patrũ de ipſo: vt Polycarpi/ Dionyſij Corinthiorũ epiſcopi/ Methodij/ Athanaſij/ Eugenij/ Gregorij turonēſis/ et Fortiniati nũc pretercunda iure cenſeo. vt qui aliena luce/ ad perſuadēdũ: minime indigere videamur. Hec ſacratiſſima opera has diuinitatis opes/ et celeſtes ambroſias nō quas fabuloſe fundit cornu amalthee: voluit ſũma dei benignitas noſtris tēporibus latinis/ intelligibilius reſtitui/ ex illa plenitudine apoſtolicorũ tēporũ depromptas. Et plane litteraria monumēta ex apoſtolicis tēporibus ad noſtra deriuata: eque michi a ceteris differre videntur ac viuētia a mortuis/ celeſtia a terrenis/ et a mortalibus imortalia: aliquid viuificum atqꝫ mirifice lucis vltra cetera in ſe ſeruātia. attamē illa ipſa eorum lux/ ſpiritaliſqꝫ/ et viuifica intelligētia ſine certo duce occulta manet/ prorſuſqꝫ incognita. Ad quā proculdubio percipiendā: nullũ hoc ſacratiſſimo auctore inuenire valebimus certiorem ducem. de quo nimiũ vere dicere poterimus (quod ipſe de Hierotheo dicere ſolebat) nos nũq̄ꝫ illuſtriorē ſolem offendiſſe: cui infigere conaremur obtutus. Hic ſanctiſſimus auctor vnus eorum eſt/ de quibus beatiſſimus Paulus aiebat. ſapientiā autē loquimur inter perfectos. et perfectorũ/ ſolidum eſſe cibũ. ſiquidem horũ diuinorum operum intelligentia: ſolidus cibus eſt. Et teſtor illorũ ſāctorum tempoꝝ felicitatem/ a quibus omnis ſapiētie lux per omnia gratie tempora effluxit: michi nũq̄ꝫ poſt ſacroſācta eloquia/ minus quidem ⁊ ſubtutile/ intelligentie noſtre peruia: quicquā his magni et diuini Dionyſij operibus occurriſſe ſacratius. et ſi reliqua (que iniuria temporũ perierunt) ad manus prompta haberētur: ſufficere haud dubie poſſēt ad totius orbis viuificam illuminationē/ magis reuera deploranda q̄ꝫ quecũqꝫ opum/ regnorũ/ aliarũqꝫ fortunarum iacture/ q̄ꝫ quecũqꝫ detrimēta. Et eloquia perſimilia ſunt arce in qua ſapientie theſauri latētius occluſi occultiqꝫ manent: nũq̄ꝫ oculis peruii niſi ſit qui reſerat/ ſacrũqꝫ inferat lumen. Hic autē ce

Eloquia.

Chryſoſtom⁹ i vltimo libro ſermonum.
S. maximus
S. Michael hieroſolymitanus.
S. Andreas cretenſis
Euſebius pāphili i theologicis obſcuritatibus.

Polycarpus
Dionyſius corinthiorũ
Methodius.
Athanaſius.
Eugenius.
Gregorius turonenſis.
Fortunatus.

lestis/et supramũdanus theologus diuinã arcam aperit: et sacrũ lumen infert. in quo/rese-
ratorũ eloquiorũ mirificũ decorem cõtemplari valemus. que vniuersa idoneis lectoribus
magis obuia patebunt: ꝙ nos ipsi premonere/aut scribere sufficiamus
¶ Quare dũ paucorum adhuc ãmonuerimus: quasi patefactis atriis/ad diuinarũ opum
sanctuariũ (deo omniũ numerũ auctore/⁊ sacratissimo martyre ducibus) vos admitti ora-

Quomodo eloqa/hec opera ⁊ his similia: tractanda ⁊ legenda sũt

bimus. Primũ itaqꝫ est. Sacrosancta eloquia/et hec insup diuina opera/illisqꝫ similia (que
eloquiorũ mysteria detegunt) attente in orantis modum ad deũ humili/prostrata/prouo-
lutaqꝫ mẽte/omni cum reuerẽtia et tractãda et legenda esse. In humanis enim studiis ho-
mines vtcũqꝫ placet gerãt habitum: in diuinis autem sola attentio/deuotio/pietas/religio
reuerentia/et humilitas iuuant/mentẽqꝫ adaperiũt. Et qui ad ea secus accedunt: nõ modo
nichil proficiũt/sed plerũqꝫ euadunt deteriores/impii/prorsusqꝫ diuinis presidiis capti. ne

Diuinũ dionysiũ nõ esse platonicũ aut alicuiꝰ secte humanorũ philosophorum: sed longe supra. vt Joannes euãgelista/⁊ paulus.

scientes diuina et sãcta: diuine et pure fuisse tractanda/et humana humane ¶ Secũdũ est
Hunc sacratissimũ diuine reserationis sapiẽtie auctorẽ: neqꝫ platonicũ/Aristotelicũ/Sto-
icum/aut Epicureũ/sed Jhesu vite auctoris ⁊ spiritus sãcti sub diuinissimis Paulo et Hie-
rotheo preceptoribus/esse philosophũ. non ꝙ nescierit/que Plato et Aristoteles scierunt:
imo vero vterqꝫ (si tempora dedissent) se etiã beatum putasset/eius nominari discipulũ. Et
iccirco nolite eos audire: qui eum nominãt platonicũ. sapientius cogitate. est enim aliquid
longe sublimius. et his profecto nominibus: sacrorũ adimitur auctoritas. et diuina impie
trahuntur ad humana: perinde ac si Joãnẽ euãgelistã pythagoricũ voco/aut voco plato-
nicum (vt nõnulli prophanorũ fecerunt) et nõ potius celestem et supramundanũ scribam/
siue Jhesu Christi et sancti spiritus super omnes diuiniloquam tubam. sãcta sanctis relin-
quãtur/⁊ prophana prophanis. siue vt modestius loquamur: humanis relinquãt̃ huma-
na. scio quid loquor/scio quid scribo/et cur scribo: nõ in alicuius odiũ/sed longe minus ꝙ
par est/que dei sũt veneratus. Credite potius beatissimo patri de seipso a terrenis philoso-
phis presidia non quesisse tradenti/atqꝫ ita capite primo diuinorũ nominũ protestãti. Sit

Protestatio diuini dionysij se a mundanis philosophis nichil accepisse: in his sanctissimis tradẽdis disciplinis.

autem modo quoqꝫ nobis ea (que semper) definita lex: eorũ que de deo dicũtur tueri veri-
tatem/nõ in persuasibilibus humane sapiẽtie verbis: sed in ostensione theologorũ a sancto
spiritu agitate virtutis. per quã ineffabilibus et incognitis ineffabiliter et ignote coniungi-
mur/prestãtiore illa vnione rationalis nostre/spiritalisqꝫ virtutis/atqꝫ actionis. nulla ergo
ratione presumendũ aliquid de supersubstãtiali/secretissimaqꝫ deitate aut dicere aut cogi-
tare: preter illa/que nobis sacra eloquia tradiderunt. Hactenus sacratissimus pater. qui so-
lũmodo euangelia/Petrũ/Jacobũ/Joannem/Judam/Bartholomeũ/Joseph iustum/
Paulum/Hierotheum/Ignatiũ/et prophetas ad suorũ dictorum robur/et cõfirmationẽ:

Nicolaus cusanus.

solet adducere. Et nichil hic vos iterum moueat Nicolaũ Cusanũ altissime sapiẽtie beatissi
mi patris studiosũ/cõmuni errore delusũ etiã vocasse platonicũ. eum enim: ipsorum furta la-
tebant. Et ideo post epistolã testes citabimus platonicos/more ridicule apud flaccum cor
nicule/falsis plumis ornatos: sibiqꝫ vanũ diuinitatis nomen ex furto scriptorũ/presertim
huius sanctissimi patris/ et supramũdani philosophi quesiuisse. et sacra ex adytis propha-
nasse/diuinitatẽqꝫ de celo ad terrena deturbasse/et diuinis aduersus diuina (quod beatis-

Apollophanes.

simꝰ pater de. Apollophane scribit ad Polycarpũ) nefarie vsos. digniores profecto qui
ad caucasiam rupẽ religati a vulturibus roderẽtur: ꝙ fabulosus ille Prometheus ꝙ sacrũ
de celo ignem subiecta ferula ad terrena elicuisset. Neqꝫ quis hũc sacrũ interpretẽ plato-
nicum ideo putet: quia verbis differendo de diuinis vsus sit platonicis. quinimo et verba/
et sẽtentie et Platoni/et reliquis philosophis pro maiori parte (ne dicam pro toto) de deo
digne loquendi ante apostolorũ tempora deerant. Et proinde profusum equidem risum
(ne si heraclitus quidem fuissem) temperare haud valuissem: cum aliquando apud plato-
nicos ita legendum occurrisset. Post apostolorum/apostolicorũqꝫ virorum contiones et

Scholia adiecta.

scripta: a Philone et Numenio inceperunt scripta Platonis intelligi. ¶ Tertium. Nos
ea quoqꝫ (post publicã ad ihesu vite auctoris veneratiõẽ/excogitatã vtilitatem precipua
de causa ad litterã beatissimi patris scholia adiecimꝰ: vt cognoscatur aperte ex sacris litte-

ris/ et earũ spiritali et viuificante intelligentia (prout a beatissimo Paulo et diuino Hierō=
theo/ et spiritu sancto/ quod omniũ maximũ est: fuerat edoctus) omnia deprompsisse. ꝛ in=
ter legendũ non a scholiis ad litterã/ sed a littera ad scholia procedēdũ est. sũtqꝫ scholia an=
notationes quedã intercise pro certorũ locorum cõmoditate adiecte. cõmentaria vero ex=
actã magis/ et cõtinuã declarationem continent. Et cum sacratissimus pater eloquia citat:
vtitur editione septuaginta duorũ interpretum/ quorũ nominatim meminit Aristeas. nõ
enim tempore apostolorũ alia fuisse ab ea que septuaginta duorũ erat/ et que nunc septua
ginta dicit̃: preter originalia legit̃. ꝛ proinde quãdo ex nostra traductione eadē adducũtur
interdũ aliquãta apparet varietas/ sed spiritus oĩa cõcordat et viuificat oĩa. Et post episto=
lã: ex septuaginta (vt reliqua simili facilitate requirãt̃) pauca adiiciemꝰ. Et nõ adieci scho=
lia Maximi: qꝛ huic trãslationi minus michi visa sunt accõmodata. ꝛ illa que sũt Ambrosij
marginalia: meo instituto nõ satis sufficiebãt. que si quis affectãtiꝰ volet: a Camaldulēsibꝰ
facile requirat. Et id insuper minime lectores latere cupimus: oportuisse plerũqꝫ Ambrosii
sentētiam erigere/ vbi lapsus diuinissimi patris intelligentiã nõ fuerat assecutus. ad quod
cõmodius faciēdum: honestissimi religiosi sacrarũ ediũ secũdo a dionysia parhisio millia=
rio (in quibus nũc corpus deo dicatissimi martyris galliarũ apostoli/ ꝛ nostri primi sacroꝝ
antistitis: vna cũ sociorũ suorum Rustici/ et Eleutherij corporibus requiescit) vetusta ori=
ginalia michi multa humanitate cõmunicarunt. vt nullus etiam putet ea que Ambrosius
manu sua scripserit: hac recognitione/ studiis vtiliora. fecimus tamen pro virili nostra que
potuimus: sed nõ quãta dignitas ipsa efflagitabat. longe eni inferiores subsedimꝰ. Insup
non sine diuina ordinatione/ ꝛ sũma prouidentia id effectũ esse michi visum est: vt hic sacra
tissimus/ et longe diuina sapiētia illustrissimus pater/ primũ atheniēsium antistes atticam
rexerit ecclesiã/ et ciuitatem primariã omniũ litterarũ parentē illuminauerit. qua illumina=
ta mox in gallias a beatissimo clemēte apostolus missus: sedem apud parhisiorũ insignem
vrbem (seu parhisiũ/ seu lutetiam appellarent) delegerit. que melius Dionysia a Dionysio
primo suo ãtistite et apostolo/ primo susceptore et regeneratore: qꝫ ab iside/ aut luto (vt vo=
lunt nonnulli) potuisset appellari. primus enim eam ad vite fontes erexit in Christo paruu
lam (solēt enim primi susceptores indere nomina) primus mortē ab ea effugauit et indixit
vitã: quã in christiano cultu suo sanguine/ ꝛ omniũ tormētorũ molitionibus libenter susce=
ptis tandē confirmauit. vnde et victor (mundo triũphato) ad deũ qui ipsũ miserat cõscen=
dit. Tunc deus illum locum piorũ studiorũ fontem preordinauit: vt ad quē in certũ euē=
tus rei argumētũ ex athenis virũ supra omnē humanã sapientiã doctũ direxerit. Vos igit̃
Dionysia bonarũ litterarũ omniũ academia/ eadem et parhisiensis/ quã vnus idemqꝫ pa=
ter sociam fecit athenis/ et sororem: vestro applaudite apostolo/ vestro primo antistiti/ pa=
renti/ primo ad vitam susceptori/ et illuminatori. et eius sacras disciplinas in honore susci=
pite: atqꝫ in eis ipsis dies/ noctesqꝫ proficite. Furta plato=

De Furtis Platonicoꝝ testimonia nicorum.

Magnus Basilius Basilius.

¶ Magnus Basilius de numenio: in oratione qua exponit euangeliũ In principio erat
verbum. Non ignoro (inquit) plurimos veritatis inimicos/ et mũdana sapiētia se plurimũ
iactantes/ sic ãmiratos ista fuisse: vt in suis libris cõscribere ausi sint. Furatur enim nostra
diabolus: et suis ea largiri conatur.

Ambrosius Camaldulensis. Ambrosius.

¶ Sciendũ multos externorũ philosophorũ et maxime Proculum: sententijs Dionysij/
imo vero ipsis quoqꝫ vocabulis nudis vsos plerũqꝫ fuisse. Vnde suspicari possumꝰ: ab ijs
qui athenis philosophabãtur/ libros beati Dionysij (quorum ipse meminit) celatos fuisse.
vt que inde sumebant: inuenisse ipsi putarentur. sed diuina prouidentia (his modo libris
adinuentis) inanis gloria illorũ/ et malicia patefacta est. hec: Ambrosij scholium.

¶ Marsilius ficinus platonicus. Marsilius.

¶ In libro de religione christiana: marsilius capite secũdo ꝛ vicesimo de platonicis ita ha=

bet. Ego certe reperi precipua Numenij/ Philonis/ Plotini/ Jamblici/ Proculi myste-
ria a Joanne/ Paulo/ Hierotheo/ Dionysio areopagita accepta fuisse. quicq̃d eni de mē-
te diuina/ angelisq̄ z ceteris ad theologiā spectātibus magnificū dixere: manifeste ab illis
vsurpauerūt. hec Marsilius. Et nisi in aduersarios christiane sapiētie mollior esse maluis-
set: plane dixisset/ furati sunt. Sed de platonicis nunc satis.

¶ N u n c D e E d i t i o n e S e p t u a g i n t a I n t e r p r e t u m

¶ Cap. secūdo celestis hierarchie numero 13. sic legitur. ferarū quoq̄ illi applicāt formas:
leonis/ ac panthere ꝓprietatē ei ascribētes, vt pardū fore dicētes/ vrsāq̄ indigētē. Quod
ex Osee partim cap. quinto partim cap. decimo tertio habetur. vbi nūc neq̄ panther/ neq̄
panthera legit̃. sed leena cap. quito hoc modo. Quoniā ego quasi leena Effraim/ et quasi
leo domui iuda. Et cap. decimo tertio. Et ego ero eis quasi leena: sicut pardus in via assy-
riorū. occurrā eis quasi vrsa raptis catulis: z disrūpā interiora iecoris eorū. Septuaginta
Septuagita. editio cap. quito sic habet. Quia ego sū quasi pāther effraim/ et quasi leo in domo iuda. Et
cap. decimotertio sic. Et ero eis quasi pāther/ et sicut pardus in via assyriorum, occurram
eis sicut vrsa indigens cibo: et disrumpam interiora cordis eorum.

¶ Celestis hierarchie cap. quarto circa finem sic legitur. Et ipse quoq̄ ihesus cū ob nimiā
charitatem suā/ salutiq̄ nostre nimis necessariā sue pietatis opus implendū in ordine venis-
set nūciantis: magni consilii angelus sit predicatus.

¶ Q magni cōsilij angelus sit predicatus ex Esaie cap. nono habetur. vbi id nūc nō legi-
tur: sed sic. Paruulus eni natus est nobis/ et filius datus est nobis: et factus est principatꝰ
Septuagita. super humerū eius/ et vocabitur nomē eius admirabilis cōsiliarius. Septuagita editio sic
habet. Quia paruulus natus est nobis/ filius datus est nobis: cuius principatus factus est
super humerū eius. et vocabitur nomē eius magni consilij angelus.

¶ Et iterū eiusdē celestis hierarchie cap. octauo numero 43. Primus hoc post Cherubim
discit: qui lūbos saphyro erat accintus/ qui talarē tunicā pontificalis vestis indiciū indue-
bat. porro angelos reliquos qui securibus armati erāt. Nūc Ezechielis cap. nono de veste
linea/ pro podere z veste talari: de attramētario scriptoris ad renes/ pro saphyro/ siue zona
saphyrina: et vas iteritꝰ/ pro securi legit̃. que vniuersa in editione septuaginta legūt̃. vt etiā
diuus testat̃ hieronimꝰ. pro lineis (inquit) septuaginta iterpretati sūt podere. pro attramē-
tario scriptoris ad renes: zona saphyrina sup renes. pro vase interitꝰ in manibꝰ: securim.
Sed ex his facile est intelligere diuersitatē litterarū originaliū a beatissimo patre adducta-
rū: que plerūq̄ limatior q̄ nostra esse videtur/ et vnde hec diuersitas pendere queat. spiritꝰ
autem immutabilis omnia perficit/ et viuificat.

¶ Preterea cap. nono numero 46 legitur. Statuit enim altissimus terminos gentiū iuxta
numerū angelorum dei. Et scholiū eius OO: habet hoc oraculo caremus.

¶ Verū postea inter legēdū michi occurrit id dictum esse propter dictū cātici Mosis Deu
teronomii cap. tricesimo secūdo vbi nūc nō āgeloꝝ dei: sed filiorū israel habetur. qd nūc ita
legitur. Memēto dierū antiquorū: cogita generationes singulas. interroga patrem tuū z
ānunciabit tibi: maiores tuos et dicent tibi. Quādo diuidebat altissimus gētes: quando
separabat filios adam. cōstituit terminos populorum iuxta numerorū filiorū israel. pars
autę domini polulus eius: Jacob funiculus hereditatis eius. Sed hec z similia benignus
lector facile intelliget: et vnde huiusce pēdeat varietas. nūc vero ad sanctiorē litteram se se
conuertendi: iam tempus videbitur idoneū

Quid laterales numeri designent.

¶ Numeri ad latus: ad litteralium sentētiarum distinctionē adiecti sunt.

Quid laterales littere.

¶ Littere vero: vt ad cōsimilia litterarū elementa (que littere respōdent) querātur scholia.
¶ In epistola precedente versu quinto tis apicē/ sūmūq̄ deus: legendū decus.

¶ Diuini Dionysij Areopagite Athenieñsiū episcopi / ⁊ Galliarū apostoli: celestis hierarchie liber ad Timotheum Ephesine ciuitatis episcopum.

¶ Q̄z omnis diuina lux licet varie per summā benignitatē ad creaturā prodeat: simplex tamen manet, neq̄ȝ id solum: verum et que illustrat vnum efficit. Cap. I.

1 A Omne datū optimū / ⁊ omne donū perfectū desursum est: descendēs a patre luminū. Sed et candidissime illius lucis (que a patre / motus initiū sumit) ꝓcessus oīs benigna in nos largitione manans: rursus vt summa virtus (per quā vnū secū efficimur) vi intētionis precipue nos parat et explicat: atq̄ȝ ad cogētis ad se patris vnitatē ac deificā simplicitatē cōuertit. Ex ipso eni (vt sacra testātur eloquia) et in ipso

a 2 sunt oīa. ¶ Itaq̄ȝ ihesū inuocātes paternā lucē que est / que vera est / que illuminat omnē hominē venientē in hūc mūdū / per quē ad patrē pricipale lumē accessū habemus: ad sanctissimarū scripturarū intelligētias (prout illas a patrib⁹ accepimus) cō tuendas pro viribus pergamus. ⁊ quas illi nobis vel per signa vel per intelligentie sacratioris arcana tradiderunt: celestiū spirituū distinctiones ⁊ ordīes inq̄tū possum⁹ specule-

3 mur ¶. Cūq̄ȝ principalē illā imo pricipiū omne trāscēdētē sūmi patris lucē / q̄ nobis angelorū beatissimos ordines typicis exprimit signis: purgata mētis acie nec trepidāte cordis aspectu susceperim⁹ / ex ipā rursus ad eius simplicē radiū tota animi intētione dirigamur. nā ꝓfecto ne ipa quidē vnq̄ȝ singulari suo arcano et (vt ita dixerim) ꝓpria sua itimitate de-

B serit. ceterū cū ad eos qui ꝓuidētia regūtur subuehēdos ac sibi cōiungēdos cōdescēsione et cōnexione mirabili / benignissime multiplicet ⁊ ꝓdeat: manet tamē intra semetipsam firmissime in sua immobili idētitate stabiliter fixa. eosq̄ȝ qui ad ipsā (vt fas est) aspirare nituntur: pro modo viriū suarū intēdit ac ꝓuehit / ac secūdū simplicē illā vnionē suā cōiungit sibi / atq̄ȝ vnū efficit secū. neq̄ȝ eni aliter fas erat ifirmitati nostre lucere diuinū illū radiū: nisi sacrorū varietate velaminū (quib⁹ ad supiora ferremur) opertū / ⁊ iis que nobis familiaria

4 sūt ꝓuidētia paterna nature mortaliū sese accomodāte vestitū ¶ Quo circa ⁊ nostri quoq̄ȝ

C sacerdotij sacratissimā functionē: diuina illa sāctio celestiū ordinū excellēti mūdanis oībus

D imitatione dignata / memoratas illas spiritales distinctiōes carnalibus figuris expressas / et formarū cōpositionib⁹ varias tradidit. vt ipsi pro modulo nostro / ex huiusce fictionibus sacris: ad simplices illas / nullisq̄ȝ figuris vmbratas celestiū rerum intelligētias / assimilatio

E nesq̄ȝ subuehamur. Nam neq̄ȝ possibile est humane mēti ad spiritalē illā celestiū distinctionē / imitationē / itelligentiāq̄ȝ cōscendere: nisi ad hāc mortaliū rerū similitudinib⁹ / formisq̄ȝ ducat̃. vt scȝ visibilē pulchritudinē: iuisibilis decoris imaginē putet. odoresq̄ȝ sēsibus peruios: spiritalis fragrantie similitudinē extimet. et intime lucis indiciū: ex lucidi solis ducat imaginē. suauitatis itē illi⁹ (quā deū sitiēs anim⁹ atq̄ȝ in diuina cōtēplatiōe reqescēs capit) sacrarū litterarū lectionē / et flagrās studiū arbitret̃ effigiē. habit⁹ quoq̄ȝ illius cōgruētissimi / ⁊ ꝑpetua intētiōe atq̄ȝ ordine ad diuina tēdētis: ex vite p̄sētis ordinib⁹ capiat coiecturā. Ihesu itē felicissimā societatē: de sacrosācti mysterij cōione cōiciat. Et cet̃a in hūc modū: q̄ celestib⁹ q̄dē / spiritalibusq̄ȝ substātiis diuine ac nude: nobis vero per signa tradūt̃. vt igit̃ ꝑ captu nr̄o dij efficeremur: clemētissima illa diuinitas celestiū quoq̄ȝ distinctiōes ordinū nobis expōnēs / nostriq̄ȝ functionē sacerdotij illis ministerij societate ꝯiūgēs (dū ꝑ virib⁹ diuina illoꝝ sacratissima officia imitari nitimur) terrenis imaginib⁹ celestes spirit⁹ pinxit / carnaliq̄ȝ velamine (dum in sacris litteris de illis loquit̃) eternos aīos texit / vt nos ex visibilib⁹ ad itelligibilia / et ex fictione signoꝝ ad simplices celestiū ordinū ꝑuehat sūmitates.

A ¶ Primi capitis scholia. Omne datum optimū. Epistola iacobi apostoli cap. primo. Nolite itaq̄ȝ errare fratres mei dilectissimi. omne datū optimū / et omne donum perfectum de sursū est: descēdēs a patre luminū. apud quē nō est trāsmutatio: nec vicissitudinis obūbratio Iacobus. I.

a ¶ Ex ipo ei: vt sacra testāt̃ elo. Paul⁹ ad roma. cap. vnde°. q̄m ex ipō ⁊ ꝑ ipsū ⁊ i ipo sūt oia Ad roma. II.

B ¶ Ceterū cum ad eos. Ceterum / sed.

C Excellenti mundanis omnibus. excellenti / superemienti mundanis omnibus.

Hic ante quid sint Scholia et quid Commentaria
Scholia sunt quedam annotationes interiecte
pro verborum locorum commoditate adiecte /
Commentaria vero spacia maiora [illegible]
declarationes [illegible] et quid editio

¶ Carnalibus figuris expressas. carnalibus/ sẽsualibus/ terrenis/ materialibusq; figuris. D
¶ Nã neq; possibile est humane menti. ex hoc deprehendis: quis modus diuina perqui= E
rendi in theologia sit tenendus/ atq; possibilis.

¶ Q̄ꝫ congrue diuina atq; celestia: etiã per dissimilia signa tradantur. Cap. II.

p Rimũ igit̃ oportet (vt reor) exponere: quã esse totius simul celestis hierarchie 5
destinationẽ putemus/ et quid vnaqueq; cõferat sectatoribꝰ suis. Tũ celestes F
quoq; distictiones: iuxta id qđ de illis sacre littere tradũt laudare cõueniet. de=
inceps vero cuiusmodi formis atq; figuris celestes illas distinctiones sacre littere tradũt
honestissime fictas: ⁊ ad quã simplicitatẽ per hec figmẽta nobis ꝯscẽdẽdũ sit explicare cõ=
sequẽs fuerit. Ne nos quoq; vulgi errore seducti passim existimemꝰ celestes ac diuina spe G
cie ꝑditos spiritꝰ: multis pedibꝰ/ multisq; esse faciebꝰ/ ⁊ siue ad boũ stoliditatẽ/ siue ad feri H
tatẽ leonũ esse formatos/ seu ad aquilarũ recuruis rostris effigiẽ/ seu ad pilosã auiũ plume
scẽtiã fictos/ seu rotas quasdã igneas ⁊ materiales sedes ad accubitũ sũme diuinitati neces
sarias supra celũ imaginari stolide icipiamꝰ/ ⁊ equos discolores aliquos/ ⁊ satellites arma I
tos/ ac duces: ⁊ cetera id genus q̃ nobis euidẽti ⁊ expressa varietate signoꝝ sacratissi͞e ficta
tradunt̃. Nempe eni poeticis fictionibꝰ theologia (vt eos describeret spũs qui formis ca= K
rẽt) affatim vtit̃/ humane sc; mẽtis (vt diximꝰ) ifirmitatẽ nõ ignorãs/ eiq; ꝓpriã et cogna=
tã viã per quã ad altiora ferat̃ benignissime ꝓuidẽs/ ac pro ipsius modo in sacris litteris
huiusmodi ascẽsionis itinera sternẽs ¶ Porro si cui videt̃ sacras quidẽ huiusce ꝯpositiões 6
nõ esse admittẽdas: quippe cũ simplex diuinarũ rerũ substãtia in se ipsa/ et icognita sit no
bis/ et itelligẽtiã fugiat nostrã: ceterũ eas q̃ in sãctis libris et litteris reperiũt̃ imagines an=
geloꝝ/ absonas/ atq; incõgruas putat: ⁊ omnẽ hãc durã nimis (vt ita dixerim) angelicoꝝ
nominũ iprobat scenã/ dicẽs oportuisse theologos (quãdoquidẽ ad icorporalia corporeis
lineamẽtis ac formis describẽda omnino venissẽt) ꝓpriis inquãtũ possẽt illa/ cognatisq;
figuris exprimere. ex iis sc; que sũt apđ nos ꝑciosissima/ substãtiãq; suã ex humo altius at=
tollũt/ et sese in altitudinẽ vẽdicãt: ⁊ nõ celestibꝰ ac diuinis/ simplicibusq; naturis terrenas
quasq;/ ifimas ⁊ varias circũdare formas. ita eni et mens nr̃a sese meliꝰ ad celsa sustolleret
cõmodiore freta adminiculo. ⁊ sublimes ille ac mũdo celsiores significatiões: ad icõgruas
dissimilitudies ⁊ icõcinnas nõ deducerẽt̃. At id ꝓfecto eiusmodi ẽ: vt ⁊ diuinas v̾tutes ne=
farie iiuriis violet/ ⁊ nostrã etiã fortassis mẽtẽ in ꝑcipitia erroris ipellat ꝓphanis illã cõpo=
sitionibꝰ prorsus affigẽs. Et fortasse nõ desit q̃ arbitret̃ celestia illa leonũ et equoꝝ agmini
bus plena/ vt pro laude mugitus resonẽt/ ⁊ auiũ gregibꝰ/ ⁊ animãtibꝰ reliquis/ et materiis
quibuslibet villibꝰ/ ⁊ ceteris in hũc modũ: queq; vl' absurde vel corrupte vel passiue descri=
bũt/ dissimiles per oĩa i sacro eloquio similitudies quibꝰ ista signãt̃. ¶ Atqui veritatis ista 7
inq̇sitio abũde (vt reor) scripture sãcte altissimã sapiẽtiã indicat: vt q̃ in celestiũ descriptiõe
spirituũ/ vtriq; rei vigilãtissima cura ꝓspexit. vt neq; diuinis v̾tutibꝰ iiuria vlla (vt sic dixe
rim) fieret: neq; nos ifimis humillimisq; affigeremur imaginibꝰ. Nẽpe eni ꝙ iformibꝰ/ for
me: figuraq; carẽtibꝰ figure admoueãt̃ dispẽsatione salutari: nõ modo ea causa fuerit quã
ꝑdiximꝰ/ ifirmitatis nr̃e sc; ratio: q̃ cõscẽdere ad celsiora/ ac spiritalia ꝯtẽplari sine admini
culis nequit/ idigetq; ꝓpriis et de sua fragilitate petitis auxiliis quibꝰ ad superiora nitat̃:
vt sc; spectaculis illis eximiis ⁊ forma omni / naturaq; supioribꝰ familiares nobis iponã
tur forme: verũ (ꝙ id quoq; mysticis scripturaꝝ eloquiis decẽtissimũ est) sacrã et obstrusã L
celestiũ spirituũ veritatẽ huiusmodi arcanis velamẽtis/ et sacratissimis signis occultare et
ꝓp hanc multitudini iuiã ponẽ. Nõ ei oẽs sacri sũt: neq; iuxta scp̄ture sẽtẽtiã oim sciẽtia ẽ M
Q̄ꝫ si q̇s absonas ⁊ absurdas imagines i ius vocet/ vereriq; dicat diuinis illis sãctissimisq;
spiritibꝰ formas adeo fedas iponere: illũ ita admonuisse sufficiet/ duplicẽ i sacris litter͡i tra= N
di significãdi modũ. ex his alteꝝ ꝑ sil'es imagines/ figurasq; ꝓcedẽ/ nichilq; a sua nat̃a de=
uiare: alteꝝ ꝑ dissimiles formas ꝓmouẽ. itaq; effictũ: vt diuersa prorsus ⁊ alia q̃; videat̃ isi
nuet ¶ Deniq; ⁊ reuerẽdã illã supsubstãtialis deitat͡i/ ineffabilẽq; btitudinẽ dinoꝝ eloq̇oꝝ 8
mystice traditões dũ exp̄mere cupiũt: aliquãdo vt v̾bũ ⁊ itellectũ ⁊ essẽtiã laudãt. vt ꝑ istas O

P appellatiões diuinã eiꝰ eloquẽtiã et sapiẽtiã/ ꝛ substãtiã verissime existẽtẽ: atqꝫ omniũ que
sũt subsistẽtia verã causã significẽt. Interdũ vt lucẽ ipsã cõcelebrãt/ et vitã vocãt. Eniuero
huiusmodi sacra figmẽta honestiora quidẽ sũt/ ꝛ terrenis ac materialibus formis eminere
videntur: ceterũ ne sic quidẽ ad diuine similitudinis veritatẽ prope accedũt. excedit eni illa
substãtiã omnẽ: vitãqꝫ trãscẽdit. nulla hãc exprimit lux. omnisqꝫ sermo/ oĩs mẽs atqꝫ ratio:
9 absqꝫ vlla cõparatione illiꝰ similitudine iferior est. ¶ Aliquãdo itẽ ab eisdẽ laudatur scriptu-
Q ris honestissime ac pene diuine/ dũ in eiꝰ laude dissimilibꝰ vtuntur signis: eãqꝫ inuisibilẽ ꝛ in-
finitã/ incõprehẽsibilẽ predicãt. iis eã appellãtes noĩbus quibus nõ quid sit: sed quid nõ sit
dicitur. Hoc eni verius vt arbitror in ip̃a est: ꝛ de illa ꝓprie magis asseritur. Nã sicuti secretior
illa/ sacerdotalisqꝫ traditio docuit: dũ illã esse aliquid negamus ex iis que sũt: verũ ꝑfecto
loquimur/ etsi modũ quo illa idiffinita est (quippe que supsubstãtialis ꝛ incõprehensibilis
10 atqꝫ ieffabilis est) prorsus ignoramus. ¶ Si ergo in diuinis rebus negationes quidẽ vere
sũt/ affirmationes vero nequaqꝫ tãtis arcanoꝝ latebris cõgruũt: illa sane cõueniẽtior in re-
bus iuisibilibꝰ erit expressio/ que per dissimilia signa monstratur. Honorãt igitur illos celites
ordines: nõ ꝓbro afficiũt/ aut vllo dedecore sãctarũ litterarũ descriptiones: dum eos dissi-
milibus formis ac fictionibꝰ exprimũt/ ac per eas indicãt terrenis ac mortalibꝰ rebꝰ absqꝫ
vlla cõparatione p̃cellere beatissimos spiritꝰ. Porro ꝙ mẽtẽ atqꝫ animũ nostrũ similitudi-
nes ille que videntur absurde potẽtius iuuẽt/ atqꝫ ad diuina cõmodius subuehãt: nemo qui
recte sentiat arbitror ificiabitur. Nã si quidẽ queqꝫ sũt apud nos p̃ciosiora sumantur: quis nõ
videat fore/ vt per huiusmodi figuras oberrare incipiat animus/ putãs celestes illas ethe-
reasqꝫ substãtias rutilãtis auri p̃ferre speciẽ/ virosqꝫ esse aliquos lucidos/ ꝛ oris maiestate
coruscos/ decoros/ ꝛ vestis cãdore cõspicuos: ignẽqꝫ innocue de se mittẽtes/ et cetera id ge
nus quibꝰ theologia sublimes illos spiritus pingit/ et figurarũ varietate describit. Quod
vti ne illi paterentur/ qui nichil celsius mortali hac luce et corpoꝝ specie cõtueri queũt: excel
lens illa sãctoꝝ viroꝝ (qui diuina nobis monumẽta reliquerũt) sapiẽtia vt adminicula ne-
cessaria ifirmis animis daret: ad eas quoqꝫ dissimilitudines (que videntur absurde) singula-
ri dispẽsatione descẽdit. Nequaqꝫ permittẽs imbecillã mentẽ nostrã fedis inherere imagi-
nibus/ atqꝫ illis prorsus acquiescere: sed potius erigẽs anime partẽ ad superiora tenden-
tem/ atqꝫ ihonestate formarũ a visibilibꝰ oĩbus reuocãs/ quasi fas nõ sit/ neqꝫ verisimile
omnino esse videatur: ne iis quidẽ qui stolidiores/ crassiorisqꝫ intelligẽtie sũt: celestia illa et
diuina spectacula cũ fedis rebus reuera similia esse. Ad hec illud quoqꝫ cogitandũ est: ni-
R chil esse in rebus humanis qđ boni participatione sit omnino priuatũ. nã vt sese scripture
sãcte veritas habet: fecit deꝰ oĩa bona valde. fas igitur fuerit ex his oĩbus pulcherrimas eli-
cere intelligẽtias/ spiritualibusqꝫ ꝛ intelligibilibꝰ rebus ex humilioribꝰ atqꝫ terrenis dissi-
miles similitudines. sic eni dicuntur effingere: cũ eadem aliter spiritalibus insũt/ aliterqꝫ car
11 nalibus. ¶ Nẽpe eni iracundia mutis quidẽ animãtibus ex affectu et cõmotione passiua
S ꝓuenit: estqꝫ iracũdus eoꝝ motus omni prorsus ratione destitutus. At in spiritalibꝰ om-
nino substãtiis lõge aliomodo ira intelligẽda est. significat eni vt reor equidẽ masculã illa-
rum (vt et ita dicã) ꝛ penitus insitam rationẽ atqꝫ sapientiã et habitũ in diuinis atqꝫ imu-
tabilibus rebus cõstantẽ/ ꝛ perpetua firmitate locatũ. Eadẽ ratione cõcupiscẽtiã in mutis
quidẽ esse dicimus affectũ quendã improuidũ/ atqꝫ terrenũ: ex insito motu seu consuetudi
ne in iis que sunt mutabilia absqꝫ vlla moderatione feruentẽ/ ꝛ irrationabile dominiũ cor
poralis appetitus. ex quo animal omne ad id quod sensibus cõcupiscẽdũ occurrit: impel-
litur. vbi vero spiritibus angelicis dissimiles similitudines admouẽdo concupiscentiã illis
T applicare pergimus: diuinũ hanc amorẽ intelligere necesse est eius qui omnẽ rationẽ/ om-
nemqꝫ intelligentiã superat mũdicie atqꝫ puritatis: desideriũqꝫ iuge et constãs castissime
atqꝫ felicissime illius atqꝫ ab omni ꝑturbatione remotissime cõtẽplationis ꝛ inexplebilem
auiditatẽ eterne ꝑfecto atqꝫ iuisibilis societatis. per quã ad serenũ illud/ supremũqꝫ iubar
aspirãt: ꝛ iuisibilẽ illũ decorẽ totiꝰ autorẽ pulchritudinis ambiũt. Porro incõtinẽtiã in his
accipiamus rigidã seueritatẽ/ intẽtionẽqꝫ perpetuã: quã nichil inflectere/ nichil intercipe-

re poſſit/ ob meraciſſimũ et ĩmutabilẽ diuine pulchritudinis ac ſimplicitatis amorẽ cũ ad
id qđ vere/ ſũmeq3 expetẽdũ eſt ſemp anhelẽt. Ipſũ quoq3 irrationabile atq3 inſẽſibile in
brutis quidẽ aĩalibus/ inanimatiſq3 naturis: rationis ac ſenſus priuationẽ ꝓprie dicim⁹.
ceterũ in ſpiritalibus intellectualibuſq3 ſubſtantiis/ ſingularẽ ipſarũ excellentiã (vt q̃ mũ
do ſuperior ſit) cõgruentiſſime fatemur. per quã ſermoni noſtro corporeo atq3 trãſeũti/
terrenoq3 ſenſui/ et a ſupernis virtutib⁹ alieno: longe antecellũt. Licet igit̃ nõ incõgruas
celeſtib⁹ etiã ex villiſſimis materie partibus formas effingere: quippe que ⁊ ipſa a ſummo
bono nacta ſubſtantiã/ per oẽs ſui partes atq3 diſtinctiones intellectualis decoris quaſdã
pre ſe ferat imagines. per quas: ad ſpiritales illas/ primitiuaſq3 formas poſſimus aſcẽde-
re. ſimilitudines (vt dictũ eſt) haud ſimili ratione capiẽtes: et eaſdem non eodem modo:
ſed cõueniẽter et ꝓprie in ſpiritalib⁹/ corporalibuſq3 ꝓprietatibus diffiniẽtes. ¶ Hiſce fig a
mentis nõ modo cũ de celeſtibus ordinibus loquerẽtur vſos theologos inueniemus/ vt 12
eos ſacrati⁹/ veriuſq3 ſignarẽt: verũ et cũ de ipſa ſũma diuinitate diſſererẽt ¶ Deniq3 illã [illegible]
interdũ ex viſibilibus iſtis/ precioſiſq3 cõcelebrãt: vt cũ ſolem iuſtitie/ ſtellãq3 matutinã in 13
corde fideliũ ſacratius oriẽtẽ: atq3 vt lucẽ abſq3 vllo velamine ſpiritali fulgore perſtringẽ
tem mẽtis obtutus/ appellãt. Aliquãdo ex iis que ſunt media/ diuinã predicãt maieſtatẽ:
cũ ſcilicet illã ignẽ innocua flãma lucentẽ/ aquã vitalis plenitudinis indultricẽ: et (vt ſigni
ficãtius dixerim) in intima vẽtris penetrantẽ/ emanantẽq3 flumina perpeti lapſu decurrẽ-
tia dicũt. Aliquãdo item ex infimis/ rem tantã collaudãt: cũ deũ vel fragrãs vnguẽtũ/ vel
lapidẽ angularẽ vocant. Ferarũ quoq3 illi applicant formas: leonis/ ac panthere ꝓprieta
tem ei aſcribẽtes/ vt pardũ fore dicẽtes: vrſamq3 ſeuientẽ. Addã et quod omniũ villiſſi-
mum atq3 abſurdiſſimũ eſſe videat̃: nãq3 ⁊ vermis ſpeciem/ diuinã illã excellentiã ſibi affi
xiſſe ii qui diuina ſacratius callent tradiderũt. Adeo omẽs quos diuina impleuit ſapiẽtia
occulte illius ac diuine inſpirationis enũciãde functi miniſterio: ſãcta ſãctorũ ab imperfe-
ctis ac ꝓphanis abſq3 vlla cõmixtionis macula dirimũt/ diſſimilẽq3 ſacrarũ rerũ fictionẽ
profitẽtur ac predicãt. vt neq3 diuina ꝓphanis perceptu facilia ſint: neq3 rurſus ſacratiſſi-
morũ ſignoꝝ ſtudioſi ĩſpectores/ figuris tanq̃ veris inhereãt. vtq3 diuina veriſſimis ꝑfe-
cto negationib⁹ honorent̃: dum extremis creature ſue partib⁹ a ſua licet natura remotiſſi-
mis ſimilis dicit̃. Nichil igit̃ ineptũ aut abſurdũ facere vident̃: qui ob eas quas diximus
cauſas/ celeſtib⁹ illis ĩmortalibuſq3 ſubſtãtiis diſſimiles omnino ſimilitudines ex inferio-
ribus petitas affigũt. Nã fortaſſe ne nos quidẽ ex ambiguo ad inquirẽdũ excitati eſſem⁹/
neq3 ad ſacratiora intelligẽtie per diligẽtiorẽ ſcrutationis indaginẽ veniſſemus: niſi nos
cõmouiſſet ĩhoneſta fictionũ facies qua proprietas exprimit̃ angelorũ/ nulla ratione per-
mittẽs mentẽ noſtrã fedis formarũ inſidere figmẽtis: ſed excitãs potius ad oẽs mortales
affectus renuẽdos/ atq3 ſalubriter cõſuefaciẽs per ea que vident̃ ad ſublimiora contende
re atq3 ad celeſtia ſubuehi. Sed hec hactenus dixerim: ob eas que in ſacris litteris haben
tur effigies/ deſcriptioneſq3 angeloꝝ. ex quib⁹ id cõſtet: eas ab inferiorib⁹/ multũq3 remo
tis/ rationaliter vtiliterq3 petitas. ¶ Deinceps vero diffinire oportet quid hierarchiã ipſã 14
eſſe arbitremur: quidue illa cõferat iis qui ſe illi deuouẽtes/ in eius ſortẽ cõceſſere. Sit aũt
dux verbi chriſtus (ſi michi dicere liceat) meus: qui de tãta re quid dicere debeamus inſpi
ret. Eſt eni ipſe: totius ſciẽtie fons/ celeſtiſq3 afflatus indultor. Tu autẽ o fili iuxta qđ ſan-
cit noſtra piiſſima et ſacroſãcta traditio/ et ipſe (que ſãcte dicunt̃) congrua ſuſcipe pietate:
ac diuina diſcendo diuinus efficere. et ſãcta mentis receſſibus cõdens: ea vt eximia et cõiũ-
gẽdi nos deo vim habẽtia ſingularẽ: a ꝓphana multitudine iuiolata cuſtodi. Nefas eni eſt z
(vt ſacra teſtant̃ eloquia) ſpiritaliũ margaritarũ puriſſimũ illũ/ ac permixtionis ignarum
perluciduq̃ decorem et ornatum totius venuſtatis autorem: in porcos abiicere.

¶ Secundi capitis ſcholia.

¶ Deſtinationẽ putemus. deſtinationẽ/ diffinitionẽ/ atq̃ determinationem. 5
¶ Ne nos quoq̃ vulgi errore ſeducti. ficta tradunt̃ in ꝓphetis multipedes ſpiritus/ multa 6
rũq̃ facieꝝ/ ⁊ bos/ leo/ aquila/ plumeſcẽtes aues/ rote ignee/ ſedes/ equi diſcolores/ ſatelli-

tes/ac duces exercitus ¶ Multipedes et multarũ facierũ. Ezechiel cap. primo. In medio Multipedes mltaꝝ facieꝝ
eius similitudo quattuor aialiũ: et hic aspectus eorũ. similitudo hois in eis et quattuor fa Ezechiel.1.
cies vni/ ⁊ quattuor penne vni: ⁊ pedes eorũ pedes recti. ¶ Bos/leo/aquila. Ezechiel co= Bos. Leo. Aquila
dẽ in loco. Facies hois et facies leonis: a dextris ipsorũ quattuor. facies autẽ bouis: a sini Ezechiel.1.
stris ipsorũ quattuor. et facies aquile: desup ipsorũ quattuor. ¶ Et plumescentes auiũ in= plumescẽtes
star finguntᷓ cũ subiũgitᷓ. et facies eorũ et penne extente desup. due penne singulorũ tege= auiũ instar.
bantᷓ: et due tegebant corpora eorũ. ¶ Rote ignee et sedes. Daniel cap. septimo. Aspicie= Rote ignee ⁊ sedes.
bã donec sedes posite sunt: et antiquus dierũ sedit. sedes eius flãma ignis: rote eius ignis Daniel.7.
accensus. ¶ Equi discolores. Zacharias cap. primo. Ecce vir ascẽdens sup equũ rufũ: et Eq discolores
ipse stabat inter mirteta que erant in profundo. ⁊ post eũ equi rufi/ varij et albi. ¶ Satelli= Zacharias.1
tes armati. scdꝰs Machabeoꝝ cap. tertio. apparuit illis quidã equus terribilẽ habẽs sesso Satellites armati.
rẽ optimis operimentis ornatus: isq; cũ impetu heliodoro priores calces elisit. qui autẽ ei 2. machab.3.
insidebat videbatᷓ arma habere aurea. alii etiã apparuerũt duo iuuenes virtute decori/op
timi gloria/speciosiq; amictu: qui circunsteterũt eũ/sine intermissione multis plagis verbe
rantes. ¶ Exercitus duces. Josue cap. quito. Cũ autẽ esset iosue in agro vrbis hierico: le= Exercitꝰ du. Josue.5.
uauit oculos et vidit virũ stantẽ cõtra se/euaginatũ tenentẽ gladiũ. perrexitq; ad eũ et ait:
noster es an aduersariorũ? qui respõdit nequaq;: sed sũ princeps exercitus domini/et nũc
venio. et cecidit iosue pronus in terrã/adorãs eũ.

h ¶ Et siue ad boũ stoliditatẽ siue ad feritatẽ leonũ. Stoliditatẽ/ ferinã/ pecoralẽq; effigiẽ.

i ¶ Imaginari stolide incipiamus. stolide/sensualiter atq; crasse.

k ¶ Nempe enim poeticis fictionibus. ficticiis imaginibus/ representationibusq;.

l ¶ Uerum (ꝙ id quoq; mysticis scripturarũ eloquiis) verum/ sed subaudimus causa fuit.

m ¶ Non eni omnes sacri sunt: neq; iuxta scripture sententiã oim scientia est. Paulus epi= 1. ad Corin.8
stola prima ad corinthios cap. octauo. Nobis tamẽ vnus deus pater: ex quo omnia ⁊ nos
in illo. et vnus dñs ihesus christꝰ: per quẽ omnia et nos per ipsũ. sed nõ in oibus est sciẽtia.

n ¶ Duplicẽ in sacris litteris tradi significandi modũ. Ex his alterũ per similes imagines/ Duplicẽ ĩ sacris litteris tradi signifi=
figurasq; procedere. vt qui ex essentiis sensibiliũ/ex inferioꝝ bonitatibus/ ex nostris intelli cãdi modum
gentiis ad supramũdanas essentias/ bonitates/mẽtesq;: et ex dominio ad dominiũ/ ex tẽ
porali regno ad regnum immensũ/ ⁊ ceteris eiusmodi euehuntᷓ. alterum per dissimiles for
mas promouere. vt cum inuisibilem/incõprehẽsibilem/et immẽsum dicunt deum. vt cum
per bouem/leonem/aquilam/alatas multicipites volucres/equos/ ⁊ similia id genus/cele
stes/supramũdaniq; spiritus et eorum sacramenta piis sanctorum hominũ mentibus ali=
quando insinuantᷓ.

o ¶ Deniq; et reuerendam illam supersubstãtialis deitatis/ ieffabilemq; beatitudinẽ. Tres Tres supsub
supersubstãtiales/ ieffabilesq; beatitudines nominat diuinus pater dionysius patrẽ/filiũ stantiales in
et spiritum sanctũ: quas nos personas/ suppositaq; dicimus. et diuina illa beatitudo (que effabilesq; beatitudines.
filius est) verbum/ intellectus/ essentia/lux/vita/in sacris litteris nominatur. verbum qui= Uerbum
dem. Joannes cap. primo. In principio erat verbũ: et verbum erat apud deũ/ ⁊ deus erat Joannes.1.
verbum. Intellectus. psalmus cẽtesimus tricesimus quintus. qui fecit celos in intellectu: Intellectus Psalmꝰ.135
quoniã in eternum misericordia eius. Essentia. ioannes cap. octauo. Priusq̃ abraham fie Essentia
ret: ego sum. Lux. Joannes cap. primo. Erat lux vera: que illuminat omnẽ hoiem venien= Joannes.8.
tem in hunc mũdum. Uita. Idem et capite eodem. et vita erat lux hominũ. Et hec per pri Lux Joannes.1.
mũ diuinarum significationum modum dicta sunt. Uita.

p ¶ Diuinam eius eloquentiam et sapientiam. eloquentiam/ elocutionem/ explicationẽq;. Joannes.1.
In filio enim pater seipsum explicat: et omnia explicãtur in filio. Mens pater/intimũ mẽ
tis verbum filius/voces et sermones creature.

q ¶ Eamq; inuisibilẽ et infinitã. Per secundũ significandi modũ diuina beatitudo in sacris
litteris inuisibilis/infinita/incõprehensibilisq; dicitᷓ. Inuisibilis quidẽ Paulus ad Timo= Inuisibilis 1. ad Timo.6
theum epistola prima cap. sexto. qui solus habet imortalitatẽ: ⁊ lucẽ habitat inaccessibilẽ. Infinita
quẽ nullus hominũ vidit: sed nec videre potest. Infinita. psalmus centesimus quadrage= Psalmꝰ 144

simus quartus:et magnitudinis eius nō est finis. Incomprehēsibilis. Paulus epistola ad rhomanos cap. vndecimo. O altitudo diuitiaꝝ sapiētie et sciētie dei: ꝙ incōprehensibilia sunt iudicia eius:et inuestigabiles vie eius. quis enim cognouit sensum domini?

¶ Nam vt sese scripture sācte veritas habet:fecit deus oīa bona valde. Genesis cap. pmo vidit deus cuncta que fecerat/ et erant valde bona. R

¶ Nempe enim iracundia mutis quidē animantibus. mutis animātibus/ brutis/ irrationalibusq; animantibus. S

¶ Diuinū hanc amorem intelligere necesse est. hanc concupiscentiam. T

¶ Vsos theologos īuenim⁹. Theologi: pphete/ apostoli/ ⁊ sacraꝝ litteraꝝ īstauratores. V

¶ Deniq; illā interdū ex visibilibus istis preciosisq; cōcelebrāt. Ipsa diuinitas ex visibilibus sūmis/ ex mediis/ ex imis nominat̄. Ex sūmis sol iusticie/ stella matutina/ lux vera. Ex mediis ignis/ aqua. ex imis vnguentū/ lapis angularis/ leo/ panthera/ pardus/ vrsa/ vermis. Sol iusticie. Malachias cap. quarto. ⁊ orief vobis timētibus nomē meū:sol iusticie. et sanitas in penis eius. Stella matutina. Apocalypsis cap. secūdo. et dabo illi stellā matutinā. Lux ex beato ioanne apostolo iam testimoniū habitū est. et ex eodē cap. tertio. Hoc est autē iudiciū/ quia lux venit in mūdū:et dilexerūt hoīes magis tenebras ꝙ lucē. Ignis Exodus cap. tertio. Apparuitq; ei dn̄s in flamma ignis de medio rubi: et videbat ꝙ rubus arderet/ et nō comburebat̄. Aqua. Joannes cap. septimo. si quis sitit veniat ad me et bibat. qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aque viue. Vnguentū. Cātica cap. pmo. trahe me post te: curremus in odorē vnguētorū tuorū. Lapis. Esaias vicesimo octauo. ecce ego mittā in syon lapidē: lapidē probatū angularē/ preciosū/ in fundamentū fundatū. Leo/ Panthera/ Osee cap. quīto. quoniā ego quasi leena effraim et quasi catulus leonis domui iuda. vbi illa felicitate apostolicorū temporū et plenitudinis sapientie spiritus sācti: legebat̄ ego quasi panthera effraim et quasi leo domui iuda. Pardus vrsa. Osee decimo tertio. et ego ero eis quasi leena: sicut pardus in via assyriorū. occurrā eis quasi vrsa raptis catulis: et disrūpam interiora iecoris eorū. Vermis. psalmus vicesimus primus. ego autē sum vermis et non homo: opprobriū hominū et abiectio plebis. X

Sol iusticie. Malachias 4. Stella matu. Apocalyp. 2. Lux Apocalyp. 3. Ignis Exodus. 3. Aqua Joannes. 7. Vnguentum Canticorū. 1. Lapis Esaias 28. Leo. Pāthe. Osee. 5. ¶ Nota diūsitatē litteraꝝ originaliū tpe aplorū et nostro. Pard⁹ Vrsa Osee 13. Vermis.

¶ Nefas enī est (vt sacra testātur eloquia) Matheus cap. septimo. Nolite sanctū dare canibus/ neq; mittatis margaritas vestras ante porcos: ne forte cōculcēt eas pedibus suis. Z

¶ Quid sit hierarchia: et quenam eius vtilitas. Cap. III.


Est itaq; hierarchia (vt michi quidem videtur) ordo sacratior et sciētia et operatio que ad dei similitudinem pro viribus nititur: ac pro modo suo ad illius imitationē ex indulta sibi diuinitus intelligētie luce subuehit̄. ¶ Porro pulchritudo diuina vt simplex/ vt bona/ vt perfectionis autor pura quidē est: nullamq; prorsus admixtionē dissimilitudinis suscipit. verū singulos pro meritis/ lucis sue participes facit: ⁊ sacrosācto mysterio perficit/ ꝙtū quisq; initiatus/ cōgrue illius in se immutabilē exprimere effigiem nititur. est ergo sacratissime huius functionis intētio: deo quantū fieri potest similem euadere/ vnūq; cū illo fieri. Que pfecto destinatio deū ipsum habet totius sacratioris sciētie et actionis preceptorē: inq; illius augustissimā speciē intenta semp ac firmiter: atq; ad illā se pro viriū modo cōponēs. eos etiā qui secū diuina sectātur: dei signa et imagines efficit/ ac perlucida specula et omni labe pura/ dignaq; quibus principalis illius ac diuine lucis suauissimus radius influat. que vbi indultū sibi sacratissimū iubar affatim hauserint: hoc ipsa postmodū absq; inuidia seqūētibus fundūt/ atq; in hoc ipso diuinis obtēperāt legibus. Neq; enī fas est iis qui sacra mysteria tradūt: siue qui illa percipiunt operari prorsus aliquid/ nisi quod officij sui diuina sanxit institutio. Ne aliter quidē esse ꝙ sunt cōfuso licebit ordine: si candorē illū lucis (per quā dij efficiūtur) in se suscipere cupiūt: in quā pspicientes iugiter pro ratione cuiusq; sanctorū spirituū/ se ad eā effingere studēt. Cū itaq; hierarchiā dicimus: sacrā penitus quandā distinctionē indicamus/ que sit imago diuine pulchritudinis. fulgorisq; sui/ et intelligētie arcana mysteria ordinibus ac disciplinis sacratioribus peragit: pricipiiq; sui similitudinem (vt fas est) in se conatur exprimere. ¶ Ea enim A

demũ cuilibet diuine illi distinctioni dedito/ ꝑfectio est: pro modo suo ad dei imitationẽ to
B tis conatibus eniti/ quodꝙ prestantius oĩbus ac diuinius est (vt sacra testanẗ eloquia) dei
cooperatorẽ fieri: diuinamꝙ in se operationẽ quantũ potest palam cũctis ostẽdere. Puta
quoniã sacre illius fũctionis ordo est: vt alij purgẽtur/ alij purgẽt: et alij mysteriis imbuan
tur atꝙ illuminẽtur doctrina salutari/ alii id opus exequãtur/ ad perfectũ alii ducanẗ/ per=
ficiant alii. vnicuiꝙ diuina imitatio hoc modo conueniet. Diuina illa beatitudo (vt huma=
no loquamur affectu) nullius dissimilitudinis admixtione violatur: plenaꝙ est sempiter=
ni luminis/ perfecta/ nullius ꝑfectionis egens/ totius ꝑfectionis indultrix/ purgans/ et illu
minãs/ atꝙ perficiẽs. imo vero sacra ipsa purgatio existẽs ⁊ illuminatio atꝙ perfectio: su
pra purgationẽ omnẽ/ supra lucẽ/ ante perfectionẽ inextimabili modo locata/ ipa perfecti
C onis autor ac totius quidẽ sacre fũctionis causa: ceterũ a sacris oĩbus ratione excellentie
18 singularis excepta. ¶ Oportet igiẗ (vt arbitror) eos quidẽ qui purgãẗ omni prorsus labe
puros effici: ac dissimili omni cõmixtione liberari. qui vero illuminãtur: eos diuina luce re
pleri/ atꝙ castissimis mẽtis obtutibus ad cõtẽplationis habitũ/ virtutẽꝙ cõscẽdere. Por=
ro qui perficiũtur: eos (cum gradatim ad superiora feranẗ) participes fieri perficiẽtis illi⁹
sciẽtie sacrorũ/ ad que cõtuẽda prius illuminati erãt. At vero quibus purgãdi ceteros offi
cium est: ingẽti mũdicie copia tradere aliis sue sanctimonie cõsortiũ decet. qui vero illumi
nandi cõsecuti sunt munus: eos vtpote lucidiores spiritus ad percipiẽdã/ atꝙ tradendãm
aliis participationẽ ac societatẽ lucis idoneos/ sacriꝙ illius fulgoris gratia opulentissime
plenos: exundantẽ omni ex parte lucẽ in eos (qui merẽtur) effundere. qui autẽ perficiendi
fungũtur vice: eos vt perficiẽtis discipline peritissimos/ sacratissima ĩstitutione sciẽtie san=
19 ctarũ (quas contẽplati sunt) rerũ/ ad se accedẽtes hui⁹ rei causa perficere. ¶ Quilibet itaꝙ
superne distinctionis ordo pro modo ac ratione sua: vt deo cooperetur enititur. ea per gra
tiam indulte sibi a deo virtutis efficiẽs: que ipsi diuinitati excellẽti quodãmodo natura=
liter insunt/ et que ab ea supersubstãtialiter fiunt: queꝙ se ad imitationẽ celestium angelo=
rum sublimiter pandunt.

¶ Tertij capitis scholia.

A Que ꝑfecto destinatio deũ ipsũ habet. de
stinatio/ intentio/ imitatio/ sacraq3 fũctio.
B Ut sacra testantur eloquia. Joannes epi=
stola ad Gaiũ. Nos ergo debemus susci=
pere huiusmodi: vt cooperatores simus
veritati. Mattheus cap. quinto. Sic luce=
at lux vestra coram hominibus: vt videãt
opera vestra bona/ et glorificent patrem
vestrum qui in celis est.


Ad Gaium
Mattheus.



Et vnaqueꝙ hierarchiarũ/ hoc est sacroꝝ
principatuũ/ celestiũꝙ ordinũ diuinã bea
titudinẽ purgantẽ illuminantẽ et perficiẽ=
tẽ imitaẗ. suntq3 in ea qui purgant illumi
nãt ⁊ perficiũt: sunt qui vicissim purgãtur
et purgant/ illuminanẗ et illuminant/ per=
ficiunẗ ⁊ perficiũt. sũt qui eo in ordine solũ
purgantur illuminanẗ et perficiũtur. Sol
dum aerem tenebras pellẽdo mouet: pur=
gat. dũ aĩaliũ oculos ad se rapit ac cõuer
tit: illuminat. dum vero ad se cõuersos sua
lampade implet: format/ atq3 perficit. Igiẗ sacrorũ principatuum quidam supremi/ qui=
dam postremi/ et quidam medii. Supremi quidem: purgant/ illuminant/ et perficiunt. po=
stremi purgãtur/ illuminãtur/ et perficiũtur. medii vero vicissim purgãtur et purgant/ illu=


minantur et illuminant/ perficiuntur consummanturq3 et consummant.

¶ Et hinc hierarchicorum ordinum aliam subinferunt partitionem: quosdam esse principātes/ quosdam subditos/ et quosdam mixtos vicissim principātium et subditorum officia: pro dignitate/ sincera inuiolataq3 seruātes. Et hos omnes ordines: vna eademq3 diuinitas/ supereminenter pura superlucens: omnemq3 perfectionē superans ambit/ mūdat/ illustrat/ perficit: vt adiecta monstrat formula.



¶ Ueruntamen quia in celestibus oībus/ cum summis tum mediis ac ifimis: hierarchie hoc est sacri principatus nomen coaptat sacratus pater/ 7 sūmissionis/ subiectionisq3 nomen in illis supramūdanis cap. septimo refutat. Ideo qui pricipantes in subiecta figura appellātur: superprincipātes appellari poterūt, et qui subditi: supprincipātes. Quarciure euenit vt iterū coincidente cū superiori partitione celestes ordines distribui possint: in superprincipātes in supprīcipātes solum/ in pricipātes 7 supprincipantes, respectu quidem solum habito: ad ipsos celestes ordines. et id adiectū est: vt de diuinis loquēdo (quo ad fieri potest) religio seruetur 7 pietas. quēadmodū nobis pieiter mōstrauit sacratissimus pater.

Supremi.
Supprincipātes
Medij.
Principantes/ et supprincipantes
Postremi.
Supprinci. solū.



Mundans omnia/ illuminans omnia/ perficiens omnia.


E ¶Ratione excellentie singularis excepta. singularis/ vnice ac simplicis.

¶Quid significet angelorũ appellatio. Cap. IIII

20 Q Voniã itaqꝫ quid sit hierarchia ipa conuenienter a nobis (vt reor) diffinitũ est:
ipsã iam angelorũ functionẽ suo ordine laudare necessario cõuenit/ sacrasqꝫ il-
lius formas (quas sacre littere fingunt) eleuatis mentis luminibus cernere. vt
per sacratiora figmẽta: ad excellentem illarũ prorsusqꝫ diuinã simplicitatẽ cõscendamus.
atqꝫ cum debite veneratiõis honore/ gratiarũqꝫ actionibus cõgruis: totius supreme sciẽ
21 tie laudemus initiũ. ¶Primũ oĩm illud verissima ratione dixerim⁹: vt bonitate sola/ sum-
ma illa diuinitas rerũ essentias statuit/ atqꝫ ad esse produxit. Est enĩ oĩm cause/ excellẽtisqꝫ
bonitatis id propriũ: vt ad cõsortiũ sui que sunt inuitet et attrahat oĩa/ singula scilicet pro
captu ⁊ modo rationis sue. igif̃ omnia queqꝫ subsistunt: prouidentie ratione regunf̃ ex sũ-
ma illa oĩm autore deitate manãtis / illiqꝫ participant. Alioquin essẽt profecto nulla: nisi
substantie rerũ/ atqꝫ principio cõmunicarent. Itaqꝫ inanimata omnia: hoc ipsũ quod sunt
inde suscipiunt. Quippe esse oĩm est ipsa diuinitas: que modũ totius essentie superat. Por
ro que viuunt omnia ex hac ipsa que supra omnẽ vitã est/ cunctaqꝫ viuificat: vt viuant acce
perunt. rationalia itẽ atqꝫ intellectualia: eiusdẽ supra mentẽ omnẽ atqꝫ intellectũ perfecte/
et omnia ad perfectũ ducentis sapientie sunt participatione felicia. Liquet autẽ illas in cõ
22 spectu eius versari substantias: q̃qꝫ multis modis illi cõmunicant. ¶Sancte itaqꝫ celestiũ
spirituũ distinctiones: eis et que solũ sunt/ et que sine rationis vsu viuunt/ et que humana
vtunf̃ ratione: diuine illius participationis dignitate et copia/ longe precellunt. Nã cũ se
ad imitandũ deum spiritualiter/ intelligibiliterqꝫ cõponant/ atqꝫ diuinã similitudinẽ vltra
humanũ morẽ intuentes/ ad eam/ intellectualẽ speciem suã effingere cupiant: merito vbe-
riore illius participatione beate sunt. Astant enĩ propius illi coherentes/ ac semper in ante
riora (q̃ꝫtum fas est) eximia diuini et nunq̃ꝫ fatiscentis amoris intentione cõtendunt: diui-
nos illos fulgores absqꝫ vlla materia et admixtione/ iugiter haurientes: atqꝫ in illorũ for-
me naturã transeũtes/ vitamqꝫ omnẽ habentes spiritalẽ. hec sunt igif̃ que principali et mul
tiplici modo diuine societatis honore sunt predite: secretũqꝫ diuinũ precipue/ multisqꝫ enũ
23 ciant modis. ¶Iccirco et pre oĩbus angelicũ cognomen meruerũt: ꝙ cũ in eas primo di
uine claritatis fulgor emanet/ ipse postmodũ in nos enũtiationes illas sublimiores super
D ne traiiciãt. Sic deniqꝫ et lex (vt scriptura diuina testaf̃) per angelos nobis indulta est / in-
E clytosqꝫ illos patres nostros qui ante legẽ/ quiqꝫ fuere post legẽ: angeli ad deũ subuexere.
siue quid agendũ esset admonentes/ atqꝫ ab errore sacrilego vitaqꝫ prophana ad rectũ ve-
ritatis iter traducentes: siue sacra queuis instituta seu celestiũ sacramentorũ occultas visio
24 nes/ siue diuinas aliquas predictiones docendo pandentes. ¶Enimuero si quis fortasse di
F xerit ex deo ipso absqꝫ vllo medio: quibusdã sanctorũ diuinas apparitiones contigisse: is
G illud quoqꝫ de sacratissimis libris sapienter intelligat/ vt secretũ ipsũ dei quodcunqꝫ tandẽ
illud est: nemo vnq̃ꝫ vidit/ neqꝫ videbit. ceterũ diuine ille apparitiones sanctis viris per si-
H gna deo cõuenientissima sacris quibusdã atqꝫ intuentiũ modo ac viribus accomodatis/ vi
sionibus contigere. At vero sapientissima theologia/ visionẽ illam que in semetipsa descri
ptam ostenderet diuinam veluti effictam ex rebus formas non capientibus similitudinem
I (ꝙ ad deum cernentes adducat) diuinã apparitionẽ rectissime appellat. per quam intuenti
bus diuini⁹ ille fulgor irradiet/ eosqꝫ sacratius aliquid atqꝫ augustius doceat. Huiusmodi
vero diuinas visiones: celeberrimi illi patres nostri ministerio celestiũ virtutũ ediscebant.
K An non ipsam quoqꝫ legis sacram sanctionẽ: vt ex deo Mosi traditã scripture sancte tradi
tio loquif̃? At id quidẽ nos verius instruit: diuine illam fuisse sacratiorisqꝫ legis effigiem.
25 ¶Ex quo et illud sapientissime theologia videf̃ innuere: ꝙ scilicet iccirco illa per angelos
L ad nos vsqꝫ manauerit. vt id sãctissime ac diuine legis institutione caueref̃: priora sequen-
tibus iter ad deũ sternere. nõ enim solum in superioribus/ inferioribusqꝫ spiritibus lex ista
constituta est: verũ in equalibus quoqꝫ et qui eiusdẽ ordinis sunt. Quippe statuit sũmus
ille ac supersubstantialis omniũ ordo: per singulas distinctiones primos et medios extre

moſq; eſſe ordines atq; virtutes. vt ſcilicet inferiorũ ſpirituũ excellẽtiores quoq; precepto res ac duces ſint: per quos illi acceſſum habeant ad deum/ et ad lucem illã ſecretiſſimã dei/ ſocietatẽq; perueniant. Intueri autẽ libet vt diuinũ illud ſacramentũ/ quo noſtre humani tatis Iheſus benigniſſime factus eſt particeps/ angeli primũ didicerũt: deinde per illos/ ad nos quoq; ſcientie iſtius/ gratia diriuauit. Sic deniq; gabriel zachariã quidẽ pontificem (vt legimus) docuit naſciturũ ex ſe preter ſpem ſola diuina gratia filiũ/ prophetã fore/ ac preuiũ illius (que mũdo clementiſſime atq; ſaluberrime reuelanda erat in humana carne iheſu) diuine operationis: Mariã vero/ quo pacto in ea diuinũ illud atq; ineffabile ſuſcepte a deo humanitatis ſacramentũ pficeret: iſtruxit. Alius itẽ angelus Ioſeph pium erudiuit: et que patriarche dauid diuinitus promiſſa fuerant impleta premonuit. Alius item paſtores vt ſolitudinis receſſu et quiete purgatos alloquit/ eiſq; nũciat gaudiũ: atq; cũ illo multitudo celeſtis exercitus hymnũ illũ celeberrimũ atq; laudatiſſimum mortalib⁹ tradit. ¶ Libet ad ipſas quoq; ſupremas ſãctorũ/ altiſſimaſq; intelligentias cordis lumẽ attollere. Cerno enim vt ipſe quoq; iheſus celeſtiũ ſubſtantiarũ autor mirabilis/ atq; icõprehẽſibilis ab humana (quã ipſe ſtatuerat et elegerat) lege atq; ordine non deſciuerit: cum ad infirma noſtra ſine vlla ſui mutatione veniſſet. imo obtemperãter patris ac dei inſtitutis (que per angelos dederat) fuerit obſecutus. Illorũ item miniſterio nunciat Ioſeph: a patre ſũma diſpenſatione decretus Iheſu vel in egyptũ diſceſſus/ vel ex egypto in iudeã denuo reditus. ipſũ quoq; per angelos cernimus paternis legib⁹ ſubditũ. ¶ Omitto eni ea dicere/ que ſacroſãctis noſtris traditionib⁹ exponunt (ſciẽti eni loquor) vt ſcilicet iheſum angelus paſſioni proximũ et orantem cõfortaſſe memoretur/ et ipſe quoq; iheſus cum ob nimiam caritatẽ ſuã/ ſalutiq; noſtre nimis neceſſariam/ ſue pietatis opus iplendum in ordine veniſſet nunciantis: magni conſilij angelus ſit predicatus. Nam profecto (ſicut ipſe ſuo miniſterio cõueniẽtia locutus ait) quecunq; audiuit a patre nũciauit nobis.

Gabriel. Zacharias. Maria. Ioſeph. Dauid. Paſtores. Ioſeph



¶ Quarti capitis ſcholia.

Actuum. 7. ¶ Ut ſcriptura diuina. Lucas in actib⁹ apl'orũ cap. ſeptio. Et occiderũt eos qui annũciabant de aduẽtu iuſti/ cui⁹ vos nunc proditores et homicide fuiſtis: qui accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum.

¶ Inclytoſq; patres noſtros q̃ ante legẽ/ quiq; fuere poſt legem: angeli ad deum ſubuexere. Ante legẽ loth/ abraham/ iacob. Poſt legem gedeon/ pphete/ apoſtoli/ et qui pie in deo vixerunt. vt cornelius cẽturio/ daniel/ ioſeph/ ioãnes. Angeli ad loth Geneſis cap. decimonono. habes hic quẽpiã tuorũ/ aut generũ/ aut filios/ aut filias: omnes q̃ tui ſũt: educ de vr-

Loth. Geneſis. 19.

be hac. delebimus enĩ locũ istũ: eo ꝙ increuerit clamor eorũ/ corã dño qui misit nos vt per-
damus illos. Cumq; esset mane cogebant eũ angeli dicentes: surge/ tolle vxorẽ tuã et duas
filias quas habes/ ne et tu pariter pereas in scelere ciuitatis. dissimulante illo apprehende
runt manũ eius/ et manũ vxoris ac duarũ filiarũ eius: eo ꝙ parceret dñs illi. Abrahã gene- Abraam.
sis cap. vicesimo scdo. Extenditq; manũ et arripuit gladiũ: vt imolaret filiũ suũ. et ecce an Genesis.22.
gelus dñi de celo clamauit abraam/ abraam: qui respondit assum. dixitq; ei/ non extendas
manũ tuã super puerum/ neq; facias ei quicq̃: nunc cognoui ꝙ timeas dñm/ et non peper
cisti vnigenito filio tuo propter me. leuauitq; abraam oculos suos/ viditq; post tergũ arie
tem inter vepres cornibus herentem: quem assumens obtulit holocaustũ pro filio suo. vo
cauit autẽ angelus dñi abraam scdo de celo dicens/ per memetipsũ iuraui dicit dñs: quia
fecisti hanc rem/ et non pepercisti filio tuo propter me: benedicã tibi et multiplicabo semẽ
tuũ sicut stellas celi/ et velut arenã que est in littore maris. possidebit semẽ tuũ portas ini-
micorũ suorũ: et benedicent̃ in semine tuo omnes gentes terre. Jacob. Genesis cap. tricesi Jacob.
mo primo. Nũc ergo surge. et egredere de terra hac in terrã natiuitatis tue. Gedeon. Ju- Genesis.31. Gedeon.
dicum sexto. Apparuit ei angelus dñi et ait: dñs tecum virorũ fortissime. vade in hac forti- Judicum.6.
tudine tua: et liberabis israel de manu madian. ego ero tecum: et percuties madian quasi
virum vnũ. Tolle carnes et azymos panes: et pone supra petram illã/ et ius desuper fun-
de. et extendit angelus dñi sũmitatẽ virge quã tenebat manu: et tetigit carnes et panes azy
mos/ ascenditq; ignis de petra et carnes azymosq; panes consũpsit. angelus autem dñi/
euanuit ex oculis eius. Cornelius centurio. lucas actuũ apostolorũ cap. decimo. Oratio- Cornelius.
nes tue et elemosyne tue ascenderunt in memoriã in cõspectu dei. et nũc mitte viros in iop- Actuum.10.
pen: et accersi simonẽ quẽdam qui cognominat̃ petrus. Daniel cap. septimo. Aspiciebam Daniel.7
ergo in visione noctis/ et ecce cum nubibus celi quasi filius hoĩs veniebat: et vsq; ad an-
tiquũ dierum peruenit/ et in conspectu eius obtulerũt eum. et dedit ei potestatẽ/ et honorẽ/
et regnũ et omnes populi/ tribus et lingue seruiẽt ei. potestas eius potestas eterna que nõ
auferet̃/ et regnũ quod non corrũpetur. Joseph. Mattheus. cap. scdo. Ecce angelus dñi Joseph
apparuit in somnis ioseph dicens: surge et accipe puerũ et matrẽ eius/ et fuge in egyptũ. Matheus.2.
et esto ibi: vsq; dum dicam tibi. futurũ est enĩ vt herodes querat puerum ad perdendũ eũ. Joannes.
Joannes. Apocalypsis cap. vicesimo scdo. Et postq̃ audissem et vidissem: cecidi vt ado- Apocar.22.
rarem ante pedes angeli/ qui michi hec ostendebat. et dixit michi: vide ne feceris/ conser-
uus enĩ tuus sum et fratrum tuorũ prophetarũ/ et eorum qui seruant verba prophetie libri
huius. deum adora. Ecce ergo angeli ad deum subuehunt: vt Joannẽ. Quid agẽdum sit
monstrant et ãmonent: in loth/ iacob/ gedeone. Ab errore ad veritatis iter reducunt: in cor
nelio centurione. Sacramẽtorũ celestiũ occultas visiones pandunt in daniele. diuinas pre
dictiones docent in abraam et ioseph.

f ¶ Quibusdam sanctorum diuinas apparitiones contigisse. vt Mosi de quo numerorum Moses.
duodecimo. Cumq; fuissent egressi: descendit dñs in columna nubis/ et stetit in introitu ta- Numeri.12.
bernaculi vocans aaron et mariam. qui cum issent: dixit ad eos. audite sermones meos. si
quis fuerit inter vos propheta dñi: in visione apparebo ei/ vel per somniũ loquar ad illũ.
at non talis seruus meus moises: qui in omni domo mea fidelissimus est. ore enĩ ad os lo-
quor ei: palam et non per enigmata/ et figuras deum videt.

g ¶ Ut secretum ipsum dei quodcũq; tandem illud est. Jd supra ex Paulo ad Timotheũ. Ad Timo.6.
cap. sexto. Qui lucẽ habitat inaccessibilẽ/ quẽ nullus hoĩm vidit vnq̃: sed nec videre potest

h ¶ Per signa deo cõuenientissima sacris quibusdam. adiunge visionibus.

i ¶ Diuinã apparitionem rectissime appellat. diuinam apparitionẽ que et theophania di-
cit̃: celeberrimi patres nostri (hoc est sãcti prophete) ministerio angelorum ediscebant. vt
Daniel septio. Horruit spiritus meus/ ego daniel territus sũ in his: et visiones capitis mei Daniel.7.
conturbauerunt me. accessi ad vnũ de assistentibus/ et veritatem querebam ab eo de oĩbus
his: qui dixit michi interpretationẽ sermonũ/ et docuit me.

k ¶ An non ipsã quoq; legis sacram sanctionẽ. Deuteronomiũ cap. nono. Deditq; michi Deutero.9.

duas tabulas lapideas scriptas digito dei.

¶ Ex quo et illud sapientissime theologia videt̃ inuere. Ex Luca pauloante. Et paulus L
Ad Gala.3. epistola ad galathas cap. tertio. Quid igit̃ lex? propter transgressionẽ posita est: donec ve
niret semen cui promiserat / ordinata per angelos in manu mediatoris.

Lucas.1. ¶ Angeli primũ didicerunt. Lucas cap. primo. Ait angelus ei / ne timeas maria: inuenisti M
enim gratiam apud deum. ecce concipies in vtero et paries filiũ: et vocabis nomẽ eius ihe
sum. hic erit magnus / et filius altissimi vocabitur: et regnabit in domo iacob in eternum / et
regni eius non erit finis.

Gabriel
Zacharias
Lucas.1. ¶ Sic deniq; Gabriel zachariã quidẽ pontificem. Lucas cap. primo. Apparuit autẽ an- N
gelus dñi stans a dextris altaris incensi: et zacharias turbatus est vidẽs / et timor irruit su-
per eum. ait autẽ ad eũ angelus: ne timeas zacharia / quoniã exaudita est deprecatio tua. et
vxor tua Elizabeth pariet tibi filiũ: et vocabis nomen eius ioannẽ. et erit gaudium tibi et
exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebunt. erit enĩ magnus corã dño: et vinũ et sicerã
non bibet. et spiritu sancto replebit̃ adhuc ex vtero matris sue: et multos filiorũ conuertet
ad dñm deum ipsorum. et ipse precedet ante illũ in spiritu et virtute helie (vt cõuertat cor-
da patrum in filios / et incredulos ad prudentiã iustorũ) parare domino plebem perfectam

Maria.
Lucas.1. ¶ Mariam vero quo pacto in ea diuinũ illud. Lucas cap. primo. Dixit autẽ maria ad an- O
gelum / quomodo fiet istud: quoniã virum nõ cognosco? Et respondens angelus dixit ei:
spiritussanctus superueniet in te / et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; et quod nasce
tur ex te sanctum / vocabitur filius dei.

Ioseph
Matheus.1. ¶ Alius itẽ angelus ioseph pium erudiuit. Mattheus cap. primo. Ecce autẽ angelus do P
mini apparuit in somnis ioseph dicens: Ioseph fili dauid noli timere accipere mariam cõ
iugem tuam. Quod enĩ in ea natum est: de spiritu sancto est. Pariet autẽ filiũ: et vocabis
nomen eius ihesum. ipse enĩ saluũ faciet populum suũ a peccatis eorum.

Pastores
Lucas.2. ¶ Alius item pastores. Lucas cap. scdo. Et pastores erant in regione eadẽ: vigilantes / Q
et custodientes vigilias noctis super gregem suũ. et ecce angelus domini stetit iuxta illos /
et claritas dei circunfulsit illum: et timuerunt timore magno. et dixit illis angelus: nolite ti
mere. ecce enĩ euangelizo vobis gaudiũ magnũ quod erit omni populo: quia natus est vo
bis hodie saluator (qui est christus dominus) in ciuitate dauid. et hoc vobis signũ: inuenie
tis infantẽ inuolutũ et positũ in presepio. et subito facta est cum angelo multitudo militie
celestis laudãtiũ deũ / et dicentiũ: gl'ia in altissimis deo / et in t̃ra pax hoibus bonevolũtatis

Matheus.2. ¶ Illorum itẽ ministerio nuntiatur ioseph. Mattheus cap. scdo. Ecce angelus domini R
apparuit in somnis ioseph dicens: surge et accipe puerum et matrem eius / et fuge in egy-
ptum. Et paulopost. Defuncto autem herode / ecce angelus domini apparuit in somnis io
seph dicens: surge et accipe puerũ et matrem eius / et vade in terram israel. defuncti sũt enĩ
qui querebant animam pueri.

¶ Ipsum quoq; per angelos cernimus paternis legibus subditum. hoc est videmus do- S
minũ in eius natiuitate / in fuga in egyptum / in reditu ex egypto ordinatũ per angelos sub
sũmi patris legibus / ordinationibusq; qui et per os Osee prophete locutus ait: ex egypto
vocaui filium meum.

¶ Omitto enim ea dicere: que sacrosanctis nostris traditionibus exponunt̃. he sacrosan- T
cte traditiones: sancta sunt euangelia.

Ihesus
Lucas.22. ¶ Ut scilicet ihesum angelus passioni proximũ et orãtem confortasse memoretur. Lucas V
cap. vicesimo scdo. Et ipse auulsus est ab eis quantũ est iactus lapidis / et positis genibus
orabat dicens: pater si vis transfer calicem istum a me. veruntamen non mea volũtas: sed
tua fiat. Apparuit autem illi angelus de celo: confortans eum.

Esaias.9. ¶ Magni cõsilij angelus sit predicat9. Esaias cap. nono. Paruulus enĩ natus est nobis / X
et filius datus est nobis / et factus est principatus super humerũ eius: et vocabitur nomen
eius admirabilis consiliarius / deus fortis / pater futuri seculi / princeps pacis. Legebat̃
tẽpore apostolorũ. et factus est pricipatus super humerũ eius: et vocabit̃ nomẽ eius magni

consilij angelus.loco cuius nunc versum habemus:admirabilis consiliarius. Diũsitas lit terarũ origi.
3 ¶Queccunq̨ audiuit a patre nũciauit nobis.Joannes cap.decimoquito.Uos amici mei Joannes.15
estis:si feceritis que ego precipio vobis.iã non dicã vos seruos:q̃a seruus nescit q̃d faciat
dñs eius.vos autẽ dixi amicos:quia omnia quecũq̨ audiui a patre meo/nota feci vobis.

¶Cur omnes celestes spiritus:cõmuni appellatione dicantur angeli. Cap.V.


28 Ec igit̃ est(q̃tũ ipi sapimꝰ)ãgelice/quã in scripturis sãctis iuenimꝰ:appellatiõis
A h causa.dignũ vero videt̃ inq̃rere/diligẽtiusq̨ rimari quãobrẽ ij qui nobis de deo
B rebusq̨ diuinis disseruerũt:oẽs q̃dẽ simul celestes substãtias ãgelos vocẽt.Ubi
C v̄o altissimas illarũ distictiones exponẽ et enarrare pergũt/ãgelicũ eũ ꝓprie ordinẽ nomi
D nãt:qui diuina et celestia agmina cõplet/extremoq̨ in loco positus perficit.Ante hũc vero
E archãgelos eminẽtius statuũt/pricipatus deiceps/ꝛ potestates ac v̄tutes/quasq̨ his etiã
superiores substãtias norũt/atq̨ enũciãt sãctorũ voluminũ traditiones:graduũ iter se cel
29 situdine differẽtes.¶Dicimꝰ itaq̨ in oibus sacratissimis distictionibꝰ superiores quosq̨/
eminẽtioresq̨ ordines:iferiorũ quoq̨ agminũ nõ carere fulgoribꝰ/atq̨ virtutibꝰ:posterio
res vero superioꝝ itelligẽtie exortes esse.Igit̃ sãctissima illa/sũmorũ spirituũ agmina:etiã
F angelos theologi appellãt.et ipsa eni vim superni illius/diuiniq̨ fulgoris enũciãt.Porro
extremũ sãctoꝝ spirituũ ordinẽ/pricipatus/aut thronos/aut seraphin dicere:absurdũ est/
et a ratione prorsus alienũ.neq̨ eni supremis illis virtutibꝰ societate aut ꝑticipatione cõiũ
G git̃:ceterũ quẽadmodũ ipse hic venerãdos/diuinosq̨ põtifices nostros ad familiares sibi
ꝛ cognitas sũme diuinitatꝭ intelligẽtias ꝓuchit:ita et q̃ illi prelate sũt/ꝛ lõge eminẽt sacra
30 tissime distictiões/iplentẽ celestes/ãgelicasq̨ fũctiões ad deũ subuehũt ordinẽ.¶Nisi for
te istud q̃q̨ q̃s dixerit:iccirco ãgelicas oẽs appellatiões eẽ cõmunes:q̄ oim celestiũ v̄tutũ
sit equa societas/atq̨ ad dei silitudinẽ/lucẽq̨ diuinã(licet alie aliis excellãt/ gradusq̨ diũsi
sint)vna tñ intẽtione nitãt̃.verũ vt huiꝰ rei ratio liq̃dius ꝯstet/ꝛ q̃d dicimꝰ magis ꝑspicuũ
H sit:itueamur alto mẽtis obtutu cuiusq̨ celestis ordinis expositas i sãctis litteris ꝓꝑetates.
A ¶Quiti capitꝭ scholia.¶Ji q̃ nobis de deo/rebusq̨ diuinis disseruert̃.ꝓphete/ꝛ scti apl̃i
B ¶Oẽs quidẽ simul celestes substãtias/angelos vocẽt.psalmus cẽtesimus scd̃s.Bñdicite Psalmꝰ.102
dño oẽs angeli eius/potẽtes virtute:faciẽtes verbũ illiꝰ ad audiẽdã vocẽ sermonũ eiꝰ.Et
Mattheus cap.vicesimo quinto.Cũ autẽ venerit filiꝰ hoĩs in maiestate sua/et oẽs angeli Mattheꝰ.25
cum eo:tunc sedebit super sedem maiestatis sue/et cõgregabũtur ante eũ omnes gentes.
C ¶Ubi vero altissimas illarũ distinctiones exponere et enarrare pergunt.Quod dictũ est Seraphin.
propter paulũ/ex cuius sancta disciplina sequẽtia deducit:et vtinã diuine pietatis indultu Cherubin
nobis plura reliquisset.nam qui hec aperte declarẽt:hebreorũ libros non habemus. Throni. Dñationes
D ¶Extremoq̨ in loco positus ꝑficit.perficit/cõplet/terminat/atq̨ celestes ordies absoluit. Uirtutes. Potestates
E ¶Ante hũc v̄o archãgelos eminẽtius statuũt.Nouẽ btissimorũ spirituũ ordies/sacrosq̨ Pricipatus.
principatus esse ex sequẽtibus ampliꝰ dilucebit qui a sãctis/et deo plenis viris appellant̃ Archãgeli.
seraphin/cherubi/throni/dñatiões/v̄tutes/ptãtes/pricipatꝰ/archãgeli/ãgeli.De seraphi Angeli.
Esaias.cap.sexto.Uidi dñm sedẽtẽ sup soliũ excelsũ/et eleuatum:et plena erat domꝰ a ma Seraphin.
iestate eius.et ea q̃ sub ipo erãt replebãt tẽplũ.seraphin stabãt sup illud:sex ale vni/ꝛ sex ale Esaias.6.
alteri:duabus velabãt faciẽ eiꝰ/et duabꝰ velabãt pedes eiꝰ/ꝛ duabꝰ volabãt.De cherubin. Cherubin
psalmꝰ septuagesimꝰ nonus.Qui sedes sup cherubin:manifestare effraim/beniamĩ/ꝛ ma Psalmꝰ.79.
nasse.Excita potẽtiã tuã ꝛ veni/vt saluos facias nos.Et ezechiel cap.decio.Cherubin aũt Ezechiel.10.
stabãt a dextris domꝰ cũ igrederet̃ vir:et nubes ipleuit atriũ iterius/ et eleuata est gl̃ia dñi Throni.
sup cherub.De thronis/dñatiõibꝰ/potestatibꝰ ꝛ pricipatibꝰ.Paulꝰ epl̃a ad collocceñ.cap. Dñationes. Pricipatꝰ.
prio.Qui ẽ imago dei iuisibilis:ꝑmogenitꝰ ois creature.qm̃ i ipo cõdita sũt vniũsa i celis Potestates.
ꝛ in t̃ra/visibilia ꝛ iuisibilia:siue throni/siue dñationes/siue pricipatus/siue potestates.oia Ad colosseñ.1
per ipsũ et i ipo creata sũt:et ipe est ante oẽs/ ꝛ oia in ipo ꝯstãt.De v̄tutibꝰ.Mattheꝰ.cap. Uirtutes.
vicesimo q̃rto.Sol obscurabit̃:et luna nõ dabit lumẽ suũ.et stelle cadẽt de celo:ꝛ virtutes Mattheꝰ.24.
celorũ cõmouebũt̃.et tũc parebit signũ filij hoĩs in celo.De archãgelis.Paulꝰ ad tessalo- Archãgeli.
nicẽses epl̃a pria cap.q̃rto.Qm̃ ipse dñs:in iussu et in voce archãgeli et i tuba dei descẽdet .1.Ad tessa.4
de celo.De angelis.Genesis cap.decimo nono.Ueneruntq̨ duo ãgeli sodomã sedẽte loth Angeli. Genesis.19.

in foribus ciuitatis: qui cũ vidisset eos surrexit et iuit obuiam/ adorauitq̧ pronus in terrã.
¶ Et ipsa enĩ vim superni illius/ diuiniq̧ fulgoris enunciant. ipsa/ ipsa agmina. F
¶ Ceterũ quẽadmodũ ipse hic venerãdos. ipẽ/ ipẽ sctõꝝ spirituũ extremꝰ/ ãgelicusq̧ ordo. G
¶ Expositas in sacris litteris proprietates. expositas/ expressas atq̧ tactas. H

¶ Quenã sit celestiũ substãtiarũ prima/ que media/ que extrema distinctio. Cap. VI.

q Uot nẽpe ꝛ cuiusmodi sint sãctoꝝ spirituũ distictiões/ ꝛ quo pacto sacre illoꝝ fũ 31
ctiones peragãt: solã examussim nosse dixerim sũmã (per quã illi ĩ deũ assumũt)
deitatẽ. Ad hec ipas quoq̧ celites ꝟtutes ꝑp̃as/ atq̧ fulgores/ ꝛ sacratissimũ suũ I
celestẽq̧ ordinẽ: nõ ignorare par ẽ. Neq̧ enĩ scire possumꝰ nos btĩssimoꝝ spirituũ abstrusa
mysteria vtq̧ illi sãctissie ꝑficiãt: nisi illa forte nos
scire q̃s dicat q̃q̧ illoꝝ ministerio/ sua scꝫ rite cal-
lẽtiũ/ diuina nos pietas docuit. itaq̧ nos quidẽ ni
chil motu ꝓp̃o/ instructuq̧ dicemꝰ. ceterũ q̃ a scĩs
theologis notata sũt angelice ꝓprietatis ĩsignia: K
ea nos edocti pro virĩbꝰ exponemꝰ. Oẽs simul ce
lestes/ ĩmortalesq̧ substãtias: in nouẽ ordines di 32
uinus sermo distinxit/ ꝓpriisq̧ ac significãtibus L
vocabulis appellauit. Has eximius p̃ceptor no-
ster ĩ ternas tertio repetitas distictiones ad sãcte M
trinitatis diuisit imaginẽ. Ac primã quidẽ esse ait
que corã deo versẽt semꝑ/ idq̧ ex diuina dignati-
one susceperit/ vt illi ĩhereat iugiter/ nullisq̧ me-
diis interiectis spiritibus inserat. Nã sãctissimos
thronos/ ꝛ oculis plurimis/ alisq̧ p̃ditos ordies N
cherubin scꝫ et seraphin hebreorũ voce appella-
tos: iuxta deũ nullis mediis ĩsertis agminibꝰ emi
nẽti ꝓpinquitate locatos ait/ idq̧ sãctarũ scriptu
rarũ tradere expositionẽ. Hãc igit ternariã distin- O
ctionẽ vt vnã/ ꝛ ꝑ oĩa equalẽ/ primãq̧ re vera hie
rarchiam illustris dux noster ac magister esse ait:
qua nõ sit p̃stantior altera/ primoribusq̧ dei sũmi
splendoribus maiori ꝓpinq̃tate ꝯiũcta. Secũdã
ꝟo asseruit/ q̃ ptãtibꝰ/ dñationibꝰ/ ꝟtutibꝰq̧ ꝯficit
Tertiã itẽ q̃ in celestibꝰ fũctionibꝰ extremũ teneat
locũ: ex ãgelis ꝛ archãgelis pricipatibusq̧ ꝯstãtẽ.

Doctrina Beatissimi Pauli.



¶ Sexti capitis scholia.
¶ Ad hec ipas quoq̧. Ad hec adhuc/ p̃terea/ ĩsuꝑ I
¶ Ceterũ que a sãctis theologis. theologis/ pro- K
phetis et apostolis/ ꝛ presertim a beatissimo pau-
lo: a quo angelice ꝓprietatis insignia hic sacramẽ
torum diuinorum magister/ edoctus est.
¶ Oẽs simul celestes. doctrina beatissimi pauli. L
¶ Has eximiꝰ p̃ceptor noster ĩ ternas tertio repeti M
tas distictiões. Eximiꝰ p̃ceptor nr̃/ btĩssimꝰ paulꝰ.
¶ Nã sãctissios thronos/ et oclis plurimis/ alisq̧ N
p̃ditos ordies. Ezechiel cap. 1. Et totũ corpꝰ oclis
plenũ ĩ circuitu ipoꝝ q̃ttuor. Et Esaias cap. 6. Se
raphin stabãt suꝑ illud: sex ale vni/ et sex ale alteri
¶ Idq̧ scãrũ scp̃turaꝝ tradere expositionẽ. Et di O
cebat paulꝰ: id scãꝝ scp̃turaꝝ tradere expositionẽ

Ezechiel. 1.
Esaias. 6.

¶ De seraphin/ et cherubin/ ꝛ thronis: ꝛ de prima eorũ hierarchia. Cap. VII

hierarchia est sacer principatus

33 Unc nos quoqꝫ suscipientes functionũ celestiũ ordinẽ/ aptissimãqꝫ distributio=
h nẽ: dicimus primo omne sanctoꝝ spirituũ cognomen/ insinuationẽ atqꝫ indiciũ
preferre diuine cuiuslibet ipsoꝝ ꝓprietatis. Ac sanctoꝝ quidẽ seraphin appella=
tionẽ (ij qui hebree lingue periti sũt) icẽdẽtes siue calefaciẽtes: cherubin vero multitudinẽ
sciẽtie/ siue sapiẽtie effusionẽ significare aiunt. Merito igit̃ prima illa celestis fũctio ab al=
tissimis spiritibꝰ agit̃: cui sit ordo oĩbus celsior atqꝫ sacratior/ vt ante cõspectũ diuine maie
statis cõtinẽter assistat/ ꝑpetuoqꝫ locata sit. atqꝫ in ipsã vt pote ꝓpinquissimã: primores ille
diuine apparitiones ac ꝑfectiones/ p̃cipue ac peculiarius penetrẽt. appellant̃ nẽpe calefa=
ciẽtes et throni et sapiẽtie effusio cõgruo scꝫ ac diuino illoꝝ habitꝰ signãte noĩe. Nã ꝙ diui Seraphin.
nis rebus sempit̃no motu ⁊ nũqꝫ lacessente studio inseruiãt: ardoreqꝫ ac celeritate mirabi=
li ac feruore perpetui illiꝰ ⁊ nũqꝫ cedẽtis aut inclinãtis eterni motus sui: iferiora etiã agmi
na ad sui similitudinẽ potẽtissime subuehãt/ illa veluti incẽdẽtes atqꝫ ad similẽ feruoris gra
tiã exuscitãtes/ preterea ꝙ sũma vi flãmãtis incẽdij expurgent/ lucidaqꝫ ⁊ illuminãte pro=
prietate beatissimi spiritus apertaqꝫ et iextinguibili et q̃ semꝑ eodẽ se habeat modo totius
obscurissime caliginis ac cecitatis expultrice ac ꝓfligatrice sint prediti: seraphin accepere
cognomẽ. At vero sãctoꝝ cherubin appellatiõe/ illoꝝ eximia sciẽtia deiqꝫ speculatio/ sum= Cherubin.
meqꝫ et exuberãtis lucis capacitas atqꝫ cõtẽplatio (qua diuinã speciẽ nõ per traduces vl=
los/ sed primaria vi sua intuent̃) gratie quoqꝫ copiosa traditio et cõmunicatio/ iuidie liuo=
re carẽs: qua indultã sibi sapiẽtiã in sequẽtia et iferiora trãsfundũt: designat̃. Porro altis= Throni
simarũ et eleuatarũ sedium noĩe: illas ab omni terreni affectus humilitate lõgissime remo
tas esse/ sursũqꝫ ad ardua iuiolabili studio ferri edocemur: dũ ille ab ifimis oĩbus iugi intẽ
tione disiũcte/ ac circa illũ qui vere excelsus est totis viribꝰ incõcusse/ stabiliterqꝫ locate di=
uinũ aduẽtũ absqꝫ vllius ꝑturbationis ac materie ipedimẽto suscipiũt: dcũqꝫ ferẽtes obse=
quij deuotiõe ad ipsius percipiẽdos fulgores semꝑ patẽt. Ista quidẽ nominũ ipsoꝝ (q̃tũ
34 ipsi intelligimꝰ) ratio est. ¶ Dicẽdũ vero quã esse ipsorũ hierarchiã arbitremur. Nẽpe enĩ
ꝙ oĩs huiusce sacre fũctionis intẽtio ex diuina imitatione ac specie dependeat/ ꝙqꝫ officiũ
ipsius omne in participationẽ sacrã/ traditionẽqꝫ purgationis imixti et diuini luminis cõ=
summãtisqꝫ sciẽtie diuisũ sit: supra iã satis dictũ esse arbitror. Nũc vero digne ꝓ merito tã=
tarũ rerũ/ dicere cupio: quonã modo hec altissimorũ spirituũ fũctio in sãctis litteris tradit̃.
primis illis substãtiis que post autorẽ suũ deũ locate ac velut in ipsius valuis posite omnẽ
inuisibilẽ/ visibileqꝫ virtutẽ conditã longe transcendũt: propriã quandã esse atqꝫ adesse in
nullo dissimilẽ functionẽ arbitrandũ est. Puritate quoqꝫ singulari preditas existimandũ/
P non quasi maculis impuris/ colluuionibusqꝫ liberatas/ neqꝫ vt materiales non suscipiẽtes
imagines: sed vt omni sũmissione atqꝫ admixtione celsiores/ sacraqꝫ omni re (excellenti li=
cet) per supremã atqꝫ inuiolabilẽ puritatẽ/ diuinisqꝫ ipsis virtutibus oĩbus superne eminẽ=
tes/ atqꝫ ordinẽ suũ sempiterno parilíqꝫ et cõstanti vigentẽ motu: fixum atqꝫ inuertibilẽ di=
Q uina dignatione tenentes. nullãqꝫ in deterius iminutionẽ penitus scientes: sed stabili sem=
per atqꝫ imobili diuine ꝓprietatis sue/ purissimaqꝫ sede subnixas. Cõtẽplatiuas item pari
ratione sentiendũ est: nõ quasi ille sensibilia vel spiritalia contẽplent̃ signa/ neqꝫ vt que tra=
dite in diuinis litteris speculationis ad deũ varietate ferant̃: sed vt totius spiritalis scientie
celsiore luce repletas/ p̃cipalisqꝫ atqꝫ pulchra cũcta faciẽtis speciei/ supsubstãtiali ac liqui
35 dissima ꝯtẽplatione/ plenitudineqꝫ beatas. ¶ Eadẽ quoqꝫ ratione ihesu felicissima societa
te dignatas intelligẽdũ. nõ ꝙ ex fictis imaginibꝰ ac formis ille deificã similitudinẽ nitãtur
exp̃mere: sed ꝙ veraciter in p̃ma ꝑticipatiõe sciẽtie deificoꝝ ipsiꝰ luminũ illi ꝓpinque sint/
R acp̃terea ꝙ ipsis diuina imitatio excellẽtiore modo donata sit. ꝯmunicãt qꝫ (q̃tũ par est) ĩ
prime cõditionis sue deificis ipsius/ benignissimisqꝫ ꝟtutibus. ꝑfectas autẽ itidẽ fatendũ:
nõ quasi eã scientiã didicerint/ qua signorũ sacra varietas/ perplexaqꝫ soluant̃ inuolucra:
S sed vt que prime illiꝰ/ eminẽtisqꝫ gratie (per quã deo inserunt̃) plenitudinẽ sint ꝯsecute: iu=
xta supremã illã (cuius capaces sũt angeli) diuinoꝝ operũ disciplinã. Neqꝫ enĩ per sanctos
alios spiritꝰ: sed a diuinitate ip̃a sacratius erudiũtur in illã perpetua se intẽtione dirigẽtes

excellēti cūctis virtute atqꝫ ordine. ad summū quoqꝫ puritatis ⁊ nusqꝫ deuiātis cōstātie ver
ticem peruecte / ⁊ in eo stabilite: decorē illū omni materia celsiorē / intelligibilēqꝫ (vt fas est)
cōtemplari pergūt. diuinorūqꝫ operū ꝓfundas / et que sciri possūt rationes: vt primarie et
que iuxta deū sint discūt / ab ipsa sancta trinitate supreme erudite. ¶ Istud nēpe theologi 36
apertius indicāt: inferiores scilicet celestiū spirituū ordines / a superiorib⁹ diuinorū operū
scientiā honestissime discere. qui vero celsiores oībus sunt: a deitate ip̄a (vt fas est) seorsum
sacratius erudiri. Quosdā eni ex ipsis inducūt a priorib⁹ sacramēta perdiscere / dominūqꝫ C
celestiū virtutū esse ac regem glorie (qui humana forma assumptus esset in celū) aliis docē
tibus nosse. Quosdā itē ad ihesu ipsius hesitātes aspectū / diuiniqꝫ illi⁹ operis ⁊ pro nobis
assūpte carnis scientiā discere cupiētes: quos ip̄e ihesus per se doceat / eximiāqꝫ benigni-
tatem suā primo ipsis insinuet. ego eni inquit loquor iustitiā ⁊ iudiciū salutaris. Dignum a
vero miraculo est / cur prime ille quoqꝫ virtutes angelice (que ceteras tāto celsitudinis ho-
nore trāscendūt) diuinarū intelligētias rerū / quasi nō sūme sed medie sint: a deo reuerēter
adiscere cupiāt. nō eni ad ipsum statim verba dirigūt interrogātes quare rubra sunt vesti-
menta tua: sed prius inter se herentes inquirūt / vt ostendant quidē se discēdi auidas et di-
uini operis scientiā cupere: verū hanc sibi nequaqꝫ ante diuine illustrationis gratiam suo
ordine procedētis vsurpare presumere. ¶ Prima igit̄ celestiū spirituū sacratissima fūctio: 37
ab ipso deo (vt diximus) erudit̄. Cūqꝫ ad illū nullo medio tota intētione ferat̄: purgatione
castissima / ingēti lumine / et exactissima / primaqꝫ profectione pro modo ⁊ captu suo plena /
purgat̄ ⁊ illuminat̄ atqꝫ perficit̄. oīs quidē sūmissionis admixtione pura: ceterū primo ple
na lumine / et primitus idulte notionis ac scientie effecta particeps. ¶ Illud quoqꝫ paucis 38
nō incōueniēter addiderim / ꝙ ꝑticipatio ip̄a diuine sciētie: ⁊ purgatio / ⁊ illumiatio sit / atqꝫ
perfectio: dū per indultā sibi ordinatissime perfectioꝝ mysteriorū notionē / veluti ab igno-
rātia purgat. Ipsaqꝫ diuina sciētia illuminat / per quā etiā purgat: dum que antea nō vide-
bātur / sublimioris nūc intelligētie luce pādunt̄. perficit itidē hoc lumine: dū altissimoꝝ sē-
suū firmā / perseuerantēqꝫ scientiā tradit. Hec igit̄ est (q̄ꝫtum ip̄e sapio) celestiū spirituū pri-
ma distinctio / que deū iugiter ambiens / et circa illū nullis mediis interpositis agminibus
astans: eternā ipsius scientiā simpliciter et indeficiēti circūstat affectu / secundū altissimam
illius angelice firmitatis sempiterno vigentis motu rationē. Ea quippe plurimas ac bea-
tissimas speculationes / purissimis intuetur obtutibus: simplicesqꝫ ⁊ cōtinentes diuine cla-
ritatis radios suscipit / atqꝫ diuini cibi alimonia pascit̄: qui ꝑme quidē est largitionis pro-
fusione plurimus. ceterū diuine refectionis vnitate non varia / et quos repleuerit sibi inse-
rente / vnus est. Permulta item diuine societatis gratia ⁊ familiaritate ⁊ cooperatione bea x
ta (dum eius in se pro viribus similitudinē exprimit) preclaros habitus / actionesqꝫ imita-
tur: plurima ex diuinis rebus excellenti ratione cognoscens / diuineqꝫ sciētie et agnitionis
(q̄ꝫtum fas est) particeps facta. Quocirca ipsius quoqꝫ laudes scriptura sacra mortalibus y
tradidit: in quibus aperte supreme illius lucis et augustissime intelligētie notatur eminen
tia. Nāqꝫ (vt humano more dixerim) aliȷ́ ex his spiritibus / aquarū voces imitant̄ dum ex-
clamant benedicta gloria dn̄i de loco suo. aliȷ́ laudatissimā illā et horroris / reuerentieqꝫ ac
sacratioris intelligētie plenā clamātes emittūt vocem: Sāctus / sanctus / sanctus dn̄s deus
sabaoth / plena est omnis terra gloria illius. Has autē altissimas celestiū spirituū laudatio-
nes / iam quidē cum de diuinis hymnis scriberemus: satisqꝫ tunc hac de re pro modulo no
stro in illo opere diximus. Ex quo ammonēdi causa id tantum impresentiarū dixisse suffi 3
ciat: ꝙ theologie scientiā prima ista distinctio a diuina bonitate (vt fas est) intimi fulgoris
accipiēs: hanc ad diuine bonitatis imaginē / deinceps iis etiā qui post eā sunt ordinibus
tradit: illud (vt breuiter dixerim) docens / venerandā illā / excellentiqꝫ laude ab oībus pre-
dicandam deitatem: fas esse / laudabiliter a diuinis / tāteqꝫ maiestatis capacibus spiritibus
agnosci / atqꝫ pro merito ac modo singulari celebrari. sunt eni isti plane (quod sacre tradūt z
littere) vt diuinā speciem pre se ferētes diuine requiei beatissime sedes. Illud preterea mo-
nadem esse / atqꝫ in tribus personis vnitatē: que a summis illis / angelicisqꝫ substātiis vsqꝫ

ad terre nouissima ineffabili benignitate pertingat/ et que sunt oia prouidentie sue ratione moderetur: vt totius prouidētie singulare principiū et causa: et quod oia supersubstantialiter inuiolabili modo comprehensa contineat.

¶ Septimi cap. scholia.

P ¶ Neq; vt materiales nō suscipiētes imagines: sed vt omni summissione atq; admixtione celsiores. hoc est nō quasi liberatas a rerum materialiū imaginationibus: quēadmodū nos (cū ad dei cōtēplationē proficere volumus) liberari necessum est. sed vt omni sūmissione hoc est subiectione et diminutione ⁊ cōtrarioꝝ āmixtionis impuritate lōge superiores.

Q ¶ Nullamq; in deterius imminutionē penitus sciētes. imminutionem/ immutationem/ offensionem/ atq; iniuriam.

R ¶ Cōmunicantq; quantū par est in prime conditionis sue deificis ipsius/ benignissimisq; virtutibus. alia traductio habet cōmunicāt autē huiusmodi (vt possibile est) in preoperatrice virtute deificis ipsius et humanis virtutibus. quia primos ihesu perficientis/ beatificātisq; radios et benignissime humanitatis sue mysteria (vt pote que sint viciniores) precipiunt: in aliosq; deriuant/ atq; diffundunt.

S ¶ Plenitudinē sint cōsecute: iuxta supremā illā (cuius capaces sunt angeli) diuinorū operum disciplinā. Angeli supreme discipline diuinorū operū capaces sunt: sed nō secundum illam exuberantē plenitudinē qua supremus ordo (qui sine medio a diuininitate imbuit̄) purgat̄/ illuminat̄/ atq; perficit̄. Alij vero tāte plenitudinis minime capaces: a diuinitate (cōcurrētibus aliis/ mediisq; spiritibꝰ) purgationes/ illuminatiōes/ ꝑfectionesq; suscipiūt.

T ¶ Quosdā enim ex ipsis inducunt a prioribus sacramēta perdiscere. Theologi/ sanctiq; prophete quosdā celestiū spirituū inducunt: sacramēta a superioribus/ celsioribusq; spiritibus perdiscere. psalmus vicesimus tertius. quis est iste rex glorie? dominus virtutū ipse est rex glorie. Esaias cap. sexagesimo secundo. Ecce saluator tuus venit/ ecce merces eius cum eo/ et opus eius corā illo: et vocabūt eos populus sanctus/ redempti a domino. Psalmꝰ. 23: Esaias. 62.

V ¶ Ecce eni inquit loquor iustitiā et iudiciū salutaris. Esaias cap. sexagesimo tertio. quis est iste qui venit de edom/ tinctis vestibꝰ de bosra: iste formosus in stola sua/ gradiēs in multitudine fortitudinis sue? Ego qui loquor iustitiā: ⁊ ꝓpugnator sum ad saluandū. Quare ergo rubrū est indumentū tuū: et vestimēta tua sicut calcantiū in torculari? Torcular calcaui solus: et de gētibus nō est vir mecū. Ex quibus oībus talis diuinus colligitur dialogus. cuiꝰ interlocutores: angelicus ordo. Ecclesia. Medius celestiū ordo. Supremus ordo. Jhesus mūdi autor ⁊ saluator: qui se a terris recipiēs/ in celū assumit̄. Angelicus ordo ad ecclesiā. Ecce saluator tuus venit/ ecce merces eius cū eo et opus eius corā illo: et vocabunt eos populus sāctus/ redēpti a dño. tu autē vocaberis quesita ciuitas et nō derelicta. Medius virtutū ordo ad pricipatus ⁊ angelicū ordinē. Attollite portas pricipes vestras/ et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. Angelicus ordo ad mediū celestiū/ superiorēq; ordinē. Quis est iste rex glorie? Medius ad angelicū. Dñs fortis et potēs/ dñs potens in prelio. Supremus celestiū ordo ad mediū ordinē. Attollite portas pricipes vestras/ et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. Medius ad supremū. Quis est iste rex glorie? Supremus ad medium. Dñs virtutū ipse est rex glorie. Supremi inter se. Quis est iste qui venit de edom/ tinctis vestibꝰ de bosra: iste formosus ī stola sua/ gradiēs in multitudine fortitudinis sue? Jhesus autor seculorū ad eos. Ego qui loquor iusticiā/ et ꝓpugnator sum ad saluādū. Supremus ordo ad eundē. Quare ergo rubrū est indumentum tuum: et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Jhesus saluator ad eosdē. Torcular calcaui solus: et de gentibus non est vir mecum. Esaias. 63. Dialogus ex diuinis

X ¶ Familiaritate et cooperatione beata. Suprema distinctio beata. estq; beata rectus ⁊ nō septimus casus.

Y ¶ Quo circa ipsius quoq; laudes scriptura sacra mortalibus tradidit. Ezechiel cap. tertio Ezechiel. 3.
Et assumpsit me spiritus: et audiui post me vocē cōmotionis magne benedicta gloria domini de loco suo/ et vocē alarum animaliū percutientiū alteram ad alterā/ et vocem rota=

Esaias.6. rũ sequentiũ aĩalia/ ꝛ vocem cõmotionis magne. Esaias cap. sexto. Seraphin stabant sup illud. sex ale vni et sex ale alteri: duabus velabãt faciẽ eius et duabus velabãt pedes eius/ et duabus volabãt et clamabãt alter ad alterũ et dicebãt. sanctus/ sanctus/ sanctus dñs deus sabaoth. plena est omnis terra gloria eius. Sabaoth nunc apud nos versum est exercituũ.

Liber 8 diuinis hymnis ¶ Jam quidem cum de diuinis hymnis scriberemus. librum de diuinis hymnis diuinus 3
pater Dionysius cõposuit: qui et nunc desiderat. et quem clemẽtia ihesu christi/ eiusq̧ omni hymno et laude digna bonitas: restituat.

Esaias.66. ¶ Sunt eni isti plane (quod sacre tradunt littere) vt diuinã speciem pre se ferentes. Esaias 2
cap. sexagesimo sexto. Que est ista domus quã edificabitis michi: ꝛ quis iste locus requietionis mee: hec/ manus mea fecit/ et facta sunt vniuersa ista/ dicit dominus.

¶ De dominationib⁹/ virtutibus/ ac potestatib⁹/ ꝛ de media illarũ hierarchia. Cap. VIII

Transeundũ iam nobis est ad mediã celestium spirituũ distinctionẽ: dominatio- 39
nesq̧ illas et potẽtissima omnino spectacula diuinarũ potestatũ/ atq̧ virtutum (erectis in eterna luminibus) pro captu nostro cõtemplandũ. Quelibet eni supernarũ virtutũ appellatio: proprietates illarũ diuinã imitãtes speciem signat. Sanctarũ igitur dominationũ pleno mysterij noie signari arbitror: celsiorẽ intelligentiã quandã totius seruitutis ignarã/ omniq̧ summissione infima liberã/ nulliq̧ tyrannice dissimilitudini vllo omnino modo seipsã subiicientẽ. Que cum suã asserit libertatẽ: vt nullis blandiciis cedens/ veraq̧ dñatio/ seruili omni et iminutioni obnoxio opere superior est/ nulliq̧ summissioni cedit. atq̧ omni dissimilitudine celsior: vere dominationis imo deitatis ipsius sũme dominãtis indeficienti/ ardentiq̧ flagrat desiderio. atq̧ illius propriã similitudinẽ se ipsã inq̃tũ potest/ et que post se sunt. ad sũmi boni exẽplar effingit. atq̧ ad nichil (eorũ que fru- A
stra videtur) sed ad id solũ quod vere ac ꝓprie est: tota intẽtione cõuersa/ summe semp dominantis deitatis pro viribus particeps fit. ¶ Enimuero beatissimarũ appellatione virtu- 40
tum: virilem quandã et (vt sic dixerim) masculã/ incõcussamq̧ fortitudinẽ signari certũ est. qua in oibus diuinis suis actionibus predite/ ad nullius superne illabẽtis diuini fulgoris perceptionẽ inualide fiunt/ atq̧ ad dei imitationẽ potẽter assurgũt. neq̧ per imbecillitatis ignauiã diuinos suos deserunt motus: ceterũ intentione perpetua supremã illã (per quam valent oĩa) virtutẽ intuẽtur. eiusq̧ potẽs imago pro viribus fiunt/ atq̧ ad ipsã vt virtutis totius autorẽ vi summa cõuerse: ad ea que inferiora secũdo loco sunt/ virtutis largitate ad diuine bonitatis effigiem/ prodeunt. ¶ Porro sanctarũ potestatum vocabulo (que vnam 41
et equalẽ cum altissimis dominationib⁹ atq̧ virtutibus sortẽ accepere) significari dicimus ornatissimũ/ et nulla permixtione cõfusum ad diuina suscipiẽda/ ac pulcherrimũ ordinem et aptissimã seriem celestis/ spiritalisq̧ potẽtie/ nequaq̧ tyrannice atq̧ in deterius viribus sue potestatis abutentis: verũ insuperabili cõstantia ordinatissime ad diuina tendentis/ et que post se sunt agmina: dei imitatione promouentis. Hec vero summe illius potestatis (ex qua/ vt sint potẽtes acceperũt) similitudinẽ in se nituntꝛ exprimere/ eãq̧ (vt angelis fas est) in suis ordinibus/ decore potẽtissime virtutis insignibus preferũt. His diuinis ꝓprietati- B
bus freta celestiũ spirituũ media illa distinctio: purgatur quidẽ et illuminatꝛ atq̧ perficitꝛ (modo quo diximus) ex sacris intelligẽtie diuine fulgoribus in illã per prime/ superiorisq̧ distinctionis officiũ secũdo loco manãtibus/ perq̧ mediã illam hac liquidiore penetranti- C
bus luce. ¶ Deniq̧ ꝙ legimus per angelũ in aliũ angelũ cuiusdã rei peruenisse noticiam: D
euidẽs indiciũ esse arbitramur perfectionis ex longinquo venientis/ ac ꝓcessus ratione in 42
secundũ perfectionis locũ deriuantis. Nempe eni vt ij qui nostra venerãda mysteria probatissime callent: eas diuinarũ perceptiones rerũ/ que a deo ipso sumũtur nullius intercedente ministerio/ perfectiores esse aiunt iis diuine cõtemplationis participationibus/ que per alios veniũt: ita reor angelicoꝝ quoq̧ ordinũ gradum/ quo sine vllo medio diuina cõtẽplatione fruũtur dũ in deũ ipsũ precipue tendũt: lõge esse certiorẽ et efficaciorẽ/ q̃ illoꝝ qui per alios medios id assequuntꝛ. Quo circa nostra quoq̧ sãcta/ sacerdotalisq̧ traditio E
ꝑmores illos spũs: sequentiũ perficiẽtes et illuminãtes ac purgãtes appellat. quoꝝ illi mi

nisterio/ad sūmū illud oīm pricipiū subuehūt: diuinarūq; purgationū/ et illustrationū ac perfectionū (vt sibi fas est) participes fiunt. Id quippe diuina et eterna lege atq; ordine sancitū est: vt per

F prima secūdis diuini fulgoris radius influat. Inuenies hoc plerisq; in locis docuisse theologos. nam cū diuina/paternaq; clementia/ israeliticam plebē pro salute sua ad conuersionis gratiā erudi

G ret: ferisq; et immitibus gētibus ad emēdationē/ et ad penā de illa sumēdā exponeret/ omniq; prouidentie genere errantes ad meliora conuerteret: vbi ad penitētie remedia confugissēt/ et liberos a captiuitatis iiuria dimittebat: et ad priores per sū

43 H mā clemētiā delicias/copiasq; reuocabat. ¶Cernit nempe Zacharias vnus ex theologis vnū ex primis vt arbitror angelis/ qui oculis diuine maiestatis semp assistunt (cōmunis quippe est vt supra iam dixim⁹: celestibus oībus angelica cogno

I minatio) verba consolatoria de hoc ipso a deo di

K dicisse vt dictum est. Aliū vero ex inferioribus angelis in occursum primi processisse: vt diuine per illū intelligētie capax et particeps fieret. deinde cū ab eo veluti ab antistite diuinū consiliū didicisset: vt prophetam quoq; doceret fuisse permissum/ q; ybertim habitabit hierusalem a multitudine ho

L minū. Alius item ex theologorū numero: Ezechi

M el/hoc et a deitate ipsa sedente super cherubin in sue gloria maiestatis/ sacratissime fuisse constitutum ait. Israeliticā eni (vt diximus) gētem paterna clemētia per disciplinā ad meliora traducens:

N iustitia cōuenientissima insontes a reis discernen

O dos instituit. primus hoc post cherubin discit: qui lumbos saphyro erat accinctus/ qui talarē tunicā

P pontificalis vestis indiciū/ induebat. Porro angelos reliquos qui securibus armati erant: diuina et ornatissima dispositio iubet a priore discere diuinū de re tāta discrimē. Nā illi qdē per mediā hierusalē transire iubet et signa frontibus insontiū virorū imponere. aliis vero ite dicit in ciuitatem post ipsū et occidite: neq; parcatis oculis vestris. super omnes autem in quibus est signum: nolite



Zacharias.

Ezechiel.

Q propinquare. Quid autem de illo dicemus angelo qui danieli ait exiit sermo: aut de illo q Daniel.

R primus ignē de medio cherubin sūpsit? siue (q; ad demōstrationē angelici pulcherrimi ordinis profecto plus valet) q; cherubin ipsa/ignem in eius manus iniiciunt: qui sanctā in

S duerat stolam. Siue de illo qui eximij meriti gabrielem vocauit et dixit: fac intelligere istū Gabriel. visionē. siue quecq; alia a sanctis theologis de celestiū spirituū diuina specie/ ac decoro ordine dicta legunt. ad cuius sane imaginē dum nostra quoq; sacrosācta functio se cōponit/ eiq; similis euadere pro viribus nitit: angelicū decorem veluti in figuris cōsequet/ formas inde capiēs/ ac per illū ad sūmū toti⁹ sacre fūctiōis autorē deū/ ei⁹ freta adminiculis scādēs

¶Octaui capitis scholia.

¶ Eorum que fruſtra videnť. fruſtra/ vane/ caduce. A

¶ Decore potentiſſime virtutis inſignibus preferunt. decore/ forma/ et pulchritudine. ſep B
timus caſus a decor non a decus.

¶ Perꝙ mediam illam/ hac liquidiore penetrantibus luce. hoc eſt diuinis fulgoribus ma C
nifeſtiore quidẽ luce penetrantibus per mediã illã inter deum et hierarchiam ſcdo loco col
locatam/ que prima hierarchia eſt: et qua mediante ſcda purgať/ illuminať/ atꝙ perficiť.
manifeſtiore dico luce: hac luce que in ſcda per primã ſuſcipiť hierarchia. Sol/ lumẽ/ celũ/
aer/ aqua. Deus/ diuina illuſtratio/ prime mentes/ ſcde/ tertie.

Zacharias.2 ¶ Deniꝙ ꝙ legimus: per angelũ in alium angelum cuiuſdã rei perueniſſe noticiam. Za- D
charias cap. ſcdo. Et ecce angelus qui loquebať in me/ egrediebať: et alius angelus egre-
diebať in occurſum eius/ et dixit ad eum. curre/ loquere ad puerũ iſtum dicens/ abſꝙ mu-
ro habitabiť hieruſalem pre multitudine hoiũ et iumentorũ in medio eius. et ego ero (ait
dñs) murus ignis in circuitu: et in gloria ero in medio eius.

¶ Quo circa noſtra quoꝙ ſãcta ſacerdotaliſꝙ traditio. Sacerdotalis traditio/ noſtre hu E
mane hierarchie diſciplina. et de preſẽti traditiõe atꝙ diſciplina beatiſſim⁹ hic loquiť pať

zacharias.1. ¶ Inuenies hoc pleriſꝙ in locis docuiſſe theologos. Zacharias cap. primo. Et reſpondit F
vir qui ſtabat inter myrteta/ et dixit. Iſti ſunt quos miſit dñs vt perambulẽt terrã. et reſpõ-
derũt angelo dñi qui ſtabat inter myrteta: perambulauimus terrã/ et ecce omnis terra ha-
Apocal.7. bitať et quieſcit. Apocalypſis cap. ſeptimo. Et vidi alterũ angelũ aſcendentem ab ortu ſo
lis habentem ſignũ dei viui: et clamauit voce magna quattuor angelis quibus datum eſt
nocere terre ⁊ mari dicẽs. nolite nocere terre et mari neꝙ arboribus: quouſꝙ ſignem⁹ ſer-
Apocal.14. uos dei noſtri in frontibus eorum. Et cap. decimoquarto. Et alius angelus exiuit de tem-
plo clamans voce magna ad ſedentem ſuper nubem: mitte falcem tuã et mete/ quia venit
hora vt metatur/ quia aruit meſſis terre. et miſit qui ſedebat ſuper nubem falcẽ ſuam in ter
ram: et meſſuit eam. et alius angelus exiuit de altari qui habebat poteſtatẽ ſuper ignem: et
clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam.

¶ Feriſꝙ et imitibus gẽtibus ad emẽdationẽ. Chaldeis et babyloniis. de ea enim trãſmi- G
gratione in babylonem loquiť: que per Nabugodonoſorum ad Cyri tẽpora ⁊ Artaxerxis
facta eſt. de qua/ et cuius dei indulgentia reuocatione: quartus regum et primus Heſdre li
ber ãmonent. et de cõſolatione reuocationis a deo facta: ſcribit Zacharias ꝓpheta vt pau
lo poſt dilucebit.

¶ Unũ ex primis vt arbitror angelis. De eo dicit angelo qui ſupꝫ equũ rufum inter myr- H
teta paradyſi profunde ſubmiſſa/ ſtabat. Aſcẽſus eni ſupꝫ equũ qui angelũ deſignat/ ⁊ myr-
teta ꝓfunda/ ſubmiſſaꝙ et equi varij poſt eũ qui ſunt angeli dei: illius diuini ſpiritus ſubli
Zacharias.1 mitatẽ atꝙ altitudinis eminentiã denotant. Zacharias cap. prio. Ecce vir aſcendẽs ſuper
equum rufum: et ipſe ſtabat ſupꝫ myrteta que erant in profundo. et poſt eum equi rufi va-
rij et albi. quod et paulo ſupra adductum eſt.

¶ Uerba cõſolatoria de hoc ipſo a deo didiciſſe. Zacharias ſupꝫ reuocatiõe iſraelitice ple- I
zacharias.1 bis a captiuitate babylonica: a dño ꝯſolatoria verba accepit. Zacharias cap. prio. Reſpõ-
dit angelus dñi et dixit: dñe exercituũ vſꝙquo non miſereberis hieruſalẽ/ et vrbium iuda
quibus iratus es? iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. et reſpõdit dñs angelo qui loqueba-
tur in me verba bona/ verba conſolatoria. Et hec diuine conſolationis verba ſunt. zelatus
ſum hieruſalẽ et ſion zelo magno. reuertar in hieruſalem: et domus mea edificabiť in ea/ et
perpendiculũ extendetur ſuper hieruſalẽ. adhuc affluent ciuitates mee bonis/ ⁊ conſolabi
tur adhuc dominus ſion/ et eliget adhuc hieruſalem.

zacharias.2 ¶ Alium vero ex inferioribus angelis. Zacharias cap. ſecundo. ⁊ alius angelus egredie- K
batur in occurſum eius: et dixit ad eũ/ curre/ loquere ad puerũ iſtũ dicens: abſꝙ muro ha-
bitabitur hieruſalem pre multitudine hominũ et iumentorum in medio eius.

Ezechiel.10. ¶ Alius item ex theologoꝝ numero Ezechiel. Ezechiel cap. decimo. Et eleuata eſt gloria L
dñi ſupꝫ cherub ad limen domus: et repleta eſt domus nube/ ⁊ atrium repletũ eſt ſplendore

glorie domini. et sonitus alarũ cherubin audiebatur vsq; ad atriũ exterius: quasi vox dei omnipotentis loquentis.

M ¶Hoc et a deitate ipsa sedentis super cherubin in sue gloria maiestatis sacratissime fuisse constitutũ ait. Hoc scilicet israeliticã trãsmigrationẽ in babylonem. Ezechiel cap. duodecimo. Hec dicit dñs deus/ in transmigrationẽ/ et captiuitatẽ ibunt: et dux qui est in medio eorum in humeris portabit/ et in caligine egredie(tur). Et paulopost et adducam eum in babylonẽ/ in terrã chaldeorũ: et ipsã non videbit/ ibiq; morie(tur)/ et omnes qui circa eum sunt. Ezechiel. 12.

N ¶Justicia cõuenientissima insontes a reis discernẽdos instituit. Ezechiel cap. vndecimo. Et vidi in medio eorum Jechoniã filiũ azur/ et pheltiam filiũ banaie principes populi: et dixit ad me fili homis hi sunt viri qui cogitant iniquitatẽ/ et tractãt consilium pessimũ: et paulo post. plurimos interfecistis in vrbe hac/ ⁊ implestis vias eius interfectis. propterea hec dicit dñs: interfecti vestri quos posuistis in medio eius/ hi sunt carnes et hec est lebes/ et educam vos de medio eius. gladiũ metuistis: et gladiũ inducã super vos dicit dñs deus Ezechiel. 11.

O ¶Primus hoc post cherubin discit: qui lũbos saphyro erat accinctus. Ezechiel cap. nono. Et gloria dñi israel assumpta est de cherub: que erat super eum ad limen domus. et vocauit virũ qui indutus erat lineis/ et atramentoriũ scriptoris habebat in lumbis suis: ⁊ dixit dñs ad eum. transi per mediã ciuitatẽ in medio hierusalẽ: et signa Tau super frõtes virorum gementiũ et dolentiũ super cunctis abhominationibus que fiunt in medio eius. Tẽpore beatissimi patris vbi legi(tur) qui indutus erat lineis/ ⁊ atramentoriũ scriptoris habebat in lumbis suis: legeba(tur) qui induebа(tur) veste talari/ et lumbos saphyro erat accinctus. Ezechiel. 9. Diũsitas litterarũ originalium.

P ¶Porro angelos reliquos/ qui securibus armati erant. Ezechiel eodẽ cap. nono. Et vt id sũmatim quod hic diuinus autor dicit/ et de signo Tau/ ⁊ de ꝓhibitione facta reliquis angelis tace(tur): continuata ezechielis series (resumpto etiã qđ pauloante dictũ est) audiatur. Et ecce sex viri veniebant de via porte superioris que respicit ad aquilonẽ: et vniuscuiusq; vas interius in manu eius. vir quoq; vnus in medio eorũ vestitus erat lineis: ⁊ atramentoriũ scriptoris ad renes eius. et steterunt iuxta altare ereum/ et gloria dñi israel assumpta est de cherub/ que erat super eum ad limen domus. et vocauit virum qui indutus erat lineis/ et atramentoriũ scriptoris habebat in lumbis suis: et dixit dñs ad eum. transi per mediam ciuitatem in medio hierusalem: et signa Tau super frõtes virorũ gementiũ et dolentiũ super cunctis abhominationibus que fiunt in medio eius. ⁊ illis dixit (audiẽte me) trãsite per ciuitatem sequentes eũ: et percutite. non parcat oculus vester neq; misereamini. senẽ/ adolescẽtulũ/ et virginẽ/ paruulũ/ et mulieres interficite vsq; ad internitionẽ. omnẽ autẽ super quẽ videritis Tau ne occidatis: et a sanctuario meo incipite. Ubi hic interpretatũ legim(us) vas: tẽpore beatissimi patris legebatur securis. Ezechiel. 9. Diuersitas litterarũ originalium

Q ¶Ita autẽ de illo dicemus angelo qui danieli ait exiit sermo. de gabriele id dictũ est. Daniel cap. nono. Ecce vir gabriel quẽ viderã in visione a principio: cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini. ⁊ docuit me et locutus est michi: dixitq;/ daniel nunc egressus sum vt docerẽ te/ et intelligeres. ab exordio precum tuarũ egressus est sermo. ego autẽ veni vt indicarem tibi. Daniel. 9.

R ¶Aut de illo qui primus ignẽ de medio cherubin sumpsit. Ezechiel cap. decimo. Cumq; precepisset viro qui indutus erat lineis dicens: sume ignẽ de medio rotarum que sunt inter cherubin. ingressus ille stetit iuxta rotam: et extendit cherub manũ de medio cherubin ad ignem qui erat inter cherubin. et sumpsit/ et dedit in manus eius qui erat indutus lineis: qui accipiens egressus est. Ezechiel. 10.

S ¶Siue de illo qui eximij meriti gabrielẽ vocauit. Daniel cap. octauo. Et audiui vocẽ viri inter vlai et clamauit et ait: gabriel fac ĩtelligere istũ/ visionẽ. et venit: et stetit vbi ego stabã Daniel. 8.

¶De principatibus/ archangelis/ et angelis: deq; extrema illorũ hierarchia. Cap. IX.

44 [r]Eliqua nobis ad speculãdũ superest sacra illa distinctio: que ordines cõcludit angelicos. que ꝑfecto in diuinos prĩcipatus et archangelos/ angelosq; distingui(tur). ac primo quidem necessario dicendum puto (in quantũ vires suppetunt)

Principat⁹. quid ipsoꝝ significet nomen. Exprimit namq; celestium principatuū nomine: illos ad dei
imaginē principari ac duces esse cum sacrosancto / principalibusq; virtutibus cōuenientis
simo ordine. Atq; id preterea / ad sūmū eos principatum tota intentione cōuersos: alioꝝ
quoq; precipua dignitate duces esse. ac pro viribus in se effingere supremū illū / suiq; auto
rem principatum studēt: principaliūq; decore virtutū summū illius / diuinūq; ordinē ꝓme
Archangeli. re. ¶ Porro sanctissimus archangeloꝝ ordo: equalis quidē celestibus principatibus dici 45
tur. Est eni (vt diximus) ipsoꝝ atq; angeloꝝ fūctio vna / vnaq; distinctio. Quia tamen nul
la est huiusmodi sacratissima functio / que non et primas habeat et medias extremasq; vir- t
tutes: sanctus archangeloꝝ ordo (ꝙ sit in medio functionis constitutus) cōmuni quodam /
socialiq; iure extrema complectit. altissimis namq; principatibus: et sanctis cōmunicat an
gelis. illis quidē quoniā ad supremū illū principatū precipue intentus est / et ad eius (quā- u
tum fas est) format imaginē: ac preterea honestissimis / atq; ordinatissimis ꝛ inuisibilibus
ductibus suis angelos etiam iungit / atq; vnū facit. His autē quia etiam docendi atq; dictā x
di aliis / ordinem tenet: dum diuinarū intelligentias rerum a primariis virtutibus sumens /
eas angelis quoq; gratuita nunciat bonitate: ac per angelos nobis pro modo ac ratione
Angeli. cuiusq; diuinoꝝ sensuū aperiens lucem. ¶ Angeli namq; (vt supra iam diximus) īplendi 46
peragunt munus: omnesq; celestiū spirituū ordines ꝯplent / extremo in loco inter eximias
illas / immortalesq; substantias angelicā proprietatē cōsecuti. atq; ideo a nobis angeli re-
ctius ꝗ̄ superiores appellant: ꝙ scilicet et ipsorum ordo magis circa euidentiora et aper-
tiora versat / ac mundana ferme negotia ab eis disponunt. Nā supremā illam (vt dixim⁹)
distinctionem vt secreto illi sacratissimo / primo ordine proximā: secunde moderari ac sciē-
tie lucē secretius et abditius dare putandum est. sequentē vero ex altissimis dominationi-
bus et virtutibus potestatibusq; constantem: tertie illi que principatibus / archangelis an-
gelisq; conficit preesse: priori quidem / supremaq; distinctione manifestius / sequenti autē y
extremaq; secretius. At vero principatuū / archangeloꝝ / angeloꝝq; postremā distributio
nem enunciandi munus adeptam: humanis ordinibus ac fūctionibus sacris vicissim pre-
esse credendum est. vt illius ministerio / suo ordine ferant ad deum et conuertant: sintq; ip-
sius societate / et coniunctione felices / dum diuinus processus eximia dignatione cūctis sa 3
cris ordinibus indulget / ꝛ socialiter ac diuino cum ornatu reuelatur. Hinc profecto huma
nam istam / sacramq; functionem angelis sacra scriptura distribuit: que michaelem princi z
pem iudaice gentis appellat / et alios ceterarum nationum. statuit eni altissimus terminos oo
gentium: iuxta numerum angelorum dei. ¶ Porro si quis inquirere pergat quid sit cur he 47
breorum populus solus ad dei / diuinarumq; rerum intelligentiā subuectus sit: respondē-
dum / non oportere imputari rectissime gubernantibus angelis: si gentes alie ad eoꝝ (qui
dij non sunt) culturā deuolute sint / sed illis ipsis in primis qui motibus ꝓpriis a recto cal-
le (quo ad deum ascendere possēt) sua sponte deuiarūt. Cuius erroris adeo perniciosi / cau-
sa illis fuit amor sui atq; superbia: et (quod sequi necesse erat) eorum cultura que diuinum
aliquid habere putauissent. huius rei etiā ipsi hebreorum populo crimen impingitur: atq; pp
ideo ad ipsum passus mem oratur / scientiā eni inquit dei repulisti ꝛ post cor tuū ambulasti.
Neq; eni coactā habemus vitā: neq; liberi arbitrij gratia diuinitus indulta mortalibus / ꝓ
uidentie diuine luce et splendore obtunditur. ceterum dissimilitudo spiritaliū luminū facit:
vt affluentissima paterne benignitatis lux aut oīno capi / participariq; nō possit (quippe ꝗ̄
ipsos obtutus intimos suo fulgore perstringat) aut certe ipsa lucis participatio pro susci-
pientiū meritis varia sit / parua scilicet vel magna / obscura vel lucida. cum tamē radius il-
le diuinus vnus ac simplex sit: eodemq; modo se habeat super omnia semper explicitus. qq
Nempe eni et aliis gentibus ex quibus et nos ad īmensum / et infinitū diuini luminis pela rr
gus (quod paratum semper est / et patet oībus ad participandū) ex preteriti erroris cecita-
te respirauimus: nūꝗ̄ prefuerūt alieni aliqui dij / sed vnū illud oīm ac singulare principiū.
ad quod sane / obsequentes ducebant angeli prefecti singulis gentibus. Considerare libet ss
melchisedech melchisedech illum pontificem charissimū deo: qui nequaꝗ̄ inanium deoꝝ / sed altissimi

eterniqꝫ dei sacerdos fuit. Non eni sine ratione sapiẽtia diuina illustres viri: melchisedech
nõ modo amicum dei/ verum etiã sacerdotẽ dei appellarunt. siue vt prudentioribus aper=
te indicarent: non modo ipsum ad verũ/ ac sempiternũ deum esse conuersum/ verũ et cete=
48 ris ad veram ꝛ solam/ supremãqꝫ deitatem prouehendis autorẽ/ ducemqꝫ fuisse. ¶ Illud Ad timothe= um loquit̃
rr quoqꝫ sacerdotale pectus tuũ /sanctãqꝫ prudentiã ammonere curabimus: vt pharaoni ab Pharao
egyptiorum presule angelo/ babyloniorũqꝫ principi a sue itidem gentis preside/ ꝛ prouidẽ
tis et dominantis oĩbus dispensatio atqꝫ potestas per visum innotuere. et illis gẽtibus ve=
ri dei famuli/ atqꝫ cultores duces cõstituebant̃: dum ea visionũ expositio que figurata pri=
us ab angelis fuerat sanctissimis viris/ et qui angelis ferme pares euaserant danieli ac io= Daniel Joseph
seph a deo reuelata per angelos fuit. vnũ quippe oĩm principiũ est: vnica prouidẽtia. neqꝫ
vllo modo putandũ est iudeis quidem prefuisse deum quasi id sorte cõsecutum: ceteris au
vv tem gẽtibus angelos ꝑpric ac seorsũ siue equaliter/ siue aduersãter/ siue deos alios quos=
dam presules esse. Sed et illud quoqꝫ diuine scripture iuxta hunc sensũ sacratius accipien
dum est: non quasi deus cũ dijs aliis aut angelis/ humani generis gubernaculũ/ regimẽqꝫ
diuiserit/ et israelitice gentis princeps et dux ipse constitutus sit: sed ꝙ vna illa quidẽ altissi
mi in cunctis prouidentia mortales omnes in salutem/ angelorũ suorũ ductibus ad se per=
uehendos distribuerit. solus autẽ ferme israel pre oĩbus ad verissimi domini intelligentiã/
cognitionẽqꝫ cõuersus sit. vnde israeliticã plebem sese diuino cultui deuouisse/ illumqꝫ he=
xx reditario iure suscepisse sacra scriptura indicat dicens: factus est pars domini. ceterũ ipsũ
quoqꝫ populum signans: equali cum gentibus ceteris iure/ alicui sanctorũ angelorꝫ fuisse
33 assignatum (cuius officio et ministerio vnum illud oĩum principiũ nosceret) Michaelẽ ait
iudeorum perfectũ esse genti: apertis profecto indiciis comprobans vnã esse oĩm prouidẽ
tiam/ que oĩbus inuisibilibus visibilibusqꝫ virtutibus longe vi sũme maiestatis emineat:
omnes autem angelos singulis prefectos nationibus/ ad ipsam veluti ad principium suũ
eos qui voluntarie sequerent̃ (quantũ fas est) prouehere atqꝫ perducere.

¶ Noni capitis scholia.

t ¶ Que non et primas habeat et medias extremasqꝫ virtutes. virtutum noĩe celicos spiri=
tus comprehendit omnes. neqꝫ hic specialis nũcupationis/ vsus accipitur: que mediã cũ
dominationibus et potestatibus complet hierarchiã. ꝛ cur hunc in modũ cõmuni hac lice=
at appellatione vti: causam capite vndecimo dicturus est beatissimus pater.
u ¶ Illis quidem quoniã ad supremũ illũ principatum. illis principatibus cõmunicat.
x ¶ His autẽ qa etiã docẽdi/ atqꝫ dictãdi aliis. his angelis sacer archãgelorꝫ ordo ꝯmunicat
y ¶ Priori quidẽ supremaqꝫ distinctione manifestius. diuinitas incõprehensibile sapientie
pelagus nobis ignota manet/ secretaqꝫ ab oĩbus. Supremus autẽ celestium ordo: nobis
post diuinitatẽ manet ignotior/ ocultiorqꝫ quia illi ignoto vicinior. Postremus vero/ an=
gelicusqꝫ ordo: nobis iam est manifestior. vt qui illi ignoto remotior: et nobis cõiunctior/
ac affinior habeat̃. Porro medius hierarchiarũ ordo nobis supremo manifestior: sed in=
fimo/ angelicoqꝫ secretior atqꝫ abditior. et hoc est quod de medio illo ordine suis quidem
extremis cõparato: littera hec dicit. sequentẽ vero ex altissimis dominationibus et virtuti=
bus potestatibusqꝫ constantem/ tertie illi (que principatibus/ archangelis/ angelisqꝫ confi
citur) preesse: priori supremaqꝫ manifestius/ sequenti autẽ extremaqꝫ secretius.
3 ¶ Dum diuinus ꝓcessus eximia dignatione cũctis sacris ordinibus indulget̃/ et socialiter
ac diuino cũ ornatu reuelat̃. hoc est dum diuine gratie subministrãtibus angelis perfusio/
eximia et precellẽti dei liberalitate et gratuita largitione oĩbus sacris humanis ordinibus
indulgetur: et cõcordi ac amica cõmunicatione pulchro cũ adhortantiũ disciplinarũ/ vir=
tutumqꝫ ad decenter imitandum ornamẽto reuelatur atqꝫ manifestatur. Hinc profecto. et
et reliqua que sequuntur.
z ¶ Sacramqꝫ functionẽ angelis sacra scriptura distribuit. Daniel cap. decimo. Et ego ve= Daniel. 10
ni ꝑpter sermones tuos. princeps autẽ regni persarũ: restitit michi vno et viginti diebus.
et ecce michael vnus de pricipibus primis/ venit in adiutoriũ meũ: et ego remãsi ibi iuxta

regem persarũ. veni autẽ vt docerẽ te que ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus. &
nunc reuertar vt prelier aduersus principem persarum. cum enĩ egrederer / apparuit prin-
ceps grecoꝝ veniens: verũtamẽ annũciabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis.
et nemo est adiutor meus in omnibus his: nisi michael princeps vester.
¶ Statuit enĩ altissimus termios gentiũ iuxta numerũ angeloꝝ dei. hoc oraculo carem⁹. oo
Exodus.32. ¶ Huius rei etiam hebreorum populo crimẽ impingitur. Exodus cap. tricesimo secũdo. pp
Locutus est autẽ dñs ad moysem dicẽs. vade / descende: peccauit populus tuus quẽ edu-
xisti de terra egypti. recesserũt cito de via quã ostẽdisti eis: fecerũtq; sibi vitulũ cõflatilem
et adorauerunt: atq; imolantes ei hostias dixerunt: isti sunt dij tui israel / qui te eduxerunt
Osee.4. de terra egypti. Et Osee cap. quarto. Et fornicati sũt a deo suo. sup capita mõtiũ sacrifica
bant: et super colles accẽdebant thymiama. subtus quercũ et populũ & therebinthum. Et
paulo ante. quia tu scientiã repulisti: repellam te.
¶ Eodemq; modo se habeat super omnia semp explicitus. Omnibus superexpansus / su- qq
perextensus / atq; superfusus.
¶ Nempe enĩ et aliis gentibus ex quibus et nos. De seipso loquitur pius pater: qui a bea rr
tissimo paulo ex gẽtilitio errore ad vere / pie & sãcte religiõis lumẽ diuina pietate ꝯuersus ẽ
Genesis.14. ¶ Considerare libet melchisedech. Genesis cap. decimo quarto. At vero melchisedech rex ss
salem proferens panẽ et vinũ (erat enĩ sacerdos dei altissimi) benedixit ei et ait. benedictus
Abram deo excelso qui creauit celum et terrã: et benedictus deus excelsus quo protegente
Ad hebre.7. hostes in manibus tuis sũt. Et beatissimus paulus epistola ad hebreos cap. septimo de eo
dem. assimilatus autẽ filio dei manet sacerdos in perpetuum.
¶ Ut pharaoni ab egyptiorũ p̃sule angelo / babyloniorũq; principi. De pharaone. Ge- tt
Genesis.41. nesis cap. quadragesimo primo. Post duos annos vidit Pharao somniũ. putabat se sta-
re super fluuiũ de quo ascendebant septẽ boues pulchre et crasse nimis: et pascebant̃ in lo-
cis palustribus. alie quoq; septem emergebant de flumine fede / cõfecteq; macie: et pasce-
bant̃ in ipsa amnis ripa in locis virentibus. deuoraruntq; eas: quarũ mira species et habi
Daniel.2. tudo corporũ erat. De principe babyloniorũ. Daniel cap. scdo. vidit Nabugodonosor sõ-
niũ et ꝯterritus est spiritus eius: et somniũ eius fugit ab eo. quod indicauit ei Daniel. Tu
rex videbas et ecce quasi statua vna grandis. statua illa magna / et statura sublimis: stabat
cõtra te. et intuitus eius erat terribilis. huius statue caput ex auro optimo erat: pectus au-
tem et brachia de argento. porro venter et femora ex ere: tibie autẽ ferree. pedum quedam
pars erat ferrea: quedam autem fictilis. Uidebas ita donec abscisus est lapis de mõte sine
manibus: et percussit statuã in pedibus eius ferreis & fictilibus / et cõminuit eos. tũc cõtri-
ta sunt pariter ferrũ / testa / es / argentũ / et aurũ. et redacta quasi in fauillã estiue aree: que ra
pta sunt vento / nullusq; locus inuentus est eis. lapis autẽ qui percusserat statuã / factus est
mons magnus: et impleuit vniuersam terrã. hoc est sõniũ. hec angeli: Pharaoni egyptio
et Nabugodonosoro principi babylonio in visionibus premonstrabant.
¶ Siue equaliter siue aduersanter siue deos alios quosdã presules esse. Sententia est deũ vv
non solum / et peculiariter prouidere ac preesse hebreorũ populo: et aliis spiritibus nõnul
lis reliquas terre prouincias / reliquaq; regna ex equo esse distributa quibus quidem pre
essẽt / & in quibus vt dij colerent̃. siue quibus preessẽt aduersando: vt quas fortitudine sua /
suoq; robore aduersus alios obtinuissent. Neq; aliis regnis dij quidã alieni presunt: quos
gentilitius error temere credebat esse deos. sed oĩm et hebreorũ / egyptiorũ / chaldeorũ /
grecorũ / & latinoꝝ vnicum principiũ est / vnicaq; ꝓuidentia. quoniã (iuxta diuina eloquia)
Psalm⁹.46 rex omnis terre deus. quorũ quidẽ vniuersoꝝ et singulorũ bonũ (si saperent homines) pia
gubernatione dispensat. et cui (iuxta prophete sententiã) seruiũt omnia.
Psal.134. ¶ Sacra scriptura indicat dicens: factus est pars dñi. psalmus cẽtesimus tricesimus quar xx
tus. Quoniã iacob elegit sibi dominus: israel in possessionẽ sibi.
Daniel.10. ¶ Michaelem (ait) iudeorũ prefectũ esse genti. Hoc de Daniele dicit. qd ex danielis cap. zz
decimo. supra adductum est. Et nemo est adiutor meus in oĩbus his: nisi michael pñceps

vester. Et cap. duodecimo. In tẽpore autem illo consurget michael prĩceps magnus: qui stat pro filiis populi tui. et veniet tempus: quale non fuit ab eo ex quo gentes esse ceperũt/ vsq; ad tempus illud.

Epilogus et conclusio totius angelici ordinis. Cap. X.

49 Colligitur itaq; ex iis que supra diximus: vt sanctorũ spirituum qui diuinis con-
c spectibus semper assistunt/ prima illa antiquissimaq; distinctio (quippe que a diuino illo totius perfectionis autore radio erudiatur: ad quem nullis interpositis ordinibus aliis perpetua intẽtione subuehit̃) secretiore diuinitatis et candidiore luce purgatur/ illustrat̃/ atq; perficitur. secretiore quidẽ ꝙ intelligibilior sit/ magisq; simplicitati diuine nos iungat/ atq; inserat: candidiore autem/ vt que primo indulta sit/ primoq; apparuerit: totamq; se in illam beatissimorũ spirituũ seriem vt pote capaciorẽ sui fulgoris/ effuderit. ab hac autem tam excellentis meriti functione: secunda pro modo et ratione sua rursus imbuitur. atq; a secũda: itidem tertia. a qua nostra quoq; sancta functio eodẽ pulcher-
A rime atq; ordinatissime dispositionis iure/ cõuenientia et ratione diuina ad totius pulchritudinis atq; ordinis summũ illud/ eternũq; principiũ ac finem/ officio sacratissimi mune-
B ris fertur. Sunt autẽ et angeli omnes ita instituti: vt inferiores superioribus obaudiant/
C eorumq; nutus enuncient. ac primi illi quidẽ vt summi dei se mouẽtis consilia et voces exponant: reliqui vero proportione debita/ eorũ qui a deo mouẽtur exprimãt voces. Intantum enĩ summa illa omniũ et supereminens cõgruentia/ quorũlibet rationalium ac spiritalium sacro decori et ordinatissimo instituto prospexit: vt ipsis quoq; distinctionibus sacris ordines decentissimos poneret. Deniq; hierarchiã omnẽ cernimus in primas et medias/ extremasq; virtutes distributam: imo et ipsas quoq; singulas (vt proprie dixerim) distin-
D ctiones ita discreuit/ vt in eisdẽ cõueniẽtie pulchritudo seruet̃. Quo circa et ipsa sacratissima seraphin alterũ ad alterũ clamasse theologi aiunt: apertissime per hoc (vt reor) indicãtes ꝙ diuinarũ rerum notiones/ prima sequẽtibus tradunt. Et hoc preterea non inconuenienter addiderim/ esse quibusq; seorsum celestibus/ humanisq; animis ꝓprias ac primas et medias extremasq; virtutes atq; ordines: quibus memorate pro cuiusq; modo singulo-
E rum celestium ordinũ proprie de deo intelligentie expresse videãtur. per quas vnusquisq; ꝗtum sibi fas est: ꝗntũq; penetrare sufficit/ castissime illius et eminentissime purgationis/ plenissimiq; luminis/ et principalis perfectionis particeps fit. Nichil enim est quod absolute perfectum sit/ aut omnino perfectione non egeat: nisi quod vere perfectum est/ ipsaq; perfectio.

Decimi capitis scholia.

A Conuenientia et ratione diuina. conueniẽtia/ coaptatione/ congruentia/ harmonia/ diuina ratione/ diuinaq; analogia.

B Ut inferiores superioribus obaudiãt/ eorumq; nutus enuncient. obaudiant/ obediant. verbum antiquũ. Nutus/ angelicus sermo. quod enĩ in nobis sermo/ vocalisq; loquela: id in angelis nutus/ mentisq; spiritalis insinuatio. quas et pauxillo post voces: diuinus pater appellat in analogia.

C Ac primi illi quidem summi dei se mouentis: consilia et voces exponunt. se non ad deũ/ sed ad supremos illos/ sublimissimosq; spiritus refertur. primos enim illos spiritus/ deus (qui ipsa puritas illuminatio et perfectio est) purgat/ illustrat/ et perficit. et suos illis nutus aperit/ atq; insinuat: que diuina consilia/ que diuine voces dicuntur.

D Quo circa et ipsa sacratissima seraphin. Esaias cap. sexto. Seraphin stabant sup illud. Esaias. 6
sex ale vni: et sex ale alteri. duabus velabant faciem eius/ et duabus velabant pedes eius: et duabus volabant. et clamabant alter ad alterum: et dicebãt sanctus/ sanctus/ sanctus dominus deus sabaoth.

E Proprie de deo intelligentie expresse videantur. Accõmodate de deo notiones/ anagoge/ assurrectiones/ sursumq; ductiones illis manifestate deprehendantur.

Cur omnes celestes substãtie: cõmuni vocabulo celestes virtutes appellãtur. Cap. XI.

His ita diffinitis: illud quoq; cõsiderare dignum est/ quam ob causam omnes si= 50
h mul angelicos spiritus/ celestes appellare virtutes cõsueuimus. neq; enim vt de
angelis dicere possumus: ꝙ omnium sit extrema distinctio sanctarum virtutum
ordo. Atq; inferioꝝ quidem scientie/ sanctiq; fulgoris superiorum spirituum ordines par=
ticipes sunt: non autẽ identidẽ superioribus ac primis inferiores/ nouissimiq; cõmunicãt.
cuius igitur rei gratia celestes quidem virtutes/ sublimes ille substantie omnes nominan
tur: non autem seraphin et throni et dominationes pari ratione dicuntur: extreme namq;
supremis illis proprietatibus omnibus non cõmunicãt. angeli enim et ante ipsos archan
geli principatusq; ac potestates: cum a sanctis viris ac theologis post virtutes statuũtur
cõmuni sepe a nobis vocabulo vna cum aliis sãctis spiritibus celestes virtutes appellan=
tur. ¶ Dicimus autẽ quia dum cõmuniter in omnibus vtimur celestium appellatione vir=
tutum: nullam cuiusq; ordinis proprietatum confusionẽ introducimus. sed quoniã diuini f
omnes spiritus altissima ratione sua in tria diuiduntur: substantiam scilicet virtutem atq;
actionẽ/ quotiens aut oẽs aut aliquos ipsoꝝ omissa diligentiore obseruatione substãtias
celestes/ siue virtutes appellauerimꝰ: ipsos (de quibus sermo est) nos significare circũlocu
tione putãdũ: ex ea (que in singulis est) substãtia atq; virtute. Neq; eñi eminentẽ illã sãcta=
rũ virtutũ ꝓprietatẽ a nobis iam rite digestã: inferioribꝰ quoq; putãdi sumus per oĩa ap=
plicare substãtiis. vnde ꝓfecto sũmi illius et incõfusi celestiũ spirituũ ordinis peruersio se=
queret̃. Nã iuxta rectissimã illã rationẽ/ quã sepe reddidimꝰ: superiores ille distinctiões/
ĩferiorũ quoq; ꝓprietates abũde in se habẽt: extreme vero priorũ excellẽtioribus meritis
carẽt/ cum primitiui illius luminis fulgor: in illas pro captu suo superioꝝ officio/ deriuet̃.
¶ Undecimi capitis scholia.
¶ Sed quoniam diuini omnes spiritus altissima ratione sua in tria diuiduntur: substan= f
tiam scilicet virtutem atq; actionem. Supramundana quadam sibi consentanea ratione
celestes spiritus omnes ac singuli dirimuntur in substantiam/ virtutem/ et actionem. No=
mine siquidem substantie essentiam intelligimus. subsistunt enim supramundani spiritus
omnes/ et vere subsistunt. Nomine vero virtutis: vigorem quendã substantialẽ ⁊ ad agen
dum fecunditatem intelligimus. sed is actus/ hicq; vigor/ et hec ad agendum fecunditas
semper est in opera: perinde ac si noster oculus illustre solis iubar semꝑ aspiceret/ et perin=
de ac si mens nostra semper/ cõtinuoq; (quod vere bonum est) intelligeret/ amaret/ recogi=
taretq; semꝑ. et hinc quoq; hec supramũdana celestium spirituum actio: nobis intelligen=
da est. Et haud secus ab illo vigore celestes spiritus virtutes appellantur: atq; mens no=
stra ab intelligendi particula intellectus appellaret̃ atq; intelligendi virtus. et ab actione/
actus supramundanos: ⁊ ab essẽtia supramũdanas essẽtias/ substãtiasq; eosdẽ appellare
possumꝰ. Ratio: analogia. Uerũ qui celites spiritꝰ virtutes celestes/ actus supramũdanos
formas/ et species ab omni materie ꝯsortio et labe seiugatas/ prorsusq; ĩmunes ac liberas
appellabit: digniori/ insignioriq; illos nũcupatiõe appellat ꝙ̃ si celestes/ ⁊ supramũdanas
nũcupet essentias. Nã qui virtutes dicit: vigorẽ substãtificũ nominat/ deũ sẽper imitantẽ.
qui actus: operationẽ ipsiꝰ sũmi/ absolutiq; esse sẽper emulã. qui formas ⁊ species: pulchri=
tudinẽ mortaliũ oculis incognitã/ ĩmarcescibilẽ/ ipsum absolute pulchrũ ꝓpe modũ repre=
sentãtẽ. qui vero dicit essẽtias: ferme specula passiua nomiat/ diuinas illas pulchritudines/
imaginesq; suscipiẽtia: ⁊ sinus/ diuinos illos vigores atq; actꝰ ꝯplectẽtes. Unde fit/ vt si li
cet illa noĩa ad ipsũ innoĩabile trãsferre magis id dignũ putẽt/ vt absolutũ supq; oĩa sup=
eminẽs esse/ dicat̃: ⁊ minus inter hec essentie appellationẽ illi cõsentaneã. Sed de his satis
¶ Cur sacerdotes: inter homines dicantur angeli. Cap. XII.
Ueri autẽ et illud solet ab iis qui diuinorũ librorum studio et amore flagrant/ si 51
q extrema integre nõ cõmunicant summis: quã ob causam sacerdos homo inter b
homines dñi omnipotẽtis angelus a sacra scriptura nominatur. Est autẽ ea ra=
tio nequaꝙ̃ iis (que supra diffiniuimus) aduersa. dicimus eñi extremos illos ordines licet
integerrima/ et summa priorũ distinctionũ/ virtute indigeãt: eius tamen pro captu suo vel

ex parte/iuxta vnā omniū concinnā/ſeqꝫ mutuo iungentē ſocietatē eſſe participes. Exem-
pli cauſa ſanctorū cherubin ordo ſapientie celſiori/ſcientieqꝫ cōmunicat. qui vero ſub illis
ſunt ſanctoꝝ ſpirituū ordines/et ipſi ſapiētie ac ſcientie participes ſunt quidē: particularis
tamen pro modo ſuo atqꝫ inferioris. Nempe enī ſapientie ac ſcientie cōmunicare: prorſus
H cōmune oībus diuinis ſpiritibus eſt. at vero cōtinenter et primo ſiue ſecūdo loco et humi-
liter id agere/cōmune iam nō eſt: ſed vt ſingulis pro modo ſuo et ratione diffinitū eſt. hoc
autē et de oībus diuinis ſpiritibus qui ſtatuerit: nequaqꝫ peccabit. Nam queādmodū pri-
mi/ſanctas inferiorū proprietates affatim habent: ita et vltimi priorū proprietates habēt/
licet modo non ſimili: ſed inferiore. Nichil igitur (vt reor) abſurdum eſt: ſi ſacerdotē quoqꝫ
hominē theologia angelum vocat: qui pro viribus angelice proprietati docendo partici-
I pat. atqꝫ ad angelorū ſimilitudinē (vt homini poſſibile eſt) per nunciādi officiū nititur. inue
nies autē celeſtes illas/angelicaſqꝫ ſubſtātias in ſacris litteris deos quoqꝫ appellari: ſan-
ctos item viros et dei familiaritate digniſſimos deos dici. Et certe cum diuinū illud ſecre-
tum exceptum ab omibus/et ſumme potētia maieſtatis ſup omnia locatum ſit/ nichilqꝫ in
rerum natura ſimile illi dici proprie et per oīa poſſit: ſic tamen quecunqꝫ ſpiritalis/ rationa
liſqꝫ ſubſtantia (dum id totis viribus/totaqꝫ ſit intentione) contendit: vt ei cōiuncta vnum
cum illo fiat/atqꝫ ad diuinos eius fulgores hauriēdos (q̄tum fas eſt) indeſinēti ſtudio/ac
deſiderio aſpirat/ꝙ deum pro viribus (ſi dici licet) imitari pergat: diuino quoqꝫ cognomi-
ne digna cenſetur.

Sacerdos noīatꝫ hic Angelus.

¶ Duodecimi capitis ſcholia.

G ¶ Quam ob cauſā ſacerdos homo: inter hoīes dñi omnipotētis angelus a ſancta ſcriptu-
ra nominatur. Malachias cap. ſecūdo. Labia enī ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā/ et legē re- malachias.2
quirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum eſt.
H ¶ At vero continenter et primo. Continenter/abunde continendo/comprehendendoqꝫ.
et primo/immediate/ſine medio/prima participatione.
I ¶ Inuenies autem celeſtes illas/ angelicaſqꝫ ſubſtātias in ſacris litteris deos quoqꝫ ap-
pellari. Pſalmus nonageſimus quartus. Quoniā deus magnus dñs: et rex magnus ſup Pſalmꝰ.94
omēs deos. Et angelus colluctator ſe deū appellat. Geneſis cap. triceſimo ſcdo. Nequaqꝫ Geneſis.32.
(inquit) iacob appellabitur nomen tuū/ ſed iſrael: quoniā ſi cōtra deum fortis fuiſti/ tanto
magis cōtra homines preualebis. Et de hominibꝰ Pſalmus octageſimus primus. Ego Pſalmꝰ.81.
dixi dij eſtis et filij excelſi omnes. quod diuinus ſermo alio in loco de hominibus (ad quos
ſermo dei factus eſt) interpretatꝛ. Joannes cap. decimo. Reſpondit eis iheſus: nonne ſcri- Joannes.10.
ptum eſt in lege veſtra/ q̄a ego dixi dij eſtis? Si illos dixit deos ad quos ſermo dei factus
eſt/et non poteſt ſolui ſcriptura quam pater ſāctificauit et miſit in mundū: vos dicitis quia
blaſphemas/quia dixi filius dei ſum. Et de Moſe. Exodus cap. ſeptimo. Ecce conſtitui Exodus.7.
te deum pharaonis: et aaron frater tuus erit propheta tuus.

¶ Cur a ſeraphin purgatus fuiſſe dicatur propheta eſaias. Cap. XIII.

52 Ge illud quoqꝫ pro viribus inſpiciamus: cuius rei grātia ad vnū ex theologis
K a ſeraphin mitti memoretꝛ. merito enī inde ſcrupulus naſcitur: ꝙ non ex inferiori-
bus angelis quiſpiā/ſed ipſe qui inter primas/excellētioreſqꝫ ſubſtantias nume
ratur/prophetā expurgat. Sunt qui dicāt iuxta id quod ſupra diffiniuimus de ſpirituum
omniū ſocietate/et ſuarū inter ſe proprietatū cōmunione: non vnum ex altiſſimis illis/ pri
miſqꝫ ſpiritibus ad purgationē theologi aduenisse a ſcriptura memorari: ſed aliquem ex
iis (qui nobis prefecti ſunt) angelis purgandi prophete officio functū/ ſeraphin appellatū
eſſe cognomine ob incendēdi miniſteriū. quo et peccata deleta ſunt: et is qui purgatus fue
rat ad diuine obedientie reparatus ardorē. Aiuntqꝫ ſcripturas vnum ex ſeraphin ſimpli-
citer dixiſſe: nō ex iis qui prope deum aſtant excelſi ordinis dignitate/ ſed ex iis virtutibus
L que purgandis hominibus preſunt. ¶ Alius item huiuſce queſtionis non improbabilē mi-
chi rationē ita aſſignauit: aiebat enim magnū illum (quicunqꝫ tandē is fuerit) angelū/qui
viſionem adeo inſignē effinxerat/vt prophetā diuinis rebus inſtrueret: purgandi munus

quod sui erat officij/ in deum: et post deũ ad primũ illum ac primo conditũ/ retulisse ordi-
nem. Et vera fortassis/ ea ratio fuerit. dicebat eñi huius autor scientie: ꝙ diuina virtus suꝑ
omnia pergens graditur: et per oĩa ineffabili penetrat modo/ oĩbusqꝫ item inuisibilis est.
non solũ ꝙ excellẽtiore super omnia sit: verum et ꝙ occulto ac secretissimo ordine/ sue pro-
uidentie vires ac munera cunctis immittat. Nempe eñi et spiritalibus oĩbus pro suo qui-
busqꝫ captu apparet: antiquissimis illis primoribusqꝫ substãtiis lucis sue radios tradens/
ac per illas vt eminẽtiores ac primas: inferioribus quoqꝫ pro modo cuiusqꝫ ordinis/ ⁊ cõ-
templãdi viribus/ eiusdẽ lucis distribuit iubar. siue vt apertius loquar/ exemplisqꝫ vtar ex
nostro vsu petitis (et si longe inferioribus deo qui superne omnibus eminet) apertioribus
tamẽ: solaris distributio radij in eam primo materiã tota facilitate concedit/ que omnibus
lympidior ⁊ clarior sit: ac per illam aptius et euidentius fulgores suos iaculatur. vbi vero
crassiores materias offendit/ minus valet ad splendoris sui vires diffundẽdas: ꝙ he mate-
rie in quas lucis spicula incidunt/ ad exuberãtis lucis traducẽdos radios idonee nõ sint.
atqꝫ ideo sensim ad hoc vsqꝫ cõtrahitur: vt distribui ferme omnino nõ possit. rursus ignis
calor in ea que ad percipiendũ aptiora sunt sese diffundit magis: et que illi facilius cedũt/
et in eius traducũtur effigiem. porro in reluctantes penitus/ contrariasqꝫ substantias: aut
nullum aut prorsus exiguũ ignei vigoris et muneris vestigiũ apparet iniectum. Et quod
his maius est: iis que sui generis non sunt/ per ea que sibi familiaria sũt (si assint) vim sui
feruoris immittit. ea igniens: que in ignis facile vertũtur effigiem. ac per illam siue aquam
siue aliud quippiã eorũ que difficile ignescunt: pro cuiusqꝫ calefaciens modo. Iuxta hunc
igitur naturalis cõsequẽtie ordinẽ: summus ille totius venustatis visibilis atqꝫ inuisibilis/
ordo: ineffabili in primis modo lucis sue exuberãtem claritatẽ altissimis illis/ primisqꝫ sub-
stantiis largissimo insinuat lapsu. ac per illas ipsas: inferiores quoqꝫ substãtie diuini radij
participes fiunt. Nempe eñi he cum primo loco dei cognitione beate sint/ diuineqꝫ virtu-
tis desiderio summe ardeãt: id quoqꝫ meruerũt vt prime (ꝙ̃tum fas est) ad imitationẽ diui-
ne virtutis et actionis assurgerent/ sequẽtesqꝫ substãtias ipse ad eandem imitationẽ pro vi
ribus/ summi boni exemplo subueherent. affatim illis eius (quam accepere) lucis partici-
pationem/ absqꝫ inuidia vlla tradentes: atqꝫ ille itidem inferioribus. Et hunc in modũ sin-
gule faciunt: dum que prima est sequenti secũdo loco/ indulte sibi diuine lucis cõsortium
tradit. atqꝫ ita in omnes diuinus ille fulgor emanat. Omnibus igitur qui illuminãtur/ perci
piende lucis initium est deus quidẽ per naturã: et omnino proprie vt pote substãtia/ lucis
ipsiusqꝫ essentie et visionis autor. Ceterũ positione et illuminatione dei per partes: superi-
or queqꝫ inferiori principiũ luminis est/ dum per ipsam: in illam diuinũ iubar deriuatur/
atqꝫ diffunditur. Itaqꝫ summã illam celestiũ distinctionẽ animorũ: reliquorũ angelorum
omniũ substantie/ totius sacrosancte scientie/ diuineqꝫ imitationis autorẽ (vt ratio docuit)
arbitrantur. vt pote per illas: in omnes/ atqꝫ in nos diuine claritatis manante splendore.
Quocirca omnẽ quoqꝫ sacratiorẽ/ et ad dei imitationẽ tendentẽ actionem: ad deũ quidem
(vt causã principalẽ) referunt. deinde vero diuinis quoqꝫ illis/ summisqꝫ spiritibus (vt qui
primi diuina operẽtur et doceant) acceptã nichilominus referunt. Habet igitur prima di- M
stinctio sanctorum angelorum: plus ceteris igneam proprietatẽ/ effusamqꝫ diuine sapien-
tie traditionem/ ac scientiam diuinarum illustrationum diiudicandarũ summam: throno- N
rumqꝫ proprietatẽ apertam ac patulam dei susceptionem indicantem. Porro inferiorum
spirituum ordines ignee sapiẽtis/ sciẽtis/ deiqꝫ capacis virtutis participes sunt quidem:
sed minore modo: atqꝫ ad primos illos intuẽtes altissimos spirit⁹: per illos (vt qui dei imi
tatione primi dignati sint) ad consequendã diuine speciei similitudinem scãdunt. Sanctas
igit᷑ (quas diximus) ꝓprietates quarũ per primas cetere quoqꝫ substãtie participes sunt:
his illis post deũ (vt primoribus ac principibus sacris) assignãt. Dicebat ergo qui ista me
docuit visionem quidem illam per vnum ex presulibus nostris sanctis ac beatissimis an-
gelis ostensam esse theologo: atqꝫ ab ipsius illuminante ductu ad sacram illam speculatio O
nem fuisse subuectum/ in qua summas illas/ altissimasqꝫ substantias veluti per signa (vt ita

dixerim) sub deo et post deum atq; circa deum collocatas vidit / summitatemq; illam ante
omne principium omnibus / atq; illis ipsis ineffabiliter eminentem in medio excellentium
virtutū excelse residentē. Admonebatur ergo theologus ex iis que cernebat / vt secundū
omnē supersubstātialē eminentiā cunctis visibilibus / inuisibilibusq; virtutibus / absq; vlla
cōparatione deus excelsior sit. ac preterea q̄ ita exceptus ab omibus: vt ne ipsis quidē pri
mis celestibus / immortalibusq; substātiis similis per oīa putari possit. Ad hec principium
quoq; illum esse omniū / et subsistendi causam: atq; insolubilis celitum māsionis immuta=
bilem sedem / ex qua vt essent et bene essent excellentiores quoq; ille virtutes acceperunt.
Deinde ipsorū quoq; seraphin diuinas ꝑfecto virtutes ex ea visione sacratissima / ꝓphe=
ta discebat: incendiū sacro illoꝝ significante cognomine / de quo paulo post dicturi sumus
quantū nobis explicare fas fuerit ignee virtutis altissimas intelligētias: vtq; incētiua illa
53 vis ad diuinā speciē ferat. ¶ Porro illa sex alarum sacratissima fictio: absolutissimā / sum=
mamq; in deū intentionē in primis ac mediis et vltimis intelligentiis signat. At quando
multos quoq; illorū pedes et cōplures facies cernens theologus inclytus / vtq; alis et pe=
dum et vultuū arceretur aspectus / aleq; medie perpetuo ferrentur motu: ad intelligibilem
eorū que cernebat scientiā ducebat̄. Aperiebatur nempe illi per hec altissimorū spirituum
Q vis multa peragrans / multaq; prospiciēs: sacraq; illorū et plena horroris veneratio / ac re
ligio. qua vltra humanū modum: celsiorū / profundiorūq; mysteriorū insolentem et teme=
rariam neq; omnino promouentē indaginem exhorrescūt. preterea et indefessus ille / atq;
alta petens sempiternus motus: quo prediti pro modo suo diuinas quoq; actiones imitā=
R tur. ad hec et diuinā illam ac preciosissimā laudationē in secreto ille discebat: quippe ange
lo (qui formabat visionem) pro viribus prophetā sacratioris scientie sue participē faciēte.
S docebat igitur ipsum et hoc vt iis qui quomodolibet mundi sunt: mūdicie / purgationisq;
sue causa est diuini fulgoris / diuineq; mūdicie pro captu cuiusq; participatio. Ceterū pur=
gatio huiusmodi a diuinitate ipsa precipuis causis in oēs angelicos spiritus summo et se=
cretissimo perficit̄ modo: atq; altissimis illis virtutibus (que ꝓpinquiores ipsi sunt) euidē=
tior ferme est / magisq; se insinuat / atq; distribuit. porro in iis que secundo loco sunt siue in
extremis mediis sue substantiis intellectualibus / quantū singule ab ea meritis distant: pro
modo distātie claram intelligētie sue lucem ad secreti sui singularis / atq; ignoti laudē colli
git. Datur autē ea lux singulatim: priorū officio secūdis atq; sequētibus. Et si summatim
dicere necesse est: primo loco ex occulto illo sacratissimo per primas virtutes in apertū edu
citur. Hoc itaq; theologus ab angelo se instituente discebat: purgationē scilicet et ceteras
diuinas actiones per primas / celsioresq; substantias vim sue claritatis aperire atq; in oēs
reliquas diuidi / quatū queq; deifice illius participationis est capax. Atq; ideo purgatio=
nis illam proprietatē / que incendio fit: altissimis seraphin post deū rectissime omnino assi=
gnauit. Nichil igitur absurdū est: si seraphin purgare theologū dicit̄. Sicut eni deus pur=
gat oēs q̄ sit ipse purgationis autor. imo (vt similiore vtamur exēplo) quēadmodū apud
T nos pontifex homo cum ministrorū suorū siue sacerdotū officio purget / aut gratia doctri=
ne salutaris illuminet: ipse purgare et illuminare dicitur / cum ii qui ab eo cōsecrati sunt or=
dines ad ipsum vt autorē / sacra functionis sue munera referant: ita et purgantē scientiam
suam atq; virtutē is qui purgationē prophete peragit angelus: ad deum quidē vt autorē /
ad seraphin vero quasi primo post deū operantē pōtificem refert: cū qui a se purgabatur
V angelica cum reuerētia (vt ita dixerim) ita docēs. eius (que in te meo ministerio perficitur)
purgationis / principiū quidem precipuum / et substātia / et conditor / et autor ille est: qui pri
mas quoq; substantias ad esse produxit / et perpetua circa se cōtinet sede / et ne mutari que=
ant atq; decidere sola clemētia seruat / ipseq; eas ad prima ꝓuidentissimarū actionū suarū
X cōsortia promouet (hoc eni is a quo didici: missionē seraphin signare ait) at vero priceps
ille / et post deū dux / primarū antiquissimarū substātiaꝝ sacra distictio (ex qua purgare ipe
ad dei similitudinē didici) illa est q̄ te meo ministerio purgat: per quā autor ille totius pur=
gationis atq; opifex / ꝓuidētie sue opera ex abdito illo secretissimo ad nos quoq; deduxit.

Ista quidē ille me docuit:q̄ tibi ego itidē trado.tue iā erit spiritalis/discreteq; sciētie aut al- z
tera ex his causis omni ambiguitatis absolui scrupulo/ eāq; alteri in honore p̄ferre(vt que
consentanea ratione ac fortassis veritate subnixa sit) aut abs te ipso aliquid iuenire/siue ab
alio discere:quod sit integerrime veritati propinquius deo scilicet verbū tribuente/ac sub-
ministrantibus angelis.idq; ipsū nobis quoq; angelorū studiosis reuelare: vt liquidiore
intelligētia/ michiq; gratiore(si fieri potest)et ipse tecum fruar.

¶Decimi tertij capitis scholia.

¶Cuius rei gratia ad vnū ex theologis seraphin mitti memoret.de Esaia ,ppheta id dictū k
Esaias.6. est.Esaias cap.sexto.Et dixi ve michi quia tacui/ quia vir pollutus labiis ego sum:et in me-
dio populi polluta labia habentis ego habito.et regē dn̄m exercituū vidi oculis meis.ꝛ vo-
lauit ad me vnus de seraphin/ et in manu eius calculus quem tulerat de altari:et tetigit os
meū et dixit.Ecce tetigi hec labia tua:et auferet iniquitas tua et peccatū tuū mundabitur.

¶Alius item huiusce questionis non iprobabilem michi rationē ita assignauit. Nota san- l
ctam et eleuatā:sacri patris Dionysij ꝛ vnius suoꝝ equaliū theologicarū rerū cōferentiā.
et q̄ sublimis eo tēpore erat theologica intelligentia.

¶Habet igit prima distinctio sanctorū angelorū.hic cōmuni angeli appellatione vtit ad m
omnes celestes et beatificos spiritus.vt cap.quīto monstrauit interdū esse vtendum.

¶Thronorūq; ,ppietatē apertā ac patulā dei susceptionē indicātem.hoc est ,ppietatē n
insinuantē sessionis ac requietionis dei capacem locum / atq; sedem.

Esaias.6. ¶Ostensā esse theologo.de Esaia intelligit:in hoc cap.sexti oraculo (qd̄ sepe numero su- o
perius adductū est) Vidi dn̄m sedētē sup soliū excelsum et eleuatū:et plena erat domus a
maiestate eius.seraphin stabant super illud.sex ale vni/ et sex ale alteri.duabus velabant fa-
ciem eius/ et duabus velabant pedes eius et duabus volabant.

¶Preterea ꝛ indefessus ille/ atq; alta petens sempiternus motus.Subauditur ex superio- p
re particula:aperiebatur.

¶Multa peragrans/ multaq; prospiciens:sacraq; illorū et plena horroris veneratio ac re- q
ligio qua vltra humanū modū celsiorū/ profundiorūq; mysteriorū insolentem et temera-
riam neq; omnino promouentē indaginē exhorrescunt. Multa peragrans ex sēpiterno il-
lo motu alarū cognoscit.Multa prospiciens ex multiplici illo vultu in eo numero quo de-
us condidit et secula.veneratio atq; religio plena reuerendi timoris/ et ab indagine auda-
tiore/ temeraria aut impossibili altiorū et profundorū secretorū dei supramundana exhor-
rentia/ et cauta retractio:per alas faciem velantes et pedes(que sunt altorū et profundoꝝ
symbola)designant.Igit cōtemplari licet sanctissimorū seraphin sempiternū in deū mo-
tū/ perspicientie plenitudinē/ venerationē et dei cultū reuerentie et augusti timoris plenis-
simū.deniq; abstrusorū dei in latibulo suarū tenebrarū se recipientis omni cū reuerētia in-
quisitionis perfectam abstinentiam.

¶Ad hec ꝛ diuinā illā ac preciosissimā laudationē.quā audiebat a seraphin altero ad alte- r
rū clamātibus/ sāctus/ sāctus/ sāctus dn̄s deus sabaoth.plena est t̄ra: gloria maiestatis ei⁹.

¶Vt is qui quomolibet.vt/ qualiter/ quo pacto. s

¶Cum ministrorū suorū siue sacerdotū officio purget.Officio/ subministratione ꝛ medio t

¶Eius que in te meo ministerio perficit purgationis.hic fingunt verba angeli ad purga- v
tum loquentis:ad hanc particulā vsq; hoc enim is a quo didici que sunt verba sacri patris
Dionysij ad Timotheū q̄ ea ex seipso non dicit/ sed ex eo a quo hanc intelligentiam ac de-
clarationem acceperat.

¶At vero princeps ille et post deum dux.hic iterum finguntur verba angeli ad purgatum x
ad hanc vsq; particulam ista quidem ille me docuit.

¶Ista quidem ille me docuit.verba sūt Dionysij ad Timotheū.Ista quidē expositionis z
mysterioꝝ seraphin sacramēta:ille equalis meus me Dionysium edocuit:que tibi Timo-
theo identidem cōmunico.

¶Quid significet/ is qui traditur:angelicus numerus. Cap.XIIII.

54 A ¶ hoc item ſpiritali diſcuſſione ⁊ magiſterio dignū puto: ꝗobrem ſcripture ſā-
B a cte traditio/ de angelis loquens milia miliū eſſe dicat/ et decies millies dena mi
lia ſupremos humanos numeros in ſeipſos inuoluens atqꝫ multiplicās/ perqꝫ
hos celeſtiū ſubſtantiarū ordines nobis eſſe innumerabiles apertis rationibus pandens.
ſunt enī profecto plurime celeſtiū militie ſpirituū: que mortaliū noſtrorū numerorū infir-
mū/ breuēqꝫ modū longe tranſcendant. atqꝫ ab ſola ſua eminentiſſima et celeſti intelligen-
tia/ atqꝫ notione ſcite ſint ac diffinite: quā illis opulentiſſime largita eſt ſūma diuinitas imē
ſe autor ſcientie/ atqꝫ ſapientie fons/ et principiū oībus ſimul exiſtentibus excellētis ratio-
ne ſubſtātie ipſa exiſtēs et cauſa ſubſtātie/ ⁊ cōtinēs oīa virtus/ ⁊ ꝯſūmatio cūcta cōplectēs

¶ Decimi quarti capitis ſcholia.

A ¶ Quāobrē ſcripture ſacre traditio. Daniel cap. ſeptimo. Fluuius igneus/ rapiduſqꝫ egre Daniel.7.
diebaṫ a facie eius. millia milliū miniſtrabāt ei: et decies centena millia aſſiſtebant ei.
B ¶ De āgelis loquēs millia milliū eſſe dicat/ ⁊ decies millies dena millia: ſupremos huma-
nos numeros in ſeipſos inuoluens atqꝫ multiplicās. Supremos humanos numeros vo-
cat mille/ et decē millia: quos hoc pacto figurant. 1000. 10000. Quos ſi in ſeipſos du-
xeris/ multiplicaueriſqꝫ ex mille in ſe ductis tetragonicus numerus ſurgit millia millium:
qui hoc pacto ſeptem notis figuraṫ. 1000000. ſiquidem millies mille: millia milliū red-
dunt. eadem profecto cenſent millies mille/ millies millia/ et millia milliū: ſola vocis prola
tione diſſidentia. Et ex decem millibus in ſe multiplicatis/ prouenit tetragonicus alter nu
merus decies millies dena millia: qui hoc pacto nouem notis deſignaṫ. 100000000.
vbi numeri quadrati et equales pre ſe omni ex parte naturā ſine vituperatione ferētes: ex-
ercitibus militie celeſtis applicanṫ. et quorū radices et tetragonica latera (vt hic ſacratus
deo loquiṫ antiſtes) rerū humanarū ſūme ſunt/ ſūmiqꝫ numeri. Ex his intelligi perprōptū
eſt cur deo plenus pater dixerit: ſupremos humanos numeros in ſe inuoluēs/ atqꝫ multi-
plicans: et mirū eſt ꝗ pithagorica his cōſentiāt: cū in radicibus vltra quas non ꝓcedunt/
tum in diuina quadratorū natura. ſed fas non eſt rebus tam ſanctis: eorū ſentētias āmiſce
ri. id tamen non negligenter pretereundū eſt: nos nunc legere millia milliū miniſtrabāt ei:
et decies centena millia aſſiſtebant ei. vbi qui volet attentiuſcule aduertere/ et qui arithme
tices nō fuerit prorſus ignarus: idem profecto repeciet millia milliū/ ⁊ decies centena mil-
lia. neqꝫ variis e terminis ſurgūt: ſed vterqꝫ/ vnus/ idēqꝫ eſt millenariorū tetragonus. Vn- Nota fideli-
de veriſſimile eſt: tempore ſanctiſſimi patris litteras ſacras magnā habuiſſe ⁊ in ſe et in ſua tatē litterarū
conuerſione fidelitatē. Et hic locus abſqꝫ arithmetices preſidio: nullo pacto inueniri po- originaliū tē-
teſt/ et pleriqꝫ alij contemplatoribus digniſſimi. Quapropter per eum vos oro (qui oīm pore apoſto-
numerus et mēſura eſt) futuri cōtemplationis amatores: ne arithmeticen et geometriam lorꝝ ⁊ beatiſſi-
teneriore adhuc etatula deſpiciatis vt ad diuina tandē ſternant iter/ preſidiaqꝫ ferant. mi Dionyſij.

¶ Que ſint figuratiue angelicarum virtutum imagines et reliqua. Cap. XV.

55 He vero iam ſi placet relaxantes parūper intentionē noſtrā/ et mentis aciem a
a ſublimibus illis angelorū ſpeculationibus tantiſper auertentes: ad diuiduam
atqꝫ in plura diſciſſam latitudinē multiplicis angelicarū imaginū varietatis de-
ſcēdamus. atqꝫ ab ipſis rurſus veluti ab imaginibus: ad ſimplicitatē celeſtiū ſpirituū per
56 illarū ſolutionē redeamus. ¶ Id autē ante omnia ꝯpertum tibi ſit velim: ꝙ imaginū ſacra-
C tiora ſignantiū deſignationes/ eaſdē interdū ſubſtantiarū celeſtiū diſtinctiones perfectas
atqꝫ docentes inducunt: aliquando diſcentes atqꝫ ſubiectas. et vltimas ſepe docentes: pri-
mariaſqꝫ diſcentes deniqꝫ (vt dictū eſt) et primas et medias et extremas virtutibus predi-
tas. ac per hunc expoſitiōis explicite modū: nichil abſurditatis inſeriṫ/ nichil quod ſit a ra-
tione alienū. Nam ſi quidē regi ac doceri aliquas a prioribus diceremus: deinde eaſdem
regere atqꝫ docere/ prioreſqꝫ rurſus extremas docere/ ⁊ poſt modū ab ipſis illis diſcentibꝰ
diſcere: eſſet profecto ea res perabſurda/ et ingenti confuſione plena. Sin autē eaſdē et do-
cere et doceri dicimus: verum nō eaſdem ⁊ ab eiſdem/ ſed ſingulas a ſuperioribus regi ac
diſcere. extremas vero docere atqꝫ regere non inconuenienter infertur eas que in ſacro elo-

quio continenꝰ sacratius effictas formas: easdem aliquãdo et primis et mediis extremisqꝫ D
virtutibus ꝓprie ac vere circũponi posse. ¶ Igiꝰ et illa vel in anteriora conuersio ac iugis 57 E
intentio/ vel suis in locis mansio atqꝫ tuendarũ virtutum suaꝝ causa nusqꝫ progressio/ sta-
tus ille preterea per quẽ sociali ad sequentes scdo loco cõmunicabiliqꝫ processu prouidẽ-
tissime virtutis participes fiunt: oĩbus profecto celestibus spiritibus aptissime/ ac verissi-
me cõgruit/ etsi aliis eminentissime atqꝫ integre quidẽ (quod sepe iam diximus) aliis vero
ex parte atqꝫ submissius ¶ Aggrediamur itaqꝫ quod instituimꝰ: illud statim in prima figu 58
rarum expositione inquirentes: quã ob causam diuina eloquia igneam descriptionẽ pre oĩ F
bus ferme honorare videnꝰ. Deniqꝫ inuenies in his non modo igneas rotas effingi/ verũ
ignita quoqꝫ animalia: et viros ignem veluti ex se coruscationis instar emittentes. ac iuxta
ipsas quoqꝫ celestes substantias: congestos carbones ignis apponi et flumina ingenti fra
gore ignis feruorẽ emittẽtia. Sed et thronos esse aiunt igneos: et ipsa eminentissima sera
phin incendendi munus ipsa noĩs sui appellatione signare. ipsisqꝫ proprietatẽ et officium
ignis in primis assignant: ac prorsus vltro/ citroqꝫ ignis figuras precipue honorant. Per
Ignis — ignẽ itaqꝫ signari arbitror celestiũ spirituũ faciẽ: dei maxime speciẽ insignẽ. nam profecto G
sanctissimi qui de deo locuti sunt viri: sũmã illã et nullis obnoxam figuris/ formisqꝫ substã
tiã varie in igne describunt. quippe qui diuine proprietatis (si dici liceat) in rebus visibili-
bus plurimas seruat imagines. Nempe enĩ ignis/ sensibilis in oĩbus (vt ita dixerim) est/ et H
Ignis ꝓprietates ⁊ philosophia ad ascensũ anagogicũ mirabilis. — per omnia sine vlla sui admixtione proficisciꝰ/ ⁊ ab oĩbus prorsus excipiꝰ. Cunqꝫ lucidissi-
mus sit: ipse tamen non admota materia (in qua suã vim suũqꝫ ostẽdat officiũ) in seipso oc-
cultus/ atqꝫ incognitus manet: neqꝫ admittit habitũ/ neqꝫ patet aspectui. ipse omnia supe-
rat/ et ea quibus insederit in suũ traducit officiũ: oĩbusqꝫ quomodolibet sibi appropinquã
tibus sui consortiũ tradit. renouat omnia calore vitali/ ac fulgoribus apertis illuminat/ te-
neri/ misceriqꝫ non potest. discernendi vim habet: atqꝫ imutabilis est. superiora semper pe
tit: et in acumen tendit/ agilis/ celer/ sublimis/ nullaqꝫ vi vt inferiora petessat adigi potest.
semper mobilis/ eodemqꝫ motu vigens. alia mouet/ cõplectiꝰ omnia: cũ tamen astrĩgi ip-
se non possit. cunqꝫ alio ipse non egeat: sibi ipsi tamen clam incrementa suppeditat/ atqꝫ in
qualibet suscipiẽte materia sue maiestatis potentiã indicat/ efficax/ potens/ oĩbus inuisibi-
liter presens. si negligaꝰ/ non esse videꝰ: attritu autem veluti irritatione quadã naturaliter
ac proprie continuo lucentẽ excitaꝰ in flammã: rursusqꝫ incomprehẽsibili abuolat modo.
cunqꝫ affatim oĩbus participationẽ sui locupletissimã prebeat: nũqꝫ tamen ipse minuitur.
Complures item alias ignis ꝓprietates inuenies diuine actioni (qꝫtum humanis imagi-
nibus fas est) prope accedentes. Hoc itaqꝫ non ignorantes viri illi diuina sapientia reple-
ti: celestes substantias/ ex igne maxime effingunt. vt illarũ diuinã speciẽ ad dei imitationẽ
Humana forma. — tendere pro viribus indicent. Humana quoqꝫ illas forma describuut/ ꝙ mente vigeant ho- 59
mines/ videndiqꝫ vires habeant ad superna tendentes/ sublimiqꝫ ore/ et erecto sint statu/ et I
per naturã ad imperandũ ac regendũ idonei. cunqꝫ sensu ac viribus brutorũ animaliũ cõ-
paratione minimũ valeant: prestanti tamen virtute animi/ ac rationabilis scientie domina-
Oculi — tu/ et ꝙ anima naturaliter libera seruire vĩciqꝫ non possit: oĩa superant. Possumus autem
et ꝑ singula plurifariã diuisa humani corpis mẽbra non incõcinnas (vt reor) imagines ce-
lestiũ inuenire virtutũ. Dicimus enĩ visu quidẽ in sanctis angelis clarissimã signari aciem:
qua diuinis hauriendis luminibꝰ inhiant: simplicẽqꝫ preterea illã/ et liquidã/ nichilqꝫ ob-
luctantẽ sed motus celeritate constantẽ/ purãqꝫ/ et patulã suscipiendis absqꝫ perturbatiõe
Nares — vlla diuine claritatis fulgoribus qualitatẽ. Porro naribus olfaciendi ac diiudicandi vi ꝑ-
ditis/ capacẽ eorũ perceptionẽ/ qua summã illã/ suauissimãqꝫ fragrantiã pro viribꝰ admit-
Aures — tentes: cetera que huiusmodi non sint scite diiudicant ac penitus fugiunt. Auribus vero:
Gustus — vim illam participandi/ diuinãqꝫ participationẽ scite suscipiendi. Gustu autẽ: intelligibi-
Tactus — lis alimonie refectionẽ/ et diuinorũ nutrientiũqꝫ liquorũ admissionẽ. At vero tactu: cõstã-
Palpebre — tiam illam exprimi putamus/ qua quid vtile quid noxiũ sit perite discernunt. Palpebras
Supercilia. — autem et supercilia: statũ illũ significare arbitramur/ quo diuine speculationis sensus atqꝫ

intelligentias cautissime seruant. pubescentē vero ac iuuenilē etatē: vitalis virtutis cōstā Pubertas
tiam sempiterne vigentis. Porro dentes: diuisionē indulte sibi perficientis alimonie/ alen Dentes
tis q; perfectiones exprimere credimus. quelibet enī substantia spiritalis/ quā ab augustio=
re perceperit vnicā et vniformē intelligentiā: prouida virtute diuidit/ atq; multiplicat: dū
inferiorē quoq; pro captu suo promouet/ atq; ad altiora sustollit. Humeros aūt atq; vlnas/ Humeri.
et manus: faciendi et operandi strennuā ac potentissimā vim in diuinis spiritibus interpre Ulne.
tamur. Cor item: signū esse dicimus diuinā speciē pre se ferentis vite: que vitalē vim sūmi Manus.
boni instar in inferiora disseminat. Porro pectora: virtutē insuperabilē/ seruandi q; vim vt Cor.
est a subiecti cordis viuifica distributione/ significāt. Dorsa vero: vim indicant vitales om Pectora.
nes virtutes continentē. Pedes autē: mobilitatē/ celeritatē/ atq; cursum insinuant sempi= Dorsa.
K terni motus ad diuina tendentis. Quo circa et sanctorū spirituū pennatos theologia pe= Pedes.
des effinxit. Quippe alis signatur celeritas alta conscendens/ et celestis vite cursus iter in Ale.
anteriora semper ac celsiora consternens/ et (ꝙ ad superiora ferat) mortalibus atq; infimis
oībus exceptus. Sed enī alarū leuitas: id in sanctis angelis indicat/ ꝙ terreni corporis sar Alarleuitas
cina liberi/ toti absq; vlla admixtione vel pōdere ad celsa ferant. Quod autē nudi ac discal= Nudi
ceati decribunt: hoc signat ꝙ liberi et absoluti et expediti/ atq; exterioris oīs adiectionis la Discalceati.
be sint puri/ et ad diuine simplicitatis similitudinē pro viribus tendāt. verū quia rursus sim
plex illa/ multiformis q; sapientia nudos etiā operit/ et vasa quedā illis circunferenda largi
tur: age ipsa quoq; celestium spirituū sacra operimenta/ atq; instrumenta in quātum pos=
sumus explicare pergamus. Perlucidā nempe atq; igneā vestē: signare arbitror diuinā Uestis ignea
speciē/ scdm illā (quā diximus) ignis imaginē: illuminandi preterea vim/ ob premia in ce=
lo posita vbi lux est/ et quod prorsus intelligibiliter illustrat/ siue intellectualiter illustratur
Porro sacerdotalē vestem: vim illā adducendi ad diuina et sacratiora spectacula/ totius q; Uestis sacer:
L vite consecrationē insinuare puto. Zonas vero: fecundarū ipsarū virtutū custodiā diligē Zone.
tem/ cogentem q; ipsas in habitū qui in semet singulari facilitate conuertit/ ac per gyrū cir
ca seipsū imutabili idētitate versat. Uirgas itidē: regis ac ducis insigne preferre qd oīa re Uirge.
cta perficiat/ dicimus. Hastas vero atq; secures: vim dissimilia diuidendi/ discernentiū q;/ Haste.
virtutū habilitatē/ et efficiētiam/ atq; strennuitatē intelligimus. Uasa quoq; geometrica Secures.
atq; fabrilia: fundandi et construendi ac perficiēdi vim et quecq; alia sunt prouidētie illius Uasa geome trica.
M munera/ que inferiora promouet/ atq; cōuertit. interdū et diuinorū in nos iudiciorū signa
sunt: que fingūtur sanctorū angelorū instrumēta: aliis quidē significantibus emendātem
disciplinā/ siue iustitiā punientē/ aliis vero mestorū casuum ereptionē/ siue discipline finem/
siue prioris felicitatis receptionē/ seu aliorū quoq; munerū adiectionē/ siue illa parua/ siue
magna/ siue carnalia/ siue itelligibilia sint. prorsus q; mens diuinis in rebus exercitata: nūq̃
dubitabit/ inuisibilib9 rebus rerū visibiles coaptare imagines. At vero cū ventorū appel= Uenti.
latione censent: nature summa celeritas (que cūcta ferme absq; vlla mora temporis pene=
trat) motus q; ille ex summis ad infima/ rursus q; ex imis ad summa in momēto pertingens
profecto signatur/ inferiora et secūdo a se loco posita ad superiorē celsitudinē tollens/ pri=
mas q; substātias ad tradēda inferioribus lucis sue cōsortia prouidētissime mouēs. Dicet
fortasse aliquis hūc aereū spiritū qui ventus dicit: diuinā quoq; celestiū spirituū preferre
N speciē. habet enī et ipē diuine actionis imaginem atq; figurā (sicut in symbolica theologia: Symbolica theologia.
iuxta quattuor elemētorū expositionē/ pluribus documētis ostēdimus) secūdū naturalē
mobilitatē/ vim q; animādi/ et celerem/ insuperabilē q; discessum et mobiliū pricipiorū atq;
O finium incognitas nobis atq; inuisibiles latebras. Non enī scis (inquit) vnde venit et quo
vadit. Nubis quoq; speciē diuina scriptura illis effingit: per id profecto innuens sāctos spi Nubes
ritus occulto quidē lumine supra mundanū impleri modū: ceterū primitiuā illā/ primo q;
apparentē lucē/ modeste reuerenter q; suscipere/ eam q; sequentibus absq; inuidia pro suo
cuius q; captu secūda deriuatione trāsfundere. preterea ꝙ illis et fecūditas et vis item ani=
mandi et augēdi ac perficiēdi assit: iuxta intelligibilis imbris fecūditatē (que subiectū gre=
mium ad vitalē partum pinguibus euocet pluuiis) rectissime nube signātur. Et si queritur

Es. quã ob causã eris quoq; et electri ac discolorũ lapidũ speciem diuine littere sanctis ange=
Electrum lis applicant: id profecto dixerim electro (quod auri atq; argenti speciẽ prefert) ex qua p= P
te auri color ostendit / splendorẽ illũ iuiolabilẽ designari / qui neq; cõsumi neq; iminui pos=
sit / neq; vlla ratione maculari. qua vero argentũ lucet: nitidũ illud ac purũ / celesteq; iubar
ostẽdi. Porro eri (iuxta eas quas supra exposuimus rationes) ignis aut auri speciẽ opor= Q
Gemme tet ascribi. At vero gemmarũ species colorũ varietate distinctas: ita accipiẽdas puto. vt si=
ue ille sint candide: nitorẽ lucis insinuent. siue rutile: ignis speciẽ signent. siue fulue: rutilãs
referant aurũ. siue virides: vigorẽ ac robur iuuentutis enuncient. Inuenies deniq; per sin=
gulas figurarũ imagines dignissimos sensus: quibus ad superiora feraris. Uerũ quia de
iis pro modo viriũ nostrarũ satis dictũ puto: ad cetera discutiẽda transeamus / et celestib'
Leo spiritibus effictas bestiarũ effigies explicemus. Leonis faciem signare putamus: vim illã
in angelis principalẽ ac robustã et indomabilem / per quã occultissimo illi ineloquibilis di=
uinitatis arcano pro viribus similes nitunt euadere: operti spiritalib' vestigiis / et expedi=
Bos ta illa atq; ineffabili celeritate itineris ad diuini fulgoris secreta tendẽtis. Bouis autẽ ima
ginẽ: fortitudinis ac robustatis preferre speciẽ / et qua spiritales sulcos suscipiẽdis celesti
Cornua bus fecundisq; imbribus scindunt. Cornua item: seruatricẽ illã signãt atq; insuperabilem
Aquila vim. Porro effigiem aquile: regiam dignitatem / motũq; ad superna tendentẽ / celerẽq; vo
latum atq; ad captandũ necessariũ reparandis viribus cibum / agilitatẽ atq; vigilantiã / et
cursũ / et facilitatẽ sũmam / ac preterea vim illã singularẽ speculandi / atq; intendẽdi libere /
directe / in nullã partem inclinando aciem luminũ in radiũ illũ vberrimũ ⁊ lucidissimũ dei=
Equi tatis: quẽ ex se instar solis emittit. Equorũ quoq; figurã: obedientiã in sanctis angelis si=
gnificare dicimus / qua diuinis obtemperant iussis. Qui siquidẽ albi sint: candorẽ ac diui=
ne propinquitatẽ lucis q̃ maxime signãt: sin vero pulli / occulta diuinitatis insinuãt. si au=
tem rubei / vigorẽ ignis ⁊ strennuã efficaciã indicant. q si ex albo / nigroq; permixti: vis illa
signat qua traducente nectunt extrema: et prima scdis / ac scda primis cõuersionis ac pru=
dentie ratione iũgunt. Eniuero nisi cohibende prolixitatis rationẽ haberemus: particula=
res quoq; memoratorũ aialiũ ppietates / corporalesq; illorũ descriptiões omnes: celesti=
bus illis virtutibus dissimiliũ similitudinũ ratione aptissime cõgruere profecto docerem'.
Iracundia feruorẽ iracundie ad spiritalẽ fortitudinẽ: cuius extremũ ira vestigiũ est. Concupiscentiam
cõcupiscẽtia quoq;: ad diuinũ amorẽ (et vt totũ simul explicẽ) omnes mutorũ animantiũ sensus et par=
tes in plura discissas / ad virtutũ celestiũ altissimas intelligẽtias et vnicas virtutes referen=
tes. Uerũ prudentibus non modo ista sufficiunt: sed vel vnius obscure imaginis exposi=
tio ad similia pari ratione soluenda sufficiet. Illud inspiciendũ / quid sibi velint flumina / ro
Flumina te / et currus: qui celestibus virtutibus cõiuncti referunt. Nempe eni ignea flumina: diui=
nos significant latices / largissimã angelis atq; indeficientẽ inũdationis copiã largientes /
Currus vitalisq; fecunditatis altores. Currus autẽ: cõiunctã similiũ et equaliũ societatẽ signant.
Rote Rote vero que alte quidẽ sunt: ceterũ in anteriora semper absq; vlla cõuersione in nullam
partẽ declinando incedũt / vim profecto actionis angelice (qua rectã semper viam atq; ar=
duã pergunt) insinuãt. Quippe ois illorũ cursus / spiritalisq; rotatus ad viã illã erectã atq;
arduã celesti intentione dirigit. possumus autẽ et iuxta aliũ sensũ: intellectualiũ rotarũ fi=
guralẽ descriptionẽ exponere. est eni eis (vt ppheta ait) cognomẽ inditũ gel / gel. quod he=
breorũ voce reuelatiões / ac reuolutiões significat. Ignee nãq; atq; diuine rote regyratiões
quidẽ habẽt q sẽpiterno motu circa summũ idẽ versent bonũ: reuelatiões autẽ q occulta
sacramẽta reuelẽt / et humiliores quosq; pmoueant / sublimesq; diuini fulgoris radios in
Gaudium inferiora agmina descẽdendo trãsfundãt. reliqua nobis ad exponendũ est gaudij celestiũ
ordinũ ratio. sunt eni illi passiue voluptatis nostre prorsus ignari. cõgaudere autẽ dicunt
deo / in eorũ qui perierãt inuentione: iuxta congruã sibi diuinã prorsus tranquillitatẽ et be=
nignissimã / copiosissimãq; letitiã (quã de illorũ prouidentia et salute capiunt / qui cõuertũ=
tur ad deũ) ac voluptatẽ illam prorsus ineffabilẽ / cui' et sancti viri sepe numero participes R
effecti sunt: cum in eos diuine illius ac deifice lucis fulgor influeret. sed hec hactenus de fi=

guris ac fictionibus sacris: que licet ad diligentiorē huiusmodi signorũ enodationē non attigerint/ multũ tamen (vt reor) conferent intelligentie nostre ne in humilitate littere figamur/ figuralibusq; imaginibus inhereamus. Quod si obiicias nos non oĩm deinceps imaginũ que in sacris litteris angelicas virtutes/ actionesq; significant fecisse mentionē: respondebimus q; verũ est/ fatebimurq; ingenue diuinarũ et earũ que supra mundũ sunt rerum/ partim liquidã nos ignorasse scientiã: atq; ad ea ediscenda que supra nos sunt: doctore ac duce indigere/ partim quedam omisisse ex industria: vt que ex antea expositis colligi possent tantũdem ferme valentia. Simul et ne modum liber excederet prospicientes: arcana celestia silentio honoranda putauimus.

¶ Decimi quinti capitis scholia.

C ¶ Easdem interdum substantiarũ celestiũ distinctiones perfectas/ atq; docētes inducũt. Interdũ sancti ꝓphete celestes spiritus inducũt illuminatos ⁊ docentes/ interdum subiectos et discentes. Et nõnunq; infimos spiritus docentes: et supremos discentes inducunt. Apocalypseos cap. decimo sexto docet quisq; septē angelorũ/ ite et effundite septē phia- Apocaly. 16.
las ire dei. et docet idem (qui prius docebat) cap. decimo septimo. Et venit vnus de septem Apocaly. 17
angelis qui habebant septē phialas/ et locutus est mecũ dicens: veni et ostendã tibi dãnationē meretricis magne/ que sedet super aquas multas/ cũ qua fornicati sunt reges terre. Et vltimi docent. vt de angelo docente agar. Genesis cap. decimo sexto. Cumq; inuenisset Genesis. 16.
eam angelus dñi iuxta fontē aque in solitudine/ que est in via sur in deserto: dixit ad illam. Agar ancilla sarrai: vnde venis/ et quo vadis? que respondit a facie sarrai dñe mee ego fugio. dixitq; ei angelus: reuertere ad dñam tuã/ ⁊ humiliare sub manu illi⁹. multiplicãs multiplicabo semē tuũ: et non numerabit pre multitudine. De angelo mysteria saluatoris nostri/ et de nobis populo in eũ credituro Esdrã docēte. Esdras libro quarto/ cap. scdo. Ego Esdras. 2:
esdras vidi in monte syon turbã magnã quã numerare non potui: ⁊ oẽs canticis collaudabãt dñm. et in medio eorũ erat iuuenis statura celsus eminentior oĩbus illis/ et singulis eorum capitibus ĩponebat coronas: et magis exaltabat. ego autē miraculo tenebar. Tũc interrogaui angelũ/ et dixi: qui sunt hi dñe? qui respondēs dixit michi. hi sunt qui mortalem tunicã deposuerunt: ⁊ ĩmortalē sũpserunt/ et confessi sũt nomen dei. modo coronant: et accipiunt palmas. Et dixi angelo: ille iuuenis quis est qui eis coronas ĩponit/ et palmas in manus tradit? et respõdens dixit michi. ipse est filius dei: quē in seculo cõfessi sunt. Ego autem magnificare eos cepi: qui fortiter pro noĩe dñi steterũt. Tunc dixit michi angelus. vade/ annnũtia populo meo: qualia et quanta mirabilia dñi dei vidisti. Et de angelo docēte Danielē cap. octauo. Aries quē vidisti habere cornua: rex medorũ est atq; persarũ. porro Daniel. 8.
hircus caprarũ: rex grecorũ est. et cornu grãde quod erat inter oculos eius: ipse est rex primus. Quod autē fracto illo surrexerunt quattuor pro eo: quattuor reges de gente eius cõsurgent: sed nõ in fortitudine eius. Et eque angelus docet Zachariã cap. primo/ scdo quarto Zach. 1. 2. 7. 4
et quĩto. Et primarij/ supremiq; spirit⁹ discũt. vt in apocalypseos cap. quĩto: quattuor ani Apocalyp. 5:
malia requiē non habentia die ac nocte/ dicentia: sanctus/ sanctus/ sanctus dñs deus oĩpotens qui est/ qui erat/ et qui venturus est. discunt cũ agnus soluit signacula libri: itidē et viginti quattuor seniores: qui superiores nobis intelligentiarũ designant ordines

D ¶ Easdem aliquando ⁊ primis et mediis extremisq; virtutibus proprie ac vere circũponi posse. Easdē formas que angelis circũposite vident/ in sanctorũ ꝓphetarũ sacris visionibus: nichil incõmodi est interdũ ad ꝓprietates mediarũ et supremarũ intelligentiarũ per noscendas: eisdem coaptare atq; circundare. quēadmodũ de alis et vultibus sanctissimorũ seraphin capite decimo tertio dictum est.

E ¶ Igit et illa vel in anteriora conuersio ac iugis intentio. Cuilibet supernarũ/ celestium q; intelligētiarũ cõmune est. primo iugis illa et ad deũ attenta cõuersio: que miro amore flagrans et cõtēplatione illustrata/ perficit. Secundũ est circa se/ suã sedē et suũ ordinē firm⁹ stat⁹/ suarũ virtutũ ad diuina obseq̃a cõstãs custodia/ ⁊ infract⁹/ idēq; et ꝑmanēs tenor nichil maius appetens/ nichil minus non progrediens non regrediens. Tertiũ est ad infe-

riora et sequentia clemens/ atqꝫ benigna prouidentie dispẽsatio. Itaqꝫ dũ tote in deũ cõuertunt: semetipsas firmant ꝛ custodiunt/ pariter et inferioribus benigne ꝓuidẽt. Et angeli quoqꝫ nostri/ diuina dispẽsatione nostri sub deo curã/ prouidentiãqꝫ gerentes: sẽper vident faciẽ patris nostri (vt ipsamet ait veritas) qui in celis est.


¶ Quã ob causã diuina eloquia in eã descriptionẽ pre oĩbus ferme honorare videtur. Ezechiel cap. primo: cum gl'ia dei illi apparebat. Et nubes magna/ et ignis inuoluens/ ꝛ splẽdor in circuitu eius: et de medio eius quasi species electri idest de medio ignis. hec erat visio discurrẽs in medio animaliũ: splendor ignis/ et de igne fulgur egrediẽs. Ignee rote flumen ꝛ thronus igneus. Daniel cap. septio. Thronus eius flamme ignis/ rote eius ignis accẽsus/ fluui⁹ igne⁹/ rapidusqꝫ egrediebat a facie eius. Ignita animalia Ezechiel cap. primo. Et similitudo aĩaliũ et aspectus eorũ q̃si carbonũ ignis ardentiũ et quasi aspect⁹ lampadarũ et aĩalia ibant et reuertebant in similitudinem fulguris choruscãtis. Viri q̃si ignẽ emittentes. Daniel cap. decio. Et ecce vir vnus vestit⁹ lineis et renes ei⁹ accincti auro obryso/ ꝛ corp⁹ ei⁹ q̃si chrysolith⁹ et facies ei⁹ velut species fulguris/ ꝛ oculi ei⁹ vt species eris cãdẽtis. Et de angelo qui apparuit mulierib⁹ in visitatiõe

Ezechiel. I.

Ignee rote.
Flumẽ igneũ
Thrõ⁹ igne⁹.
Daniel. 7.

Ignita aĩalia
Ezechiel. I.

Viri quasi ignẽ emittẽtes.
Daniel. 10.



Adiecta forma sex et triginta ignis ꝓprietates cõtinet ad suam anagogẽ reductas. monstratqꝫ deũ pyramidis vniuersoꝝ/ sũmũ occupare cacumen: quod sũma lux superambit. supermũdanas substãtias mediũ pyramidis luminosũ sortitas. sẽsibilia vero basem tenere iã plenitudinis/ multiplicis indigentie experientẽ tenebras. Itaqꝫ tres mũdi intelligunt primus est mũdus lucis. secũdus mũdus luminis et tertius mũdus tenebrarũ. ꝓmus dicitur mũdus intelligibilis. secundus intellectualis: et infimus sẽsibilis. Et hi tres vnũ sũt vniuersum Et vnum vniuersorũ deus vnus.

Mundus autẽ sensibilis hec cõtinet: elementa/ aĩalia/ plãtas. fossilia.

sepulchri domini. Mattheus cap. vicesimo octauo. Angelus enĩ dñi descendit de celo: Matthe9. 28
et accedens reuoluit lapidem/ et sedebat super eum. erat autem aspectus eius sicut fulgur
Carbones et prune congeste. Ezechiel cap. decimo. Ingredere in medio rotarum que sũt Carbones
subter Cherubin: et imple manum tuam prunis ignis/ que sunt inter Cherubin. et effunde Ezechiel. 10.
super ciuitatem.

G ¶ Nam profecto sanctissimi qui de deo locuti sunt viri. vt Ezechiel Daniel et huiusmodi et beatissim9 Paulus epistola ad hebreos cap. duodecio. Eteni de9 noster ignis ꝯsumẽs ẽ Ad hebre. 12

H ¶ Nempe enĩ ignis sensibilis in oĩbus (vt ita dixerim) est. Sex et triginta: ad anagogen ꝛ diuinã assurrectionẽ diuinus hic pater ignis assignat ꝓprietates. Sed ignis ad sensibilia dũtaxat conferat: deus autẽ ad vniuersa. de igne intelligant sensibiliter: de deo autẽ diuine ꝛ itelligibiliter. Et he ex adiecta pyramide (cuius mucronẽ lux habitat inaccessa: ꝛ eius basem tenebre) deprehendi possunt.

I ¶ Humana quoqꝫ illas forma describunt. In qua angelorũ apparitione: apparẽt proculdubio nares/ aures/ gustus/ tactus/ palpebre/ iuuenta/ dentes/ humeri/ vlne/ manus/ pectora/ dorsa/ pedes/ corqꝫ intimũ cogitat. Ut de mystico angelo triformi. Abram apparente Genesꝫos cap. decimo octauo. Cũqꝫ eleuasset oculos apparuerũt ei tres viri stãtes ꝓpe eũ: Genesis. 18. quos cũ vidisset cucurrit in occursũ eorũ de hostio tabernaculi sui/ et adorauit in terra ꝛ dixit: domine si inueni gratiam in oculis tuis ne transeas seruum tuum/ sed afferam pauxillum aque: et lauentur pedes vestri. et requiescite sub arbore: ponamqꝫ buccellam panis/ et confortetur cor vestrum. Ecce formam virilem nominat/ oculos/ pedes/ ꝛ cor. et alia ferme membra in sanctis patrum visionibus exprimũtur: de quibus solertissimus pater diligentem paulo post exequitur determinationem. Sed vt vno tractu (que sequentia trahunt) exequamur: que sunt hec quadraginta.

1	Oculi	11	Manus	21	Uirge	31	Bos
2	Nares	12	Cor	22	Haste	32	Cornua
3	Aures	13	Pectora	23	Secures	33	Aquila
4	Gustus	14	Dorsa	24	Uasa geometrica	34	Equi
5	Tactus	15	Leuitas alarũ	25	Uentus	35	Iracundia
6	Palpebre	16	Discalceatum	26	Nubes	36	Concupiscentia.
7	Pubertas	17	Uasa tenentes	27	Es	37	Flumina
8	Dentes	18	Uestis fulgida	28	Electrum	38	Currus
9	Humeri	19	vestis sacerdotal.	29	Gemme	39	Rote
10	Ulne	20	Zone	30	Leo	40	Gaudium

de vnoquoqꝫ particulatim: ex prophetis paucula adducamus. Oculi. Genesis cap. decimo octauo: de angelis qui apparuerunt abrae. Cum ergo surrexissent inde viri: direxerunt oculos contra sodomam. Nares. Genesis. cap. octauo de angelo noe. odoratus est dominus odorem suauitatis: et ait ad eum. nequaqꝫ vltra maledicam terre propter homines. Aures. Exodus cap. tertio de angelo alloquẽte mosen. Uidi afflictionem populi mei in egypto: et clamorem eius audiui/ propter duritiam eorum qui presunt operibus. Gustus. Genesis cap. decimo nono de duobus angelis qui liberauerunt loth de sodoma Cõpulit illos opido/ vt diuerterent ad eum: ingressiqꝫ domum eius fecit conuiuiũ. coxit azyma: et comederunt. Tactus. Genesis cap. tricesimo secundo de angelo qui cum iacob luctatus est. Et ecce vir luctabatur cum eo vsqꝫ mane: qui cum videret ꝙ eum superare non posset/ tetigit neruum femoris eius ꝛ statim emarecuit. Palpebre. Psalm9 decimus. Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebre eius interrogant filios hominũ. Pubertas. Marcus cap. decimo sexto de angelo sepulchri domini vite. Et introeuntes in monumentum viderunt iuuenem sedentem in dextris/ coopertum stola candida/ et obstupuerũt. Dentes. Daniel cap. septimo. Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: et tres ordines erãt in ore eius/ et in dentibus eius. Humeri. Deuteronomium cap. tricesimo tertio de bene-

Oculi Genesis. 18. Nares Genesis. 8. Aures Exodus. 3. Gustus Genesis. 19. Tactus Genesis. 32. Palpebre Psalm9. 10. Pubertas Marcus. 16. Dentes Daniel. 7. Humeri Deutero. 33.

dictione beniamin a Mose. Et beniamin (ait) amantissimus domini: habitabit confiden=
Vlne — ter in eo/ et quasi in thalamo tota die morabitur et inter humeros illius requiescet. Vlne
Daniel.10. — Daniel cap. decimo. Et brachia eius et que deorsum sunt ad pedes: quasi species eris
Manus — candentis. et vox sermonum eius: vt vox multitudinis. Manus. Ezechiel cap. deci=
Ezechiel.10. Cor — mo. Apparuit in cherubin similitudo manus hominis subtus pennas eorum. et passim
Daniel.7. — de manu in prophetis reperitur. Cor. Daniel cap. septimo. Aspiciebam donec euulse sunt
Pectora — ale eius: et super pedes quasi homo stetit/ et cor eius datum est ei. Pectora. Apocalypsis
Apocaly.15. — cap. decimo quinto. Et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo: vesti=
Dorsa — ti lapide mundo et candido/ et precincti circa pectora zonis aureis. Dorsa. Ezechiel cap.
Ezechiel.9. — nono de angelo signante viros signo Tau in frontibus eorum. Et ecce vir qui erat indu=
tus lineis qui habebat atramentum in dorso suo: respondit verbum dicens: feci sicut pre=
Leuitas ala. — cepisti michi. Leuitas alarum. Daniel cap. nono. Ecce vir gabriel quem videram in visio=
Daniel.9. — ne a principio/ cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini. et Joannes apocaly=
Apocal.14. — pseos cap. decimo quarto videt angelum volantem per medium celum: habentem euan=
gelium eternum vt euangelizaret sedentibus super terram et super omnem gentem/ et tri=
bum/ et linguam/ et populum: dicens voce magna timete dominum/ et date illi honorem/
quia venit hora iudicij eius. et adorate eum: qui fecit celum/ et terram/ mare/ ⁊ fōtes aqua=
Discalceatū. — rum. Discalceatum. nudis/ discalceatisq; pedibus intelliguntur angeli qui apparuerunt
Genesis.18. — Abram quibus dixit Genesis cap. decimo octauo. Afferam pauxillum aque et lauentur
Vasa tenētes — pedes vestri. Vasa tenentes. Ezechiel cap. nono. Et ecce sex viri veniebant de via porte su=
Ezechiel. 9. — perioris/ que respicit ad aquilonem: ⁊ vniuscuiusq; vas interitus in manu eius. Et apo=
Apocal.15. — calypsis cap. decimo quinto de angelis quibus date sunt phiale. Et vnū de quattuor ani=
malibus: dedit septem angelis septem phialas aureas plenas iracundie dei viuentis in se=
Vestis fulgida — cula seculorum. Vestis fulgida. Lucas de mulieribus sepulchrum domini summo dilucu
Lucas.24. — lo inuisentibus cap. vicesimo quarto. Ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti.
Ezechiel.1. — Et Ezechiel cap. primo. Similitudo quasi aspectus hominis desuper: et per circuitū eius
vidi quasi speciem electri. quasi aspectum ignis a lumbis eius et desuper: et a lumbis eius
Vestis sacer. — vsq; deorsum vidi quasi speciem ignis splendētis. Vestis sacerdotalis. Apocalypsis cap.
Apocalyp.1. — primo. Et conuersus vidi septem candelabra aurea: et in medio septem candelabrorum au
reorum similē filio hominis vestitum podere/ et precinctum ad mamillas zona aurea. Po=
Zone — deris siquidem vestis talaris/ sacerdotalis est. Zone. Nūc et cum veste sacerdotali dictum
Apocal.15. — est. ⁊ cap. decimo quinto. Et precincti circa pectora zonis aureis. Virge. Judicum cap. se=
Virge Judicum.6. — xto. Extendit angelus domini summitatem virge quam tenebat in manu: et tetigit carnes
Haste — et panes azymos. ascenditq; ignis de petra: et carnes/ azymosq; panes consumpsit. Haste
2.Macha.11 — Secundus Machabeorum cap. vndecimo. Apparuit precedens eos eques in veste can=
Secures — dida: armis aureis hastam vibrans. Secures. Ezechielis cap. nono. De sex viris de via
Ezechiel.9. — superioris porte veniētibus legebat' secures in manibus habebāt. nunc autē illa littera de
Vasa geome — vasis interitus in manibus eoꝝ interpretata legitur. Vasa geometrica. Ezechiel cap. qua
Ezechiel.40 — dragesimo. Et ecce vir cuius erat species quasi eris: et funiculus lineus in manu eius/ ⁊ ca=
Ventus Daniel.7. — lamus mēsure in manu eius. Ventus. Daniel cap. septimo. Videbam in visione mea no=
Psalmꝰ.17. — cte: et ecce quattuor venti celi pugnabant in mari magno. Et Psalmus decimus septimꝰ.
Psalmꝰ.103 — Ascendit super cherubin: et volauit super pennas ventorum. Et centesimus tertius. qui
facis angelos tuos spiritus: et ministros tuos ignem vrentem. Nubes. Apocalypsis cap.
Nubes Apocal.10. — decimo. Et vidi alium angelum fortem descendentem de celo amictum nube: et iris in ca=
Es — pite eius. Es. Paulo supra tactum est. Ezechiel cap. quadragesimo. Et ecce vir cuius erat
Ezechiel.40 — species quasi eris. Electrum. Ezechiel cap. primo. Et vidi et ecce ventus turbinis veniebat
Electrum Ezechiel.1. — ab aquilone: et nubes magna/ et ignis inuoluens/ et splendor in circuitu eius. et de medio
Quid electr̄ — ignis quasi species electri. Et est electrum ex auro: quinta argenti parte adiecta. Gemme
Gēme — Ezechielis cap. primo. Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum: quasi
Ezechiel.1. Apocal.4 — aspectus lapidis saphyri. Et apocalypsis cap. quarto. Et ecce sedes posita erat in celo:

et supra sedem sedens. et qui sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis / et sardinis. et
iris erat in circuitu sedis: similis visioni smaragdine. Que hic nominantur gemme sunt:
saphyrus flaua / Jaspis multicolor / et purpurea optima / sardius rutila / smaragdus viridis
¶ Leo. Bos. Aquila. Apocalypsis. cap. quarto. Et animal primum simile leoni / et secun- Leo
dum simile vitulo: et tertium animal habens faciem quasi hominis / et quartum animal si- Bos
mile aquile volanti. Et idem: Ezechielis cap. primo. Similitudo autem vultus eorum fa- Aquila Apocalip. 4.
cies hominis / et facies leonis a dextris ipsorum quattuor. facies autem bouis a sinistris ip Ezechiel. 1.
sorum quattuor. et facies aquile desuper ipsorum quattuor. Cornua. Ad bouis effigiem Cornua
pertinent / vt que eius fronti sint impressa: tametsi et in apocalypsi cap. quinto legatur. Et Apocalyp. 5.
vidi et ecce in medio throni et quattuor animalium / et in medio seniorum agnum stantem
tanq̃ occisum: habentem cornua septem et oculos septem / qui sũt septem spiritus dei mis-
si in omnem terram. et venit: et accepit de dextera sedentis in throno librum. Et de eisdem
in plerisq; locis aliis. Aquila paulo ante expressa est. Et iterum apocalypsis cap. octauo. Aquila
Et vidi / et audiui vocem vnius aquile volantis per medium celum: dicentis voce magna Apocalyp. 8
ve ve ve habitantibus in terra. Equi. Zacharias cap. sexto. Et leuaui oculos meos et vi- Equi Zacharias. 6
di: et ecce quattuor quadrige egredientes de medio duorum montium. et montes: mõtes
erei. in quadriga prima equi rufi. in quadriga secunda equi nigri. in quadriga tertia equi
albi. et in quadriga quarta equi varij / et fortes. Iracundia. Iracundie feruor ad leonem Iracundia.
attinet animal suapte natura iracundum et que presertim cum rugit exprimitur. Et fortitu
dinẽ in angelo denotat: qualem signat dilectissimus a deo discipulus apocalypseos cap. Apocal. 10.
decimo. Et facies eius erat vt sol: et pedes eius tanq̃ columna ignis. et habebat in manu
sua libellum apertum. et posuit pedem suum dextrum supra mare: sinistrum autẽ super ter-
ram. et clamauit voce magna queadmodum cum leo rugit. et cum clamasset: locuta sunt
septem tonitrua voces suas. et Zacharias cap. octauo. Sicut cogitaui vt affligerem vos cũ Zacharias. 8
ad iracundiam me prouocassent patres vestri dicit dominus. Concupiscentia. Ut iracun- Cõcupiscẽtia
dia ad leonem: ita concupiscentia ad equum (de quo paulo ante dictum est) refertur. et de
quo / animalium hystorie ita tradunt: salacissimum omnium tum feminarum / tum mariũ
equus est. Sed et psalmus quadragesimus quartus. Et concupiscet rex decorem tuum: Psalm⁹. 44
quoniam ipse est dominus deus tuus / et adorabunt eum. Flumina ignea. Daniel cap. se- Fluia ignea. Daniel. 7.
ptimo. Fluuius igneus / rapidusq; egrediebatur a facie eius. Currus. Quartus regum se- Currus.
xto. Cumq; orasset heliseus ait: domine aperi oculos pueri huius vt videat. et aperuit domi- 4. Regũ. 6.
nus oculos pueri: et vidit / quia ecce mons plenus equorum et curruum igneorum in circui Rote.
tu helisei. Rote. Daniel cap. septimo. Rote eius ignis accensus. Et ezechiel cap. primo. et Daniel. 7. Ezechiel. 1.
aspectus rotarum et opus earum: quasi visio maris. et vna similitudo ipsarum quattuor: et Gaudium
aspectus earum et opera quasi sit rota in medio rote. Gaudium. Beatissimus pater: ange- Lucas. 15.
lorum gaudium ex sacrosancto euangelio nobis pie proponit contemplandũ. Audite igi-
tur diuinam benignitatẽ nos errabundas oues per os Luce euangeliste cap. decimo quin
to: ad se multa cõmiseratione reuocantem. erant inquit appropinquantes ei publicani et
peccatores: vt audirent illum. et murmurabant pharisei / et scribe dicentes: quia hic pecca-
tores recipit / et manducat cũ illis. et ait ad illos parabolã istã dicens. quis ex vobis homo
qui habet centum oues / et si perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit nonaginta nouem in
deserto et vadit ad illam que perierat donec inueniat eam? et cum inuenerit eam / ĩponit in
humeros suos gaudens: et veniens domum conuocat amicos / et vicinos dicens illis. cõ
gratulamini michi: quia inueni ouem meam que perierat. dico vobis quod ita gaudium erit
in celo: super vno peccatore penitentiam agente / q̃ supra nonaginta nouem iustis q̄ nõ
indigent penitentia. Aut que mulier habens dragmas decem: et si perdiderit dragmam
vnam / nonne accendit lucernam et euertit domum / et querit diligenter donec inueniat eã?
et cũ inuenerit conuocat amicas / et vicinas dicens: congratulamini michi quia inueni dra-
gmam quam perdideram. Ita dico vobis: gaudium erit corã angelis dei super vno pec-
catore penitentiam agente.

¶ Quo circa et sactorum spirituum pennatos theologia pedes effinxit. Esaias cap. sexto. K
Esaias. 6. Sex ale vni et sex ale alteri: duabus velabant faciem eius / et duabus velabant pedes eius
¶ Custodiam diligentē / cogentēqꝫ ipsas in habitum. Cogentē colligentē atqꝫ adunantē. L
¶ Interdū et diuinorū in nos iudiciorū signa sunt: que fingunt sactoꝝ āgelorū instrumē- M
ta. Signa diuinoꝝ iudicioꝝ sūt aut ad emēdantē disciplinā / aut iustitiā puniētē / aut ad me-
Emendans disciplina. storū casuū ereptionē / aut discipline finē / aut ad prioris felicitatis receptionē / aut ad alioꝝ
Numeri. 22. munerū adiectionē. Ad emendantē quidē disciplinā: vt numeri cap. vicesimo secundo de
Balaam. Protinus aperuit dn̄s oculos Balaam: ⁊ vidit angelū stantē euaginato gladio /
adorauitqꝫ cū in terrā. cui angelus: cur inquit tertio verberas asinā tuā? ego veni vt aduer-
sarer tibi quia peruersa est via tua / michiqꝫ contraria. et nisi asina declinasset a via dans lo-
Justitia puniens. cū resistenti: te occidissē ⁊ illa viueret. vade cū istis ⁊ caue / aliud ne q̄ꝫ precepero tibi loqua-
ris. Justitiā punientē. scd̄us regū cap. vicesimo quarto. Immisitqꝫ dn̄s pestilentiā de ma-
2. Regū. 24. ne vsqꝫ ad tēpus constitutū: et mortui sunt ex populo a dan vsqꝫ bersabee septuaginta mil-
lia virorū. cū extendisset manū suā angelus super hierusalē / vt disperderet eā: misertus est
dn̄s super afflictionē. et ait angelo percutienti populum: sufficit nunc contine manū tuam.
erat aūt angelus dn̄i iuxta areā areuna hiebusei. dixitqꝫ dauid ad dn̄m / cū vidisset angelū ce-
dentē populū: ego sū qui peccaui / et ego inique egi. isti qui oues sunt / quid fecerunt? ver-
Mestorū casuū ereptio. tatur obsecro manus tua contra me: et cōtra domū patris mei. Ad mestoꝝ casuū ereptionē
Apocal. 20. Apocalypsis cap. vicesimo. Et vidi angelū descendentē de celo habentē clauē abyssi ⁊ ca-
thenā magnā in manu sua: et apprehendit draconē serpentē antiquū (qui est diabolus et
sathanas) et ligauit eum per annos mille / et misit cū in abyssū et clausit / ⁊ signauit super il-
Finis discipline. lam vt non seducat āplius gentes / donec cōsument mille anni. Discipline finē. Amos cap.
octauo. Et ecce vncinus pomorū. et dixit quid tu vides Amos? Et dixi vncinū pomorū.
Amos. 8. Et dixit dn̄s ad me: venit finis super populū meū israel / et ecce dies veniunt dicit dn̄s: et
emittam famem in terra. non famem panis / neqꝫ sitim aque: sed audiendi verbum domini.
et cōmouebunt a mari vsqꝫ ad mare: et ab aquilone vsqꝫ orientem circuibunt / querentes
Prioris felicitatꝭ receptō. verbum domini et non inuenient. et cadēt: et non resurgent vltra. Ad prioris felicitatis re-
Zacharias. 2 ceptionem. Zacharias cap. secundo. Et leuaui oculos meos et vidi: et ecce vir. et in manu
eius funiculus mensorū. Et dixi quo tu vadis? et dixit ad me vt metiar hierusalem: et vi-
deam quāta sit longitudo eius / et quanta latitudo eius. absqꝫ muro habitabitur hierusalē:
Donoꝝ adiectio. pre multitudine hominū / et iumentorū eius. Donorū adiectionem. Hieremias cap. vicesi-
Hieremi. 24 mo quarto. Quid tu vides hieremia? ficus bonas: bonas valde. et malas: malas valde / q̄
comedi non possunt eo ꝙ sint male. et factum est verbum domini ad me dicēs. hec dicit do-
minus deus israel / sicut ficus he bone: sic cognoscam trāsmigrationem iuda (quam emisi
de loco isto in terram Chaldeorum) in bonum. et ponam oculos meos super eos ad placā-
dum: et reducam eos in terram hanc. et edificabo eos: et non euellā. et dabo eis cor: vt sciāt
me quia ego sum dominus. Cetere differentie: paruum / magnum / carnale / intelligibile. su-
perioribus exemplis satis agnosci possunt.
¶ Sicut in symbolica theologia: iuxta quattuor elemētorum expositionē pluribus docu- N
Symbolica theologia. mentis ostendimus. Symbolica theologia / hoc est significatiua theologia: non habetur.
deus vniuersorum bonorum largitor: piis mentibus hoc sacrum sue cognitionis munus
ad suum honorem reparet atqꝫ restituat.
Joannes. 30 ¶ Non eni scis inquit vnde venit / et quo vadit ioannes cap. tricesimo. Spiritus vbi vult O
spirat / et vocem eius audis: sed nescis vnde veniat / aut quo vadat.
¶ Id profecto dixerim electro quod auri atqꝫ argenti speciem prefert. Cum auro / argenti
portio quinta adiecta est: electrum esse diffiniunt naturales hystorie. quod naturale fuerit
preciosū admodū est: suo nitore nō modo visui ablandiēs / sed et imposita venena prodēs
¶ At vero gemmarū species colorum varietate distinctas: ita accipiendas puto. Candide
gēme vt onyx / sardonyx / et chrystallus. Rutile sardius / carbūculus. Fulue / saphyrus chry- Q
solithus. Virides / smaragdus / beryllus / topazius.

Has nouē noīat Ezechiel cap.28.		Has duodeci noīat Joānes apocalypsis cap.21	
Gēme	Colores	Gēme	Colores
Sardius	Flauus	Jaspis	Purpureus optimus
Topazius	Viridis	Saphyrus	Flauus
Jaspis	Multicolor	Calcidonius	Fuscus
Chrysolithus	Aureus	Smaragdus	Viridis
Onyx	Candidus	Sardonyx	Cādicās vt vnguis ī carne
Beryllus	Ceruleus	Sardius	Rutilus
Saphyrus	Flauus	Chrysolithus	Flauus
Carbūculus	Igneus	Beryllus	Ceruleus
Smaragdus	Viridis	Topazius	Viridis
		Chrysopassus	Guttatim aureus
		Hiacinctus	Rubeus
		Ametisthus	Violaceus

B ¶ Cuius et sancti viri sepenumero participes effecti sunt. vt Paulus/ Petrus/ Johannes Ad corin. 12.
Paulus. Epistola ad corintheos scda cap. duodecimo. Si gloriari oportet: nō oportet qui dē. veniā autē ad visiones et reuelationes dñi: scio hoīem in christo ante annos quattuordecim (siue in corpore siue extra corpus: nescio deus scit) raptū vsq ad tertiū celum. et scio huiusmodi hoīem (siue in corpore/ siue extra corpus nescio: deus scit) quoniam raptus est in paradisū: et vidit arcana verba que non licet homini loqui. Petrus. Mattheus cap. decimo septio. Et post dies sex assūpsit ihesus petrū/ et iacobū/ et ioannē fratrē eius in montē excelsū seorsū: et transfiguratus est ante eos. et resplenduit facies eius sicut sol: vestimēta autē eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyses et helias cū eo loquētes. respōdens autē petrus dixit ad ihesū. bonū est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnū/ moysi vnū/ et helie vnū. Et ioannes ad tam felix spectaculū admissus: videt apocalypseos cap. vicesimo primo sanctam ciuitatē hierusalē nouā descendentē de celo: a deo paratā sicut sponsā ornatā viro suo. et audit vocē magnā de throno dicentē: ecce tabernaculū dei cū hoībus/ et habitabit cū eis. et ipsi populus eius erunt: et ipse deus/ cū eis erit eorū deus. et absterget deus omnē lachrymā ab oculis eorū: et mors vltra non erit neq luctus/ neq clamor/ neq dolor erit vltra/ que prima abierūt. Et illa ciuitas claritatem dei habet/ et fundamenta eius omni lapide precioso ornata. dñs autē deus oīpotens templum illius est/ et agnus. et non eget sole/ neq luna: vt luceāt in ea. nā claritas dei illuminabit eā: et lucerna eius/ est agnus. et sile spectaculū vidit esdras libro q̃rto cap. scdo. ¶ Vestrā igit̃ O ihesu christi nomē habētes: recognoscite ciuitatē/ et viuite vr̃o noīe digni. benignissimā erga vos diuine pietatis agnoscite dispensationē. et iā angelice āministratiōis et custodie facti conscij: nolite corā angelo imo angelis dei dicere/ nō est puidētia.

Petrus: Matthe⁹. 17

Apocal. 21.

ecclesiastes. 5

¶ Celestis Hierarchie beatissimi
Dionysij Areopagite ad
Jhesu autoris omniū celestium/ et
terrestrium
laudē finis.

ℭ Diuini Dionysij Areopagite de Ecclesiastica hierarchia liber ad Timotheum.

ℭ Cõpresbytero Timotheo Dionysius presbyter: que nam sit Ecclesiastice hierarchie tra ditio/ et que illius intentio. Cap. I.

Acerdotij quidẽ nostri functionẽ sãctissime fili Timothee/ augustioris 1
esse ac diuine et diuinitus indulte scientie/ actionisqꝫ/ et perfectionis: iis
s qui sacratioris doctrine institutionẽ ex sacerdotalibus mysteriis/ tradi=
tiõibusqꝫ acceperũt de sanctarũ scripturarũ maiestate necessario demõ= A
strare institui. ℭ Sed obserua diligẽtius: ne sancta sãctorũ efferas/ neu 2
ꝓphanis luminibus violanda permittas/ verũ reuereberis magis: oc=
cultiqꝫ dei mysteria spiritalibꝯ/ inuisibilibusqꝫ notionibus honorabis. atqꝫ intemerata ser=
uabis: nequaqꝫ ea passim rudibus tradens/ sed sanctis solis sanctarũ rerũ intelligentias sa
cratius pandens. sic eñi (vt theologia nobis suis studiosis cultoribus tradidit) ipse quoqꝫ B
ihesus diuina profecto atqꝫ omni substãtia superior mens/ et hierarchie omnis ⁊ expiatio=
nis ac diuine actionis initiũ et substantia/ augustissimaqꝫ virtus beatissimis illis spiritibꝯ ⁊
nobis naturali dignitate longe prestãtibus/ manifestius simul/ atqꝫ spiritalius lucet: eosqꝫ
pro viribus ad lucis sue similitudinẽ transfert. Nostros item varios et inconstãtes motus
honestarũ amore rerũ in eũ intento: nosqꝫ intendente constringit et cõplicat/ et in vnã ac di
uinã perficit vitã. ℭ Habitu preterea et actione dignissima donat: diuini scilicet virtute sa= 3
cerdotij. ex qua dũ ad sacerdotale sacrosanctũ munus accedimus: superioribus virtutibus
ꝓpinquamus/ imitando pro viribus illarũ constantiã ac perpetuã firmitatẽ. Cuius vbi si=
militudinẽ (quantũ fas est) fuerimus adepti: hinc iam ad beatissimũ/ ac diuinũ Jhesu ra=
diũ aciem mentis intendimus. et queqꝫ videre permittimur: digna cũ veneratione intuen=
tes. atqꝫ eorũ que viderimꝯ dinoscendorũ mysticã scientiã vi interni luminis edocti: sacra=
ti ac sacrantes/ illuminati et illuminantes/ perfecti ac perficientes poterimus fieri. ℭ Que 4
nã ergo sit angelorũ/ atqꝫ archangelorũ sacra distinctio/ celestiũqꝫ principatuũ et potesta= C
tũ ac virtutũ/ dominationũ item/ thronorũqꝫ sublimiũ/ equaliũ itẽ thronis substantiarum
(quas inherere deo ⁊ semper circa illũ ⁊ cũ illo esse: theologia tradit) cherubin illas atqꝫ se=
raphin hebreorũ voce appellans: in iis que de huiusmodi beatissimorũ spirituũ distinctio=
nibus/ ordinibus/ ac diuisionibus scripsimus disces. in quibus nos (etsi non satis pro me=
rito) quantũ tamen penetrare potuimus/ quantũqꝫ theologia suggerere/ et ex diuinis lit=
teris dictare dignata est: ipsã eorũ sacratissimã functionẽ laudare studuimus. ℭ Illud ta= 5
men necessario dicendũ: quod et celestis illa/ et omnis (quã modo laudare pergimus) fũctio:
vnã habet et eandẽ per omne sui officij munus intentionẽ/ atqꝫ vim. vt scilicet et ipse pon=
tifex: pro sue ratione substãtie ⁊ captus atqꝫ ordinis/ diuinis in rebus perficiatur: atqꝫ in dei=
tatis consortiũ trãseat. Inferioribusqꝫ atqꝫ subditis gradibus/ cuiqꝫ pro merito indultum
sibi diuinitus tradat tante excellentie munus: per quod ipse participatione euasit in deum.
Subiecti quoqꝫ et iferiores/ prestantiores sequantur: qui et ipsi minores in anteriora ꝓmo=
ueant. illiqꝫ itidẽ perpetuo successu ad altiora enitentes: etiã prouehendis aliis/ duces pro
viribus fiant. perqꝫ hanc diuinã profecto ac dispositissimã congruentiã: singuli pro modo
suo eius qui vere et pulcher et sapiens ac bonus est/ euadant participes. ℭ Sed eñi substã 6
tie ille superiores atqꝫ ordines/ quorũ supra facta est mensio: et incorporales/ ⁊ intelligibi=
les sunt/ estqꝫ mundo celsior illorũ sacra distinctio. nostrã autẽ hanc sacerdotalẽ functionẽ
cernimus visibiliũ varietate signorũ pro captu nostro multiplicem fieri: per que pontifica D
li munere ad statum illũ vnicũ (quo transimus in deũ) pro modo nostro quiqꝫ prouehimur
Atqꝫ deum/ diuinãqꝫ virtutem celestes quidẽ ille substantie (quippe que spiritus ac mẽtes
sũt) intelligunt/ iuxta quod eis fas est. nos autẽ: visibilibus imaginibus ad diuinas intelli=
gentias pro viriũ nostrarũ modo/ cõscendimus. Et vt vere ac proprie dixerim: vnũ quidẽ E
est quod appetunt omnes/ qui vnius speciẽ preferunt. sed non vno modo eius quod vnum
Liber de itel ligibilibus et sensibilibus. atqꝫ idem est participes fiunt: verũ vt cuiqꝫ pro merito sortẽ/ diuina et equissima libra di=
stribuit. Verũ eñi ista in libro quẽ de intelligibilibus ac sensibilibus scripsimus latius dis= F

7 putata sunt. Nunc autē sacerdotalē ordinē nostrū / principiūq; eius atq; substantiā (quan-
tū vires suppetant) aggrediar eloqui: ihesū primo inuocans ordinū oīm celestiū / atq; ter-
8 restriū principē / initiū et cōsūmationē. ¶ Est itaq; hierarchia oīs (vt se habet venerāda ac
G sacrosancta nostra traditio) omnis sacrarū rerū illi quidē subiectarū ratio / generalisq; pror
sus eorū que in hanc ferme cadunt functionē / siue sacrarū eius rerū cōprehensio. Nostra
igitur functio et dicitur et est illius sacra omnia continens munus: per quod cōsūmatus di
uinus pontifex eorꝫ oīm (que ad eum pertinent et sacratissima sunt) vt sacerdotij noīe ho-
norat⁹ / particeps erit. Ut enī q̄ sacerdotiū dixit / sacrorū simul oīm vno vocabulo signauit
ordinē: ita et qui sacerdotē seu pōtificē dicit / augustiorē / prorsusq; diuinū insinuat virū to-
tius sācte scientie peritissimū. in quo liquido / ac perspicue sacratus omnis ordo suus: et p-
9 fectus sit / et possit agnosci. ¶ Huius ꝑfecto sacre functionis: initiū est fons vite / bonitatis
essentia / vnica rerū oīm causa beatissima trinitas. Ex qua sola bonitatis causa: que sūt oīa
vt ⁊ essent et bene essent acceperūt. Huic transcendenti omnia diuine beatitudini trine / atq;
vni (cui soli vere esse inest modo nobis quidē icognito: sed sibi plane perspecto et noto) vo-
luntas quidē est / rationalis salus humane omnis / celestisq; substantie. ea vero aliter pro-
H uenire non potest: nisi ij (qui saluanť) in dei cōsortiū transeāt. Porro ea in deū transitio fit:
cum illi similes euadunt / atq; inserunť. omni autē sacre functioni cōmunis hic finis est: in-
I tētissima dei / diuinarūq; rerū dilectio. que sublimiter oīno / singulariterq; operať / et (q̄ hāc
precit) oīm q̄ illi aduersanť exactissima ⁊ nunq̄ retro aspiciēs fuga / notio earū que sūt (qua
parte sunt) rerū / sancte veritatis visio atq; scientia / vnice illius perfectionis (qua in vnū ip-
sum transiť) diuina pro viribus participatio / visionis ipsius vnius et cōtemplationis felix
illa refectio qua intelligibiliter alitur et euadit in deū quisquis in illā ardenti studio intēdit.
10 ¶ Dicimus igiť q̄ beatitudo diuina / naturalis deitas / et prestande diuinitatis initiū (ex
qua vt in deū transeāt ij qui illius participationē promerenť: accipiūt) bonitatis instinctu
sacratissime fūctionis munus in salutē oīm rationaliū / intellectualiūq; substantiarū (vt sci
licet dei cōsortio fruerenť) indulsit. atq; illis quidē altissimis / beatissimisq; spiritibus: liqui
dius / et purius / ac spiritalius. Neq; enī illas ad diuina deus extrinsecus mouet: ceterū in-
telligibiliter et intus diuinū consiliū et voluntatē purissimi candoris fulgore discunt. nobis
K autē quod illis vnice et collecte prestitū est: ex diuinis libris in signorū diuisibiliū multitu-
dine / ac varietate donať. substantia enī sacerdotij nostri: scriptura sacra est / nobis diuinit⁹
L tradita. porro huiusmodi plena venerationis eloquia dicimus / queq; a beatissimis patri-
bus nostris (a quibus sacris mysteriis imbuti sumus) in sanctis ac theologicis cōmenda-
M ta sunt libris. ac preterea queq; ab eisdē sanctissimis viris sacratiore / et purgatiore et ꝓpin-
qua quodā modo celesti hierarchie doctrina / sācti duces ac preceptores nostri didicerunt
ex animo in animū (medio intercurrente verbo corporali quidē: sed qđ carnis penitus exce
N dat sensū) sine litteris transfusa sunt. Et ipsi quoq; sanctissimi principes nostri dū sacra pu-
blice agēda instituerūt: non apertis ac patulis sensibus / sed signis augustioribus tradide-
O runt. Est enī nō omnis sanctus / neq; oīum scientia est: vt sacra testanť eloquia. Necessario
itaq; primi illi nostri sacerdotalis muneris duces: cū ex sūma / supsubstātialiq; deitate ipsi
sancti muneris plenitudinē percepissent / et id ipsū deinceps proferre et propagare a diui-
na bonitate missi essent / ipsiq; (vt qui transissent in deū) posteros ad diuina prouehere affa
tim cuperent: visibilibus signis celestia sacramenta texerunt. varietateq; ac multitudine:
quod vnicū est / et collectū tradiderunt. et in humanis imaginibus res diuinas / materiali-
busq; figuris spiritaliū maiestatē. atq; in iis que nobis sunt familiaria: sūma illa et supsub-
P stantialia partim scriptis / partim non scriptis institutionibus suis (iuxta qđ sacre diffiniūt
leges) nobis tradiderūt. nō modo prophane multitudinis causa (cui ne ipsa quidē fas ē si-
gna ꝯtingere) verū ob id quoq;: quod hec nostra sacratissima functio significatiua est / ple
naq; (vt dixi) signis pro modo et ratione captus nostri. indigetq; visibilibus figuris: quib⁹
11 veluti adminiculis ad eorū augustiorē intelligentiā subuehamur. ¶ Non sūt tamen oper-
te diuinis pōtificibus signorū rationes: quas in eos efferre fas non est qui adhuc fidei ru-

dimenta percipiunt.sciūt eni profecto vt ij qui de sacris rebus diuinitus instructi leges de
derunt: constantissimis et omni admixtione puris/incōfusisqꝫ sanctarū distinctionū ordini
bus (distribuenda cuiqꝫ pro merito et captu suo prouidentissima ratione censentes) fūctio=
nē ipsā instituerunt. ¶ Quo circa tuis sacris pollicitationibus inductū: sanctū est profecto 12
et me admonere / et te earū meminisse. vt eminētissimā pōtificalis muneris rationē nemini
tradas/ preterqꝫ equalibus tuis reuerentissimis presulibus: quibus sacra tractare institu=
tum est. ipsosqꝫ illos pontificio iure monebis: mundi vt munda contingant/ solisqꝫ cōmu=
nicent diuina diuinis/ perfecta perficientibus/ sanctisqꝫ sāctissima. Ego eni tibi vt reliquoꝝ
sacrorū: ita huius quoqꝫ diuini muneris consortiū tradidi.

¶ Primi capitis Ecclesiastice Hierarchie scholia.

¶ De sanctarū scripturarū maiestate/ necessario dicere institui. de sanctarū scripturarū spi A
ritali intelligentia: quā beatissimus paulus appellat viuificantē. et quā nos ex sacri patris
nuncupationibus/ dicere possumus: nunc purgantē/ nūc illuminantē/ nūc vero perficientē
¶ Sic eni vt theologia nobis suis studiosis cultoribus tradidit. Id cap. septimo/ numero B
35. celestis hierarchie traditū est: ex ea (quā a beatissimo paulo acceperat) apostolica theo=
logia. Et Joānes in principio diuine apocalypsis ostēdit Jhesum diuinā sapiētiā primū
angelis illucere: et per angelos arcanorū celestiū hoīes cōscios reddere.
¶ Quenam ergo sit angelorū atqꝫ archangelorū. Id exsecutus est diuinus pater cap. sep= C
timo/ octauo/ et nono celestis hierarchie vel qꝫ diligentissime.
¶ Uisibiliū varietate signoꝝ pro captu nostro multiplicē fieri. Signorū/ symbolorū/ atqꝫ D
sacramentorū. vt signū illuminationis/ hoc est expiantis/ et illuminantis baptismi: signū
synaxeos/ sanctissimeqꝫ comunionis/ et reliquarū sanctificationū. de quibus: sermo in lon=
gum postea protrahetur.
¶ Unū quidē est: quod appetunt omnes/ qui vnius speciē preferunt. Nam vnū est bonū E
quod appetunt omnia/ que diuina vnius imagine (quasi regio numismate: qd regis imagi
ne percussū est) sunt signata. Uerūtamen id scire licet: vnū idēqꝫ esse ipsū vnū atqꝫ ipsū bo=
nū. et proinde vt in oībus ipsius vnius vestigiū reperias impressū: nō minus ipsius quoqꝫ
boni intueri licet vestigiū. et non modo ipsius boni: sed et reliquorum oīm/ que vt transcē
dentia et longe supramundana celebramus.
Liber de ītel ligibilibus et sensibilibus. ¶ Uerū eni ista in libro: quē de intelligibilibus ac sensibilibus scripsimus. Liber de intel= F
ligibilibus et sensibilibus sacratissimi patris desiderat: piissimus intelligibiliū et sensibili=
um autor/ ad suū honorē in mundū reparet.
¶ Ut se habet veneranda/ et sacrosancta nostra traditio. Ut se habet veneranda et sacro= G
sancta apostolica disciplina ac institutio.
¶ Porro ea ī deū trāsitio fit: cū illi similes euadūt/ atqꝫ īserunt. īserunt/ vniunt/ vnūqꝫ fiūt H
Sex ad ecclesiasticam hierarchiā pertinentia. ¶ Que sublimiter omnino/ singulariterqꝫ operat. Singulariter/ vnifice. Et sex hoc ī loco I
diuinus pater que ad nostre sancte hierarchie finē pertinent: tangit. Primū est intētissima
dei/ diuinarūqꝫ rerū dilectio sublimiter oīno/ singulariterqꝫ et vnifice operata: et quasi ho=
locaustū/ et incensum redolens libata/ sacrificataqꝫ deo. Scdm est eorum oīm que illi dei=
fice dilectioni aduersari queunt: nūqꝫ retro aspiciens accuratissima/ diligentissimaqꝫ fuga.
et hec quidē fuga/ intentissimā illā dei dilectionē preuenit. Tertiū est eorū que sunt quate=
nus sunt (non autem quatenus labunt/ et ab imitatione deficiunt/ atqꝫ non sunt) cognitio.
Quartū est ab iis ad ipsā rerum veritatē assurrectio/ ipsiusqꝫ sācte veritatis visio/ cōtēpla
tio et scientia. Quintū vnifice cōsūmationis (qua ipsi vni quantū fas est inserimur vnūqꝫ
euadimus) participatio. Sextū est diuine cōtemplationis ipsius vnius (que sūma est et sin
gularis diuinitas) felicissima cibatio/ refectio et supramundana alimonia. qua intellectua
liter alitur/ transit/ et transformat in deū (quantū mortalibus indultū est) quisquis ardenti
studio in illud diuinissimū vnū supra vires fert/ atqꝫ rapitur. Et qui hoc pacto in hac nostra
humana hierarchia viuit: prope modū celestē/ et supramundanā imitat hierarchiā.
¶ Unice et collecte p̄stitū est: ex diuinis libris in signoꝝ diuisibiliū multitudine ac varieta= K

te donat̃. vnice/ vno sīpliciqꝫ modo. Ex diuinis libris. vt ī exodo: vbi agit̃ de arca federis/
tabernaculo/ altari/ vestibus sacerdotalibus. et in leuitico de sacrificiis/ de vrna/ ordine/ et
ministerio leuitarū. Et in sacramentalibus ceremoniis noui testamenti Jhesu superna bo
nitate ad nostrā sāctificationē indultis. ¶ Jd tamē aīaduerti dignū est illā vnā/ supremāqꝫ
diuinitatem: beatissimos supramūdanos spiritus non exterius ad diuina mouere sed inte=
rius vnice/ collecte/ vno simpliciqꝫ modo ipsius vnius superirradiatione suos nutus illis
insinuantis. perinde vt sol intētis oculis lucis sue spicula vnice/ et collecte vibrat. nobis ve
ro a principio sūmopere: sacra cognoscere concedit̃ in multitudine/ ꝛ diuisibiliū signorum
perplexa varietate. haud secus ac infirmis oculis ad lucē ipsā solis sese attollere non valē=
tibus: ex colorū varietate ipsius vnice lucis et potētifice omnē colorē purgantis illuminā
tis et quoquo pacto perficientis pretenderet̃ cognitio. Uerū posteaqꝫ cōsūmatiores eua=
simus: illā diuisibiliū signorū multiplicē varietatē in sue exemplaris veritatis indiuiduam
monadē colligimus per vere cōtemplationis viā. et a bonitate diuina: a multiplici et cōpo=
sito mūdo ad vnialē et simplicē eleuamur mundū. vbi rex est/ oībusqꝫ presidet ipsū super=
exaltatū vnum. Qz si vsqꝫ adeo vita in sanctitate eleuata fuerit: vt ipsū vnū/ idēqꝫ bonū nō
extrinsecus sed intrinsecus mentē moueat: diuiniformis vir ille (quisquis is tandē fuerit)
non amplius vt homo viuit/ sed viuit vt angelus. Qui si quando ex illo diuino spectaculo
ab ītra ꝛ (vt sic dixerim) penitissime facto/ veluti ex diuina quiete surgit: iterū incipit viuere
vt homo. et vita hec quedā mors illi apparet. et suspirat ad intimā illā viuificationē. et rur=
sum quoad potest ex multitudine se colligit ad oīm principem vnitatē. et per vere cōtem=
plationis iter: querit deū toto mentis ardore in intima illa visitatione/ in intima viuificatio=
ne modo supramūdano laudare. Et multi sanctorū hanc viuificationē raptū vocāt: in quo Raptus
homo extra se et supra se viuit. alij extasim hoc est excessū: in quo oīs humane vite/ et morta Extasis
lis/ imperfecta agnouit propheta. alij mortē osculi nuncupāt: de qua dicitur preciosa in cō= Mors osculi
spectu domini mors sanctorū eius.
L ¶ Queqꝫ a beatissimis patribus nostris. ij sunt sancti prophete et apostoli.
M ¶ Ac preterea ab eisdē sanctissimis viris. hoc est ipse sacer pater nō modo appellat plena
venerationis eloquia: ea que sancti prophete/ apostoli/ ꝛ euangeliste scripta reliquere. sed
et ea ex animo in animū et ore ad os (medio intercurrente vocali verbo) transfusa. que san=
cti preceptores sui paulus et hierotheus ab apostolis/ et diuinis sacrarū scripture sancte in
telligentiarū participationibꝰ didicerūt. que quidē nec scripta erāt/ neqꝫ adhuc scripta sūt
N ¶ Et ipsi quoqꝫ sanctissimi principes nostri dum sacra publice agenda instituerūt. Sāctis=
simi principes nostri apostoli. Sacra/ sacramenta vt baptismū/ synaxim/ et reliqua que dū
in publicū agenda instituerunt (spiritu sancto illis suggerente omnia) sacratissimā a rudi=
bus et indignis sanctis signis sed occultis/ velauerunt intelligentiā
O ¶ Neqꝫ oīm scientia est: vt sacra testant̃ eloquia. Jd supra cap. scdo celestis hierarchie ex
testionio pauli epistola ad corinthios pria cap. octauo adductū est: sed non oībus est scia. 1. Ad corin. 8
P ¶ Juxta quod sacre diffiniunt leges. Mattheus cap. septimo. Nolite sanctum dare cani= Matthe. 7.
bus/ neqꝫ mittatis margaritas vestras ante porcos: ne forte cōculcent eas pedibus suis/ ꝛ
canes conuersi disrumpant vos.

¶ De iis que in illuminatione baptismatis fiunt. Cap. II.

Primus itaqꝫ rite ac pie (qꝫtum sentio) nostrā hanc functionē hoc intēdere/ hoc
13 o agere: vt similes deo pro viribus efficiamur/ ipsiqꝫ iungamur. Hoc autē ita de=
Q mū potiemur si (vt diuinis monemur eloquiis) augustissima dei mandata di=
ligamus atqꝫ operemur. Seruabit enī (inquit) sermonē meū is qui diligit me: et pater meꝰ
14 diliget eū/ et ad eū veniemꝰ/ et mansionē apud eū faciemus ¶ Quod igit̃ initiū est: reuerē
R dissima dei mandata peragendi: Quod animales habitus nostros: ad alia suscipiēda sa=
crata eloquia et opera cōmodissime format. qd nobis vt ad celestia premia subuehamur:
S viam sternit: et sacratissime ac penitus diuine regenerationis nostre traditio. Ut enī dux
ille ꝛ preceptor noster eximius ait: primus animi ad diuina motus/ dei dilectio est. Porro

sacre dilectionis ad diuina mandata facienda principalis oĩo progressus est secretissima
illa et ineffabilis prorsus operatio: qua diuinus in nobis status efficiť. Si enĩ diuinus hic T
status diuina natiuitas est: nunq; ille aliquid sciet ex iis que a deo tradita sunt/ neq; opera=
biť/ qui neq; diuinũ hunc statum/ consecutus est. an vero nobis quoq; ipsis/ non dicimus
prius esse necessariũ humane vite statũ: vt sic demũ humana possim⁹ operari? Quippe qđ
non est: id neq; motũ vllũ/ neq; substantiã oĩno habet. qđ autẽ quoquo pacto est: ea solũ ⁊
agit et patitur/ que substantie/ statusq; sui sunt. verũ id quidẽ reor: perspicuũ est. Jam ve=
ro diuina sancte regenerationis contemplemur signa. Et michi nemo prophanus obstre=
pat/ nullus qui rudimentis celestibus careat: pergat ad videndum. nã neq; infirmis pupil=
lis aduersam solaribus radiis aciem intẽdere tutũ est: ita ne nobis quidẽ ea que supra nos
Ozias Chore Nadab Abiud sunt tentare velle innocuũ fuerit. siquidẽ vera legalis/ sãctaq; institutio Oziam quidẽ ꝙ si= A
bi sacerdotale munus assumeret/ Chore autẽ ꝙ celsiora sese sacrosancta munera vsurpare
p̃sumeret/ Nadab vero ⁊ Abiud ꝙ suo munere indigne abuterenť: abiecit/ repulit/ pdidit.

Secundi capitis prime partis scholia.

Si (vt diuinis monemur eloquiis) augustissima dei mandata diligam⁹/ atq; operemur. Q
Joannes. 10. Joannes cap. decimo quarto. Si quis diligit me sermonẽ meũ seruabit: et pater meus di=
liget eũ et ad eum veniemus/ et mansionẽ apud eum faciemus.

Tria ad mã= data dei per= agenda. Quod igitur initiũ est reuerendissima dei mandata peragendi? Tria ponit sacratissim⁹ R
pater. Primũ est regeneratio diuini baptismatis/ ex qua pcedit dei dilectio: que est prim⁹
ad diuina motus. Scđm est id quod nostros aĩales habitus disponit ad sacra eloquia/ ⁊ di
uina opera suscipienda. Et tertiũ sancta anagoge: qua ad vitã supramundanã cognoscẽdã
subuehimur. Et hec tria paulo alio ordĩe a beatissĩo patre tangũtur: sed itelligẽtia nõ lediť

2. ad thimo. 1 Ut enĩ dux ille et preceptor noster. Paulum intelligit qui et scđa ad Timotheũ epistola S
cap. primo scribit. non enĩ dedit nobis deus spiritũ timoris: sed virtutis et dilectionis. Et
paulo post. Formam habe sanorũ verboꝝ (que a me audistis) in fide et dilectione in christo
ihesu. Aliĳ diuinum hierotheum intelligunt qui doctus a paulo sanctum docuerat patrẽ:
quod idem valuerit.

Duplex gene ratio. Qua diuin⁹ in nobis status efficitur. vnde in nobis duplex est generatio. Prima est hu= T
mana naturalis et mundana ex voluntate carnis et voluntate viri. que est primus noster in
hoc mundo status (si in eo dici meretur status: in quo cõtinue agitamur) scđm quã: mũdũ
et que illius sunt diligimus/ et opera eius facimus. Scđa est superhumana/ spiritalis ⁊ di=
uina: ex aqua et spiritu. qua neq; ex voluntate carnis/ neq; ex voluntate viri sed ex deo na=
scimur. scđm quã in nobis diuinus efficitur status/ et dei dilectio. et merito quidẽ. nam si ex
mũdana amor nobis ingignitur mũdanus: ex diuina profecto/ ingignetur et diuinus. Et
ex humana/ naturali ⁊ mũdana ad diuinã proceditur: vt in operibus nature ab imperfecto
ad perfectũ progressio fieri solet. Et analogiã diuinus proscquitur pater: in iis que suo cõ=
ducere videntur proposito.

Siquidem vera legalis/ sãctaq; institutio. Jn legali institutione mosaica Ozias rex iu= A
da: quia sancta superbe tangere presumeret/ subito lepra tactus diuinã in se vindicem ex=
pertus est iram. et chore dathan et abiron ꝙ superbia se dignos extimarent ad tura offe=
renda: terra viuos absorpsit. Nadab vero et abiud filios aaron/ turibulis ignẽ vltra mãda
Ozias 2. paralip. 26 tum iponentes: vltrix flamma consũpsit. De ozia. Scđus paralipomenon cap. vicesimo
sexto. Iratusq; ozias et tenens in manu turibulũ vt adoleret incensum: minabatur sacerdo
tibus. Statimq; orta est lepra in fronte eius corã sacerdotibus: in domo domini super alta
re thymiamatis. cumq; respexisset eũ Azarias pontifex et omnes reliqui sacerdotes/ vide=
rũt lepram in fronte eius: et festinato expulerunt eũ. sed et ipse perterritus accelerauit egre
di: eo ꝙ sensisset ilico plagã domini. Fuit igitur Ozias leprosus vsq; ad diem mortis sue: ⁊
Chore Dathan Abiron Numeri. 16. habitauit ĩ domo separata plenus lepra. ob quã eiectus fuerat de domo dñi. De chore/ da
than et abiron numeri cap. decimo sexto. Cumq; stetissent aduersum moisen et aaron di=
xerunt. sufficiat vobis/ quia omnis multitudo sanctorũ est: et in ipsis est dominus. Et moi=

ſes. Tollat vnūſquiſqꝫ turibula ſua tu chore et omne conſiliū tuū. et hauſto cras igne ponite deſuper/ thymiama corā dn̄o: et quēcunqꝫ elegerit ipſe erit ſanctus. Et deus ad moiſē Precipe vniuerſo populo vt ſepareƭ a tabernaculis dathan et abiron. Et diruta eſt terra ſub pedibus eorū: ⁊ aperiendo os ſuū deuorauit illos cū tabernaculis ſuis et vniuerſa ſubſtantia eorū. deſcenderuntqꝫ viui in infernū operti humo: et perierūt de medio multitudinis. De nadab vero et abiud. leuiticus cap. decio. Arreptiſqꝫ nadab et abiud turibulis impoſuerunt ignē et incenſum deſuper: offerentes coram domino ignem alienum/ quod eis preceptum non erat. Egreſſuſqꝫ ignis a dn̄o: deuorauit eos/ et mortui ſunt coram dn̄o. Leuitici. 10.

¶ Myſteriū illuminationis ſiue baptiſmatis. Cap. II. Pars ſecunda.

15 i Taqꝫ pontifex quidē in dies ad dei ſimilitudinē omnes hoīes ſaluos fieri cupiens/ et ad agnitionē venire veritatis: predicat oībus vera profecto euangelia. annuncians deū cū ſit mortalibus ex propria/ et naturali bonitate ꝓpicius: ipſum eximie benignitatis gratia/ ad noſtra infirma deſcendere dignatū eſſe. noſqꝫ ſibi iūgēdo atqꝫ inſerendo ignis inſtar: quos iūxerit iuxta ſingulorū ꝓpoſitū/ atqꝫ aptitudinē ſibi ſi- x miles facere. Quotquot enī receperunt eū/ dedit eis poteſtatē filios dei fieri: iis qui credūt in noīe eius/ qui non ex ſanguinibus/ neqꝫ ex voluntate carnis/ neqꝫ ex voluntate viri ſed ex deo nati ſunt. Porro qui tam ſublimiū ac tam celeſtium munerū ſacro fuerit deſiderio et amore captus: accedit ad aliquē ex fideliū numero/ oratqꝫ vt ſe ad pontificem ducat: ſecuturum omnia queqꝫ ſibi tradenƭ penitus/ atqꝫ ex toto animo ſpondens. precaƭqꝫ tum vt ſe adducat: tum vt relique deinceps regende vite ſue ſuſcipiat curā. Illū (etſi ſalutis eius ſacro amore ſuccēdiƭ) celſitudinem tamē rei/ humanāqꝫ infirmitatē metientē: continuo horror et anguſtia difficultatis inuadit. poſtremo tamen facturū quod ille poſtulat/ benigniſ- z ſime polliceƭ: aſſumēſqꝫ hoīem/ ad pontificē ducit. ille magna cū leticia (nō ſecus ꝙ ouem ꝑditā) in humeris virū ſuſcipiens: primū quidē ſecretius ex corde gratias agit. tum in orātis quoqꝫ habitum ſterniƭ: adoratqꝫ ſupplex/ atqꝫ veneraƭ ſummū illud/ beneficūqꝫ principium, a quo et vocanda vocanƭ: et ſaluanda ſaluanƭ. Deinde ſacros omnes gradus vt ſibi cooperenƭ/ ac pro ſalute viri ſimul congaudeant/ agantqꝫ diuine clementie gratias: in ſanctā eccleſiā cogit. atqꝫ initio quidē hymnū aliquē ſacris libris inſertum: ſimul cū oībus eccleſie ordinibus canit. Poſt hec deoſculatis ſanctis altaribus: ad virum aſtātē proficiſciƭ: percontaƭqꝫ ab eo quid nam volens eo venerit. Illo autē (iuxta quod a ſuſceptore ſuo fuerat edoctus) īpietatē/ et veri boni ignorantiā accuſante/ ac diuine vite opere tam diu ſe fuiſſe deſtitutū ingemiſcēte/ atqꝫ orāte vt eius ſacratiſſimo munere ac prece deo/ diuiniſqꝫ myſteriis frui mereaƭ: ꝯteſtaƭ ei oportere ex integro/ totoqꝫ corde accedere ad deū per cuncta perfectum/ et imaculatum. Tum diuine quoqꝫ conuerſationis ac vite/ illi explicans rationē: an ita velit deinceps viuere ſciſcitatur. Quod vbi ille pollicitus fuerit: imponit eius capiti manū. conſignāſqꝫ illū ſacerdotibus: mādat vt virū/ ſuſceptorēqꝫ deſcribant. Poſtea (vero) ꝙ illi deſcripſere: ſacrā effundit precē. quā cum omnis ſecū eccleſia terminauerit: diſcingit quidē ipſū/ ac miniſtrorū manibus exuit. Deinde occidentē verſus illū ſtatuēs: intēdentē/ manuſqꝫ impingentē ad eandē regionē conuerſas/ inſufflare illū ter ſathanā iubet ac preterea abrenunciationē profiteri. Et cum poſt trinā abrenuntiationis cōteſtationem tertio ſe ille abrenūciare profeſſus fuerit/ ad orientē illū traducit. aſpicientēqꝫ in celū/ atqꝫ intendentē manus: chriſto/ ſacriſqꝫ oībus diuinitus traditis conſentire iubet. Poſtꝙ vero et hoc ille fecerit: rurſus ter illum ꝓfiteri monet. trina vero ea cōfeſſione peracta: rurſus ille orans benedicit/ eiqꝫ manus imponit. Et cū illū miniſtri perfecte exuerint: deferunt ſacerdotes ſanctū vnctionis oleum. at vero pontifex trino crucis ſancte ſignaculo vnctionē inchoans: inungendū iam ſacerdotibus toto corpore hoīem tradit. ipſe ad adoptiōis matrem proficiſciƭ: eiuſqꝫ aquas ſancta prece et inuocatione ſanctificans/ terqꝫ in eas ad crucis effigiem ſanctiſſimū fundens vnguentū/ illaſqꝫ hoc ritu perficiēs/ terqꝫ ad numerū ſacre effuſionis carmen (quod prophete deo pleni/ diuinituſqꝫ afflati cecinere) ꝓnūcians ſemel ſcilicet per ſingulos ſancti vnguinis iactus: iubet afferri hominē. ⁊ cū illū/ eiuſqꝫ ſuſce

ptorem quispiā sacerdotū ex descriptione/ celsa voce predicauerit: ille quidē a sacerdotib⁹ se tenētibus in aquā ducit ad pontificis manū. Pontifex autē superne astans: cum rursus per aquas sub pōtificis manu sacerdotes/ eius qui initiat inclamauerint nomē: ter illū pontifex mergit. hac trina illius mersione/ et emersione: tres beatitudinis diuine psonas inclamans. Assumentes autem illum sacerdotes: susceptori/ suiqꝫ accessus duci consignant. et vna cum ipso illū/ vestem baptisati munditie congruā induunt: sicqꝫ indutū/ rursus ad pōtificē ducunt. Ille diuino ac deifico prorsus vnguento virū signans: sacratissime communio 16
nis participem facit. ℭ His ita peractis exteriori ex munere/ suoqꝫ ad sequentia ⁊ scda progressu: rursus ad prima ⁊ potiora speculanda sustollit. vt qui nullo tempore/ nullo modo/ ad aliena vlla q̄ꝫ sola ad munera sua conuertitur: sed a diuinis ad diuina continenter ac sēper diuino spiritu/ diuinaqꝫ ratione transfertur.

ℭ Secunde partis secundi capitis scholia.

Joannes. 1. ℭ Quotquot eni receperunt eum. Id satis cognitū est ex Joannis cap. primo esse desumptum. Quēadmodum et id supra: pontificem omnes homines saluos fieri cupere/ ad dei

1. ad Thi. 2. similitudinē: ex paulo epistola ad timotheū prima cap. scdo. Hoc enim bonū est et acceptū corā saluatore nostro/ deo: qui oēs hoies vult saluos fieri/ ⁊ ad agnitionē venire veritatis

ℭ Ille magna cū leticia. Ille/ ille pontifex. 3

ℭ His ita peractis exteriori ex munere/ suoqꝫ ad sequentia et scda progressu: presul ad prima et potiora speculanda sustollit. Diuinorꝫ signorū (que in se diuidua et multiplicia sūt) administrationē: vocat interpres exterius pontificis munus/ ⁊ ad sequētia ⁊ scda progressum. diuinā vero contēplationē ad illā superexcellentē oibus vnitatē se colligentē: interius pontificis munus/ et ad prima ac potiora processū. ℭ Sed vt continuata littere huius partis et sequentis series lucidior appareat: non incōsonū fuerit mysteria ritu apostolico (quātū diuinus tangit pater) que in diuina generatione/ baptismo/ illuminationisqꝫ sacramēto fiebāt: quasi ex formula deprehēdere. ⁊ que presētis ecclesie ritus obseruat pariter ānotare


ℭ Mysteria baptismi ex ritu apostolico tempore sacratissimi patris.	Que presētis ecclesie ritus obseruat.
Initiandus querit susceptorem.	obseruat plures
Susceptor ad pontificem perducit.	obseruat aut cōmissum.
Pontifex suscipit	obseruat. aut cōmissus.
Pontifex deo gratias agit/ sacros conuocat gradus ad cooperandum/ ad congratulandum saluti viri/ ad gratias diuine clementie peragendum.	
Psalmus ab vniuersis canitur.	
Deosculatur pontifex sanctum altare.	
Ad initiandum proficiscit rogans quid velit.	obseruat.
Orat catechuminus sacris initiari.	obseruat
Initiandum hortatur pontifex	
Pollicetur initiandus.	
Pontifex capiti initiandi manum imponit	obseruat
Uitali signo crucis munit.	obseruat
Mandat sacerdotibus/ initiandum et susceptorem describi.	
Orat cum omni ecclesia.	
Manibus ministrorum initiādū discingit ac exuit.	
Illum ad occidentem statuit: manus eā in partē impingētē.	
Ter sathanam exufflare iubet.	
Ter ab renuntiationem profiteri	obseruat
Ad orientem traducit.	

In celum suspiciens initiandus: in illud manus intendit.	
Christo et sacris diuinitus traditis consentire iubetur.	
Ter christum profitetur.	
Pontifex orans initiando benedicēs: manus illi imponit	obseruat
Ministri perfecte cum exuunt.	
Sacerdotes sanctum deferunt vnxionis oleum	
Pontifex trino crucis signaculo vnctionem incoat.	obseruat nūc bis/nūc ter.
Toto corpore vngendum sacerdotibus tradit.	
Pontifex sacrum locum ingreditur.	obseruat/aut commissus.
Aquas prece et inuocatione sanctificat.	obseruat
Ter vnguentū ad crucis effigiem fundit.	obseruat semel.
Ter ꝓpheticū carmē canit vox dñi sup aq̄s all'a ⁊ psalmū 28	
Iubet adduci hominē.	obseruat.
Aliqs sacerdotu initiādū ⁊ susceptorē ex descriptione alta voce ꝓclamat.	
Ducitur a sacerdotibus in aquam ad sacerdotis manum.	
Initiādi ad aquas sub manu pōtificis sacerdotes nomē inclamant.	
Trina immersione/ et emersione pōtifex virū abluit.	obseruat.
Tres diuine beatitudinis personas inclamat	obseruat
Sacerdotes illum suo susceptori tradunt.	
Susceptor cū sacerdotibꝰ ītiatū vestē cādidā/ ⁊ mūdā īduūt	obseruat cū sacerdote.
Rursum ad pontificem ducunt.	
Pōtifex sancto chrismate initiatum signat.	obseruat.
Sacrosancte cōionis participē efficit/ statimq̄ comunicat.	

Et hec quo ad obseruationē p̄sētis ecclesie i libris mysterioꝝ diligētius a dignis inspectoribus deprehēdi possūt. neq̄ hic oīa p̄sentis ecclesie mysteria ad baptismū attinētia adducūtur: vt de sale de sputo/ de lumie. ꝙ ad ea que pater ex primitiuo ritu adduxit: nō habeāt respōsū. Et vetus et p̄sens mysterioꝝ forma/ suā seruat pietatē: ⁊ ad eādē ex diuisibilibꝰ signis supramūdane vnitatis tēdit ꝑticipationē. Et ex p̄senti apostolica forma nostre religionis a diuinis cōtēplatoribꝰ mira pietas/ puritas et vere sāctitatis sublimitas ītelligit̄. Et nemo cōfundat̄: sed inq̄rat. querētibus eni et pulsātibꝰ parata bonitas aperit/ et petentibꝰ diuinitatis opes/ largit̄ abūde: que est omniū sāctificationū (seu teletas/ seu mysteria/ seu sacramēta dicamus) autor. neq̄ hisce quisq̄ temere adiicere/ demere/ mutare/ aut inouare debet/ nouisq̄ inuētionibꝰ studere. ne suo cū periculo nō aliter q̄ filij aaron (quos vltionis ignis exussit) suo sensu abūdet. sed in iis solū que diuinitꝰ inspirant̄ spiritū ducē sequi. et sacramēta oīa (per que euadimus/ trāsimusq̄ in deū) maxia cū veneratiōe tractare. Illuceat deus hoībus vt videāt: vidētes purgent̄/ purgati illuminent̄/ illuminati ꝑficiant̄. Et bonū forsitā videret̄ si vniuerse regeneratoꝝ matris/ spōse dei in spiritu sācto cōuocaret̄ cōciliū vt sacramētoꝝ forme particulariū ecclesiaꝝ sub ꝯspectū et examē venirēt et vetusta ꝑquirerent̄ instituta cū sāctorū patrū annotatione cuius essent: ne neglectis aliq̄d ab ignorāti et temeraria hominū superba audacia adiectū/ detractū/ imutatū/ aut inuouatū sit: q̄d future proli pie matris ecclesie posset afferre detrimētū. Et oībus in ecclesiis vnū sacramētoꝝ ritum/ vnāq̄ formā vbiq̄ teneri: et multo etiā arctius q̄ legalia in veteri ritu seruabant̄. aut si septuaginta veteris legis sacerdotes: eius mysteria et ꝓfundā intelligentiā tenebāt quā scriptis redigi (ne in nouissimis sue legis diebꝰ: qui tūc in foribus aderāt periret) mādauit Esdras: tāto magis debēt legis gratie pōtifices/ eius et suorū sacratissimoꝝ rituū ꝓfundā callere intelligētiā. Q̄ꝝ si qui hactenus negligētiores inuēti sūt/ ⁊ similes illis virginibꝰ que oleum secum nō sumpserūt: priusq̄ spōsus adueniat/ et lucernā e manibus eorū requirat/ lampades disponāt. et ad beatissimū patrē dionysiū veniētes: ante id tēporis lucē sibi cō=

parent/et intelligentiā. Deus lucis autor/ det vt homines videant.
¶ Spiritalis intelligentia/ contēplatio/ theoria/ sanctaqꝫ anagoge. Cap. II. Pars tertia.
Ista quidē veluti in signis: sācte/ ac diuine regenerationis cōsummatio est. Que 17
ꝓfecto nichil habet in se indecēs: nichil vel ex ipis carnalibꝰ imaginibꝰ fedū. sed
assunt illi dignissime intelligētie signa: naturalibꝰ ⁊ humanis/ ac decētissimis spe
culis īformata. Quid enī illi/ dignitatis defuisse videat̄: etiā si mysterioꝝ diuinioꝛ ratio si=
leatur: cū et persuasione certa/ et diuinis eloquiis/ eius qui accedit vite optimū statū sacra
tius moliat̄: totiusqꝫ simul viciositatis emūdationē. diuiniore/ ac virtutibus dedito vite ge
nere succedēte denūciat: vt naturali aque expurgatione dum corpora diluunt̄ vicia quoqꝫ
mundata credant̄. Hac ergo ratione (etsi nichil sacratius haberet mysterioꝝ significatiua
traditio) nichil puto haberet feditatis. quippe cū et rectioris vite magisteriū ꝓferat: et to=
tius viciose cōuersationis ablutionē integrā (corpore naturaliter aquis omnino purgato)
sinificet. Sed sit illa plane rudibus ītroductio salutaris: que ⁊ sacratiora quibus deo iungi
mur (q̄tū fas est) a multitudine dirimat. et in ꝑtes distributis ordinibꝰ: cuiqꝫ pro captu suo
cōgruū subministret ad altiora successū. ¶ Nos aūt sacris ascēsibus visibiliū rerū aspicien 18
tes initia: vbi ea sacratiore modo didicerimꝰ/ sciemus quenā exēplaria forme huiusmodi/
et que inuisibilia imagines iste significēt. sūt enī (vt ī libro de ītelligibilibꝰ et sensibilibꝰ aper= A
Liber de ītel ligibilibus ⁊ sensibilibus.
te docuimꝰ) visibilia sacramēta intelligibiliū imagines quedā: quibꝰ ad ea recto itinere du
cimur. Porro ītelligibilia: visibiliū sacramētoꝝ initiū sūt/ atqꝫ sciētia. dicimus igit̄ esse di=
uine beatitudinis bonitatē (cui cū semꝑ assint per eadem ⁊ eodē modo sue lucis benefici ra
dij) eos in oīa spiritalia lumina affatim explicātē. ¶ Siue itaqꝫ motu ꝓprio ab ītelligibili 19
lumine/ spiritalis natura libertate arbitrii donata discedat/ īsitas sibi naturaliter vires (qui=
bus illuminari valeat) amore nequitie claudēs: lucis excidit gratia/ cū presēs illa nequaq̄
discedat/ sed cecutiēti suffulgeat/ aduersātiqꝫ/ vi sūme benignitatis occurrat. siue īdulti si= B
bi modice luminis terminos trāsilire nitat̄/ atqꝫ ad excelsioris (q̄ ībecillitas oculoꝝ suorū
ferre possit) lucis radios intēdere aduersos conetur obtutus: lux quidē illa nichil preter lu
cis operabit̄ munus. ceterū ipsa (dū ꝑfectioribꝰ īperfecte intēdit) non modo que nichil ad
se pertinēt nequaq̄ attiget: verū ea quoqꝫ lucis mediocritate (qua capere potuisset) ꝓterue
suꝑbiēs/ ac de se magnū sapiēs excidet. diuina tamē vt diximꝰ lux: spiritalibꝰ semꝑ oculis
benignissime patet. licetqꝫ haurire ꝑsentē: ac paratissimā semꝑ sua munera/ diuina digna=
tione volētibꝰ tradere. ¶ Ad huiꝰ eterne lucis effigiē atqꝫ imitationē: diuinus format̄ an= 20
tistes. atqꝫ doctrine sue celestis perlucidos radios suꝑ oēs affatim fūdit: accedētē semꝑ ad
diuine bonitatis imaginē illuminare paratus. Nō aūt inuidia vlla tangit̄: neqꝫ ad prioris
erroris/ aut defectionis culpā ira īfausta et īmoderata mouet̄. sed ad dei exēplar/ accedēti=
bus semꝑ doctrine celestis fulgorē pōtificaliter explicat: maxima cū dignitate atqꝫ ordine
singulis (pro modo et captu suo) diuini sermonis iubar impartiēs. ¶ At siquidē sacri ordi 21
nis atqꝫ cōstantie/ deus pricipiū est (per quā seipsas diuine mētes noscūt) ad ꝓpriā nature
sue speculationē/ sciētiāqꝫ recurrēs: in pricipio quidē quisnā ipe sit intuebit̄. istudqꝫ primū
ex illa ꝯsideratiōe: ad agnitionis lumē sacrū accipiet munus. Porro q̄ sua oīa oculis omni
ꝑturbatione liberis diligēter īspexerit: ꝓfundas quidē effugiet ignorātie tenebras. ¶ Ve 22
rum ꝑfectissime illiꝰ cōiūctionis/ ꝑticipationisqꝫ diuine rudis adhuc et ignarus existēs: ipe
nō statim ex seipo cōtinēter hāc cupiet. verū sensim ac per gradus: ad priora semꝑ ⁊ digni=
ora atqꝫ excellētiora cōscēdet. Sicqꝫ ꝑfectus: ad supremū illū tandē/ diuinūqꝫ ordinē gra=
De duce siue susceptore
du ꝓficiēte subuehet̄. ¶ Huiꝰ honestissimi atqꝫ augustissimi ordinis imago est/ accedētis 23
Quid ꝙ pōtifex initiandū suscipit: manū iponit / et signat.
verecūdia/ suorūqꝫ omniū cauta sciētia: que hominē ducē īquirit/ per quē recto itinere ad
pontificē eat. hūc ita accedentē diuina maiestas in sui cōsortiū intus admittit: eiqꝫ lucē suā
perinde ac signū aliqd tradit/ sanctū efficiēs ⁊ sāctoꝝ sortis/ ordinisqꝫ participē. Hoc aūt si=
gnificat id signū quod accedēti pōtifex primo largit̄: salutarisqꝫ illa descriptio sacerdotū/
Quid descriptio: et cur susceptor dscribitnr.
per quā ille saluādis inserit̄. Neqꝫ ille modo/ verū et susceptor eiꝰ sacris monumētis inscri
bitur: vtpote viuifici ad veritatē itineris dux. atqꝫ ille quidē ꝙ amator veritatis verus fue=
rit/ ducēqꝫ pium secutus sit: hic aūt ꝙ ductu diuinitus īstituto/ sequētē data manu sine er=

rore ꝑuenerit. Atqui fas nō est vt quis eoꝝ que sibi sūt omnino aduersa: vna/ simulq; par-
ticeps fiat. neq; is qui illi⁹ (quod vnū est) consortiū aliqñ ceperit diuiduas habeat vitas: si-
quidē vnius (quā cepit) ꝑticipationē/ firmā/ incōcussāq; custodiat. ceterū eiusmodi eo ī sta-
tu esse debet: vt nullis affectib⁹ (qui vnū illud diuidāt atq; discindāt) vllo pacto violabilis
sit. quod ꝑfecto significat signoꝝ illa sacrosācta traditio: que accedētē veluti priori exuit vi
ta. ⁊ ad extremos vsq; illā affectus expoliās: nudū illū discalceatūq; cōstituit ad occidentē
cōuersū/ et ipulsione manuū obscure militie cōsortia renuentē/ atq; indutū sibi dissimilitu-
dinis statū velut exuflantē/ ꝑfitentēq; iis ex integro abrenūciare que deo cōtraria sūt. Sic
exutū penitus affectib⁹ viciosis/ atq; his inuiolabilē factū: ad orientē sācta traditio trāsfert
statū per id/ atq; ꝑspectū diuini luminis purissimū fore: iis qui ꝑfecte vicia effugerint innu
cens/ sanctāq; illi⁹ ꝑfessionē (qua vnus effectus ad vnū prorsus aspirāte voto cōsentit) ve-
24 rissime suscipit. ¶ Sed eni oībus liquet (vt puto) qui sacra didicerunt: vt ꝑpetua in vnū il-
lud cōstātissimaq; intētione (dum cōtraria omnino mortificant atq; abolent) cōstantē illū
atq; īmutabilē diuini habitus statū intellectualia capiūt. Neq; eni solū a viciositate omni
discedere necesse est: verū masculo quoq; vigore ad omnē ipsius perniciosam subreptionē
inflexū/ interritūq; durare/ et nūq; sacro veritatis amore satiari/ nunq; illū cōsenescere vlla
ratione ꝑmittere. ceterū id pro virib⁹ eniti: vt ad ꝑfectiora diuinitatis hauriēda/ perpetua
25 semꝑ intētione feramur. ¶ Cernis nēpe harū rerū diligētes imagines: in iis que pōtificali
geruntur officio. Diuinus nāq; pōtifex: sacre vnctionis inchoat munus. sacerdotes autē
post ipsū: vnctionis officiū peragunt.
ita iunctū ad sacra certamina in figura
C euocātes: i quibus sub editore mune-
rū christo cōstitutus. ipse sane certan-
tib⁹ premia ꝑponit vt de⁹: leges autē
certaminis tulit vt sapiēs/ premiaq; vin
cētibus decora cōstituit ipse pulcherri
m⁹. et quod est ꝑfecto diuinius: ipē vt
sūme bonus et clemēs in suis bellatori
b⁹ vincit. dum in illis habitās: pro ipso
rū salute ac victoria aduersus mortis
et corruptionis īperium pugnat. Cer-
tamina quidem vt diuina is q̄ initiatur
aggredietur gaudēs:
D perseuerabitq; in sapiē
tis sacratissimis legib⁹.
earūq; iure viuēs sine
vlla earū ꝑuaricatione
pugnabit: premioꝝ ce
lestiū spe firmissima fe
lix/ ⁊ sub ꝑstātissio cer-
taminis dño ac duce cō
stitut⁹. initēs aūt sacris
vestigiis ꝑmoris athlete (q̄ ille so-
la bonitate calcauit) dei imitatio-
ne pugnādo/ actiōes ⁊ substātias
sibi ne in deū trāseat aduersantes
deuincit/ ac superat. ¶ Christoq;
26 in baptismo (vt mystice dixerim)
peccato commoritur. Et michi
queso sapienter attende: q̄ sa-



Quid q; discingit atq; exuitur.

Quid ad occidētē cōuersio et eā in partē manuū impacto et exuflatio.

Quid ad orientē cōuersio

Quid īitiati sacra iunctio

Quid trina i sanctificātem aqua imersio et emersio.

cramēta ꝓpriis īuoluta sūt signis. quia enī in nobis mors est nō substātie abolitio (vt qui- E
busdā visū est) sed cōiunctarū rerū separatio ad id qđ nobis obscurū est/ atq̃ inuisibile du-
cēs. animā quidē quasi priuatione corpis euanidā/ disparentēq̃ effectā/ corpus aūt vt hu-
mo abditū aut iuxta aliā quādā corporaliū immutationū humana ex specie exterminatū:
ꝓprie ꝛ cōuenictissime mersio illa qua totus homo aquis operit̄/ ad imaginē mortis ac se- F
pulture īformis/ accipit̄. Eum igit̄ qui sacro fōte renascit̄: sacrosācta mysteria docēt trina
illa lauacri mersione/ ꝛ emersione diuinā triduane sepulture ihesu autoris vite mortē imi-
tari/ q̄tū attingere hoīes ad dei imitationē possūt. In quo vt sese habet diuini eloquij ple- G
Quid mūde et candide vestis acceptio
na mysterii et occulta traditio: nichil mūdi prīceps īuenit. ¶ Deinceps ita initiatū: canden 27
tes induūt vestes. dū enī virili atq̃ ad dei imaginē formata cōstantia nullis ꝑturbationib⁹
cedimus/ et ad vnū illud intentissima deuotione flagramus: id qđ fuerat turpe cōponit̄/ et
Quid finalis et cōsūmans chrismatis inunctio.
qđ sine specie: forme gratiā sumit/ ac lucentis vite fulgore euadit prorsus illustre. ¶ Enimue 28
ro illa ꝑficiēs vnctio facit ita ꝑfectū: fragrātia suauissimi odoris insignē. quippe diuine ge
nerationis sacrosācta perfectio: diuino spiritui que fuerint ꝑfecta cōiungit. Porro aduen-
tum illū secretissimū spiritus (qui intelligibiliter odore suaui fragrātes facit/ ac perficit) cū
sit prorsus ineffabilis: illis spiritaliter intelligēdū dimitto/ qui diuini spiritus sanctā ac dei-
ficam societatē in aīa sua percipere meruerūt. ¶ In fine aūt omniū: pōtifex ita perfectū ad 29
sacratissimā eucharistiā vocat/ atq̃ cōsummātiū illi sacramētoꝝ comunionē deificā tradit. H

¶ Tertie partis secundi capitis scholia.

¶ Sunt enim vt in libro de intelligibilibus et sensibilibus aperte docuimus. is liber (vt in A
scholiis capitis primi dictum est) nō apparet: deus illum piis mentibus reparet.
¶ Siue indulti sibi modice luminis terminos trāsilire nitatur. Modice/ moderate/ ad mē B
suram et (vt diuinus ait paulus) ad sobrietatem.
¶ In quibus sub editore munerū christo. Edere est in publicum emittere/ publicare/ ꝓpo C
nere. Et editor munerum qui publice munera publicat/ proponit/ atq̃ dat.
¶ Perseuerabitq̃ in sapientis sacratissimis legibus. sapientis christi. qui (iuxta beatissimū D
paulum ad corinthios) dei virtus est et sapientia.
¶ Ut quibusdam visum est. vt saduceis/ epicureis/ ꝛ iis qui a philosophoꝝ schola reiecti E
sue secte/ impietatis nomen reliquere.
¶ Ad imaginem mortis/ et sepulture informis accipitur. mors ꝛ sepultura informis dicit̄: F
quia corpus illud quod gelida morte solutū sepulture mādatur: forma illa spoliat̄ que dei
similitudo/ et imago moderabat̄ ipsum/ dignum (q̄diu affuit) ipsum hac luce faciens.
Joannes. 14
¶ In quo vt sese habet diuini eloquii plena mysterii/ ꝛ occulta traditio. Joānes cap. deci G
mo q̄rto. Jā nō multa loquar vobiscū. Uenit enī prīceps mūdi hui⁹: ꝛ ī me nō habet q̄cq̄.
¶ In fine autē omniū. Primitiue ecclesie moris fuit: purgatos sācto regenerationis laua- H
cro/ et baptismo peracto illuminatos/ ad cōsummantē comunionē sacrosancti corporis et
sāguinis redēptoris nostri vocare/ ꝛ eos altissimi mysterii oīa quidē alia cōsummātis par-
ticipes efficere. Quod et adhuc in antiquis mysteriorum voluminibus etiā de infantibus
hoc modo legit̄. Si episcopus adest/ statim ꝯfirmari oportet: postea comunicari. Episco
pus si presens non fuerit: anteq̄ lactet̄ infans/ aut aliquid gustauerit comunicet eū sacer-
dos de corpore et sāguine dn̄i/ ante missā etiā si necessitas ingruit. Sic in ipsis trina īpleba
tur sāctificatio: initiās/ que purgatio est/ mediās que est illuminatio/ ꝛ finiens que perfectio
est/ et cōsūmatio. in iis enī tribus ipsa sūma beatitudo (que trina est) omnē et in celo et ī ter
ra īpleuit sāctificationē. Uide igit̄ quo pacto oīs christianus ex ea ipsa ꝓfessione sua / sta-
tim sāctus est: et sāctus dici potest q̄ primū regeneratus est. etsi nondū cōsummatus/ atq̃
perfecte sāctus: priusq̄ ad deificātē eucharistiā digne fuerit admissus. Et in his rursus sūt
grad⁹ supremi/ medii/ et īfimi: de quib⁹ cap. quīto numero 81 diuin⁹ pater plenius āmonet
Custodiat ergo quisq̃ suā (quā nouerit) sāctitatē: et totā gloriā in ipsius sāctificatiōis refe-
rat autorē. ¶ Preterea ꝙ diuinus pater silētio ferme preterire visus est: quid pōtificis (su-
scepto initiādo) deo oblate gratiarū actiones/ et sacroꝝ ecclesiasticoꝝ graduū ad cooperā-

dum/ad cōgratulādū saluti viri/ & ad gratias diuine clemētie persoluēdū/ cōuocatio signi=
ficet. & quid: psalmoꝝ ab oībus decantatū melos. quid chrismatis in aquam baptismi in si=
gnū viuifice crucis infusio/ quid illa peracto baptismo iam initiati inunctio. id de gratiarū
actione/ et cōgratulatoria cooperatrice cōuocatione factū est: qꝫ in pricipio secūde partis
hu⁹ capitis dictū est/ hierarchie nostre pōtificē ad christi similitudinē (qui deus est) velle
oēs saluos fieri. Itaqꝫ vt sūmū et inuisibilē in celo pontificē habemus/ mediatorē dei et ho 1. Ad timo. 2
minū/ hominē christū ihesū qui dedit redēptionē semetipsū pro oibus (vt diuinus ait pau
lus) cuius spiritus postulat pro nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹: cui sup nostra ex impietatū Ad roma. 8.
errore cōuersione cōgratulanē angeli. ita visibilis noster pōtifex/ sūmā illā et ineffabilē be=
nignitatē imitatus (quam ex sāctissimis euāgeliis: que aprime edoctus est/ ꝓdidicit) susce=
pto ad ouile christi initiādo/ deo gratias agit/ et sacros ecclesiasticorū gradus (qui ad bea=
tissimos angelos nostre ꝯuersionis amatores: suā referūt analogiā) cōuocat: vt oui christi
reperte cōgratulenē/ vt cooperētur/ et gratias sūmo illi deo (qui eā e tenebris ad lucē: et ex
deuiis mortis ad vite semitā euocauit) simul/ vnaqꝫ persoluāt. De diuino aūt psalmoꝝ de=
cantato melo: nichil hic ideo credaē locutus/ qꝫ in tertia sequētis capitis parte id generali=
ter reliquerat dicēdū: cur scilicet nullū sacrorū duces nostri/ sāctissimi apostoli sacramētū/
sine psalmoꝝ laude cōpleri istituerūt. Et de aqua baptismatis in qua diuinū ad crucis effi=
giem funditē vnguētū causā reliquit dicendā sacerrimus pater cap. qrto numero 71 vbi de
spiritali itelligētia sāctissimi vnguēti differit. Et de vltima vnctione que baptismo peracto
fit: dicet capite eodē numero 72 aduētū spiritus sācti significare. baptisato eni dn̄o nostro
sacramētoꝝ autore vox patris intonuit/ et in speciē placide et mitis colūbe visus est spirit⁹
sāct⁹ descēdere. Statim post nostrā theogenesiā/ diuināqꝫ generationē (que simul purgat &
illuminat) merito sacratissimus pater/ de synaxi (que perficit et consummat) proximā exse=
quitur determinationem. nunc igitur de synaxi.

¶ De iis que in synaxi/ sanctaqꝫ comunione fiunt. Pars prima. Cap. III

30 Ed euge quoniā huius pulchre sane ac tēpestiue meminimus: quā profecto ne=
I s gligenter omittere/ seu sacramēta queuis alia ante eā laudare fas michi omnino
non fuerit. est eni iuxta inclytū preceptorē nostrum sacramentorū cōsummatio.
Operepreciū igiē est prius illā exponere: et eius veluti corporalia lineamenta describere.
tum vero vbi eam ex auctoritate scripture/ sacerdotaliqꝫ institutione didicerimus: ad illius
31 cōtemplandā sacratissimā dignitatē diuino spiritu subuehi. ¶ Ac primum quidē illud pie
K inspiciendū: cuius rei gratia quod aliis quoqꝫ venerādis/ diuinisqꝫ mysteriis cōmune vo= Cur deifice eucaristie sacramentum: comunio peculiariter appelletur.
cabulū est/ huic pre ceteris precipue ac peculiariter appliceē. vt singulariter comunio/ siue
societas et synaxis/ siue collectio dicaē. Nempe eni et vnaqueqꝫ sacramētalis institutio id
agit: vt nostras vitas in plura diuisas/ in vnicum illū statum (quo deo iungimur) colligat.
diuiduorūqꝫ nostroꝝ diuina collectione: nobis eius quod vere vnū est societatē/ vnitatēqꝫ
indiuiduā largiatur. dicimus ergo cetera sacrarū rerum signa (quorū nobis societas indul
getur) huius diuinis ꝓfecto/ cōsummātibusqꝫ munerib⁹ perfici. Neqꝫ eni ferme fas est sa=
cerdotalis muneris mysteriū aliquod peragi: nisi diuinū istud eucharistie/ augustissimūqꝫ
sacramentū cōpleat. que singula (cū peragūtur) et eius qui perficitur collectionē ad vnum
illud vnicū/ sacratius opereē: & diuinitus indulto sacramētorū celestiū munere/ ipsius ad
deū consortiū peragat/ atqꝫ perficiat. Si igiē vnūquodqꝫ sacerdotale mysteriū ex se iper=
fectum: nostrā ad vnū illud comunionē/ collectionēqꝫ nō perficit/ ac per id quod perficien
di vim nō habet/ ferme etiā nomen amittit. finis autē ac pricipalis omniū ratio in eo est/ vt
diuinorū mysteriorū is qui perficitur particeps fiat: merito sacerdotalis sacrosācta prudē= Cur baptismus sacre regenerationi sacramētum: appelletur sacramētū illuminationis.
tia ex rerū effectu propriū illi/ verūqꝫ cognomē inuenit. Sic igitur et sacrū diuine genera=
tionis sacramentū/ quia primi luminis consortiū tradit/ omniūqꝫ diuinarū illustrationum
principiū est: ex effectu ipso/ verissimo illud illuminationis cognomine ꝑdicamus. etsi eni
aliis quoqꝫ sacerdotalib⁹ sacramētis cōmune est/ iis qui perficiūtur sacri luminis cōsortiū
dare: istud tamē in primis michi videdi prestitit munus/ ipsiusqꝫ principali maxime lumi=

ne ad alia inspiciẽda sacramẽta lucis gratiã cepi. Verũ his generaliter premissis: diligen-
tius intẽdamus/ inspiciamusq; per singula mysterii sãctissimi ritum/ exactissimamq; confe
ctionem: et quid spiritaliter signet: indagare pergamus.

¶ Tertii capitis prime partis scholia.

¶ Sed euge quoniam huius pulchre sane ac tempestiue meminim⁹. Huius comunionis I
in calce scilicet superioris capitis vbi ita dictum est. pontifex ita perfectũ ad sacratissimam
eucharistiam atq; consummantium illi sacramentorum comunionem deificam tradit.

¶ Cuius rei gratia quod aliis quoq; venerãdis/ diuinisq; mysteriis cõmune vocabulũ est. K
Cõmune vocabulũ scilicet comunio. nã comunio dici videt̃ q̃ couniat/ cõuocet/ cõgreget/
atq; colligat ad vnitatẽ. id autẽ omni diuino mysterio conuenit. Comunionis igit̃ appel-
latio: aliis quoq; eque cõmunis est et cõuenit sacramẽtis. Sed huic venerãdissimo myste
rio (prout sanctus pater aducit) ideo peculiarius attribuitur q̃ finis/ consummatio/ perfe-
ctio/ et complementum aliorum sacramentorum sit.

¶ Mysterium synaxeos siue comunionis Cap. III. Pars secũda.

Taq; pontifex quidẽ vbi orationẽ sanctã supra diuinũ altare peregit: ex ipso in-
i censum adolere inchoans omnẽ phani ambitũ circuit. demũ ad sanctũ altare ite-
rum rediens psalmorũ incipit melos cõcinẽtibus secũ sacra carmina oĩbus eccle
siastici ordinis gradibus. deinde ministrorũ officio sanctarũ scripturarũ lectio suo ordine
recitatur. Post hec: extra delubrũ catechumini fiũt/ et cũ ipsis energumini: et ii quoq; qui L
in penitẽtia sunt. manent autẽ intus soli qui diuina spectare merent̃/ atq; percipere. Porro
ministrorũ alii quidẽ pro clausis templi foribus astant: alii proprii aliquid muneris agũt.
Qui vero ipsius ordinis precipui sunt: vna cũ sacerdotibus sanctũ panẽ et benedictionis
calicẽ/ sacrosanctis altaribus imponũt: cũ ante precesserit ab omni clero vniuersalis laus/
atq; confessio. Ad hec venerãdus antistes orationẽ sanctissimã peragens: pacem sanctam
oĩbus nũciat. et cum se mutuo omnes salutauerint: mystica sanctorũ recitatio fit. vbi vero
manus tum antistes tum sacerdotes aqua lauerunt: pontifex ad mediũ diuini assistit alta
ris. circũstant autẽ soli cũ sacerdotibus electi quiq;/ ex ministrorũ nnmero. At vero põtifex
cũ diuina munera laude ꝓsecutus fuerit: sacrosãcta et augustissima mysteria cõficit. et que
ante laudauerat venerãdis operta atq; abdita signis: in conspectũ agit. diuinaq; munera
reuerẽter ostendẽs: ad sacram illorũ comunionẽ et ipse cõuertitur/ et reliquos vt comuni-
cent hortatur. Sumpta demũ atq; oĩbus tradita comunione diuina: gratias referens finẽ
mysteriis imponit. Ac multi quidẽ: sola in signa diuina prospiciũt. ipse autẽ semp diuino
spiritu ad excelsa signorũ initia/ felicibus et intelligibilibus intuẽda luminibus: pontificia
dignitate ac merito/ mundiciaq; singulari diuini/ capaciorisq; sensus attollitur.

¶ Secunde partis tertij capitis scholia.

¶ Post hec extra delubrũ catechumini fiunt. Catecheo/ instruo significat. Et catechumi L
ni instructi: nondũ tamẽ vitali lauacro regenerati/ nondũ initiati. Energeo/ ago. Energu
mini qui a fedis potestatibus/ immũdisq; spiritibus agunt̃. vt vexati/ qui et abrepticij etiã
dicũtur. sub quibus publice sceleratos cõprehẽdimus (quos defectores et apostatas dici-
mus) vt qui fedis libidinibus/ et aliarũ perturbationũ phãtasiis varie agũtur. vt notorij
fornicatores/ incestuosi/ vsurarii/ venefici/ et cetera id genus scelestorꝫ hominũ: qui a chri
sto et eius militia defecerũt/ et se ad potestates tenebrarũ/ et sua castra (ꝓditis sacris: ⁊ sua
sequentes desideria) receperunt. Penitẽtes: qui ex illa vita tam perdita et immũda vel po-
tius vite misera corruptione/ ad piam fideliũ matrẽ recurrũt: se et cõtra deum vite/ et boni-
tatis autorẽ/ et cõtra suam salutẽ perdite/ et miserabiliter errasse fatẽtes. pro quib⁹ quidẽ
Ezechiel. 8. erratis ad genua misericordie dei (qui nõ vult mortẽ peccatorũ/ sed conuersionẽ et vitam
potius) cõfugientes: penitẽtiã sibi imponi petunt. vt quẽadmodũ publici fuerũt peccato-
res in perditionis exemplũ: ita sint publici penitẽtes in spem et remissionẽ peccatorũ. et hi
oẽs a tẽplo (dum sacra peragerẽtur) extorres fiebant. Et vt de baptismo ea que ad ipsum
pertinẽt mysteria sub formula representauimus: ita et de sanctissime synaxeos mysteriis

hic oportunum videtur esse faciendum.

❡ Mysteria deifice synaxeos hoc est sanctissime comunionis ex ritu apostolico tẽpore beatissimi patris	Que presentis ecclesie ritus obseruat
Pontifex supra sacrosanctum altare orat.	obseruat
Ab altari incensum adolere incipiens: pharmũ circuit.	obseruat perticulariter.
Ad altare rediens psalmos cũ ecclesiasticis ordinibus canit	
Sacrarum scripturarum lectio recitatur.	obseruat sed alio modo
Post sacram lectionem catechumini/ apostate/ energumini/ et penitentes extra templum aguntur.	
Intus soli manent qui diuina videre merentur: põtifex/ sacerdotes/ ministri/ et plebs sãcta.	
Ministrorum quidam clausis templi foribus astãt/ quidã altaribus inseruiũt/ alij vero quisqꝫ qđ suum est officiũ peragit.	
Omnium catholica laus/ et symboli fidei confessio canitur.	obseruat
Ministrorũ precipui cum sacerdotibus: sanctum panem et benedictionis calicem sanctis altaribus imponunt.	obseruat partim.
Pontifex omnibus pacem nunciat.	obseruat
Se castissimo pacis osculo salutant omnes.	
Postea mystica piorum sanctorum recitatio fit.	
Pontifex et sacerdotes: manus abluunt.	obseruat partim
Pontifex ad medium sacrati regreditur altaris.	obseruat
Cum sacerdotes et selecti ministrorum aliqui circunstant.	obseruat
Pontifex post diuinorum munerum laudes: sãctissimũ conficit sacramentum.	obseruat
In ꝯspectũ agit: diuinarum operatonũ mũera reuerẽter ostẽdẽs	obseruat
Communicat	obseruat
Reliquos ad sãctissimã et cõsũmantẽ comunionẽ adhortat̃	
Gratias agens finem sanctis mysteriis imponit.	obseruat

❡ Spirtalis tante rei sensus Cap. III. Para tertia.

Geitaqꝫ fili honestissime post imagines rerum: ad ipsã quoqꝫ primitiuorũ exem
33 a plarium veritatẽ profecto diuinã deinceps cõtuendã veniamus. Illud ante oĩa
iis qui adhuc rudes imbuũtur pro cõuenienti illorũ vsu/ ac solatio dixerim: qꝫ ne
ipsa quoqꝫ varia signorum et sancta cõpositio illis stolida seu inutilis est. neqꝫ solis in exterioribus figitur signis. Namqꝫ sacratissima scripturarũ cantica/ et lectiones: integerrime illis
vite magisteriũ dictant et (quod ordine preit) exactissimã malicie totius ac perniciosissime
viciositatis emundationẽ docent. At vero augustior illa vnius/ eiusdẽqꝫ et panis et calicis
cõmunis/ pacificaqꝫ comunio: concordie illis vt fratribus vna educatis/ diuinas statuit le-
M ges. atqꝫ cene illius sacratissime (ex qua signa ista sumpsere principiũ) sacrã memoriã reno
N uat. in qua et auctor ipse signorũ: cũ (qui secum nõ pie neqꝫ concorditer sacra in cena perce
perat) a cõtubernaliũ sorte iustissime separat. probabili simul ac diuina ratione nos admo-
O nens: vt verus ille ad sacra percipiẽda et cõgruo captu firmatus accessus id accedentibus
tribuit/ vt ex cõmunione diuina/ ad dei similitudinẽ atqꝫ cõsortiũ transeãt. Hec igit̃ (vt di-
P ximus) ad ipsas adytorum valuas honestissime picta rudibꝰ adhuc respiciẽda linquẽtes
Q (neqꝫ enĩ altiora capiũt) iuxta sacratissime synaxis nostre rationẽ ex causalibus ingredia-
mur ad causas. atqꝫ intelligibiliũ (illustrante ihesu) decoram prorsus intelligentiã intuea-
mur. ex qua primitiuorũ exemplariũ: beatissima emicat pulchritudo. Sed o diuinum peni
tus/ sanctũqꝫ mysteriũ/ obducta tibi significantiũ operimẽta signorum dignãter aperiens: no
bis palã/ atqꝫ aperte lucesce. nostrosqꝫ spiritales oculos singulari et aperto tue lucis fulgo

Quid psalmorũ cãtica: et sacre lectionis recitatio signat.

Quid cõmunis panis: et calicis pacifica comunio.

Suffragiũ diuinissimi mysteriĩ pia inuocatio.

Quid ab altari inceptū p phani circuitū thuris odorifer incensū: et pōtificis ,pgress⁹ et regressus.

re imple. ¶ Oportet igitur nos vt reor nudata primi ac precipui intelligentia signi: intra 34
sacrosancta trāsire. diuināq; pricipalis huius signi speciē intueri: ac pōtificē augustius cer
nere a diuino altari vsq; ad phani nouissima cum odoris suauitate pergentē/ ac rursus ad
altare ipsū cōsummandi sacrificii causa remeantē. Sūma namq; illa atq; diuina maiestas/
que sup oia est (etsi bonitate diuina ,pcedit: vt sacrā sui comunionē accedētibus tradat) nō R
tamē extra substātialē atq; inmobilē sui status crepidinē fit. ceterū oibus qui diuinā prefe
runt speciē: singulis pro captu suo vim sui fulgoris impartit/ in seipsa verissime subsistens
atq; suā identitatē nunq̃ penitus deserēs. Pari ,pfecto ratione diuinū synaxeos/ veneran
dumq; mysteriū (singulari licet ac simplici/ collectoq; principio preditum sit) benignissime
tamē in sacra signorū varietate multiplex fit: pertingitq; ad omnē vsq; sacerdotalis descri
ptionis imaginē. Sed eni vnitatis ratione: ex his rursus ad proprīā se colligit monadem.
eosq; secum vnū efficit: qui ad illud purgatiore intelligētia subuehūtur. Iuxta eundē igiť
diuinū modū venerandus presul (etsi functionis sue singularē scientiā ad subiectos quoq;
diuine bonitatis imitatione deriuat) sanctorū enigmatū varietatibus vtens: rursus tamen S
vt absolutus atq; ab inferiorib⁹ liber/ ad suū principiū sine vlla sui iminutione reuertitur.
peractoq; in vnū illud singulare ingressu suo spiritali: cernit puro lumine mysteriorum/ si-
gnorūq; sacrorū liquidas/ atq; vnicas rationes. clemētisq; illius ad iferiora et secūda pro-
cessus: finē facit diuiniorē/ ad prima/ et pricipaliora reditum. ¶ Porro psalmorū sācta mo 35

Quip psalmorum modulatio. Ubi nota q̃ sāctū est eam nusq̃ omittere.

dulatio (que oibus ferme sacerdotalibus mysteriis iungitur: et substātie ratione coheret)
summo omniū/ pricipaliq; mysterio deesse nō debuit. ois quidē scripture sancte textus aut T
rerum substātiā ac distinctionē a deo conditā predicat. aut legale sacerdotiū/ viuēdiq; de-
nunciat modū. aut sortes dei populo distributas/ ac possessiones narrat. aut iudicū sancto
rum. aut sapientiū regū: aut piorū sacerdotū sensum ac prudentiā celebrat. aut veterū ho
minū inter varios et multiplices tristiū casus mirabilē cōstantiā/ immobilēq; philosophiā
eloquiť. siue agende vite sapiētissima monita. siue diuinorū amorū dulcia carmina/ et diui-
nas effigies prefert. siue futurorū plenas doctrina salutari/ predictiones enunciat. siue di-
uina domini ihesu in humano corpore opera loquitur. siue discipulorū eius mores/ atq; V
instituta diuinitus tradita et ad dei similitudinē imitando ducentia/ sanctissimasq; doctri-
nas. siue arcanam illā ac mysticā oino visionē dilecti discipuli: diuināq; domini ihesu et al-

Testatur dionysi⁹ diuinā apocalypsim esse diui iohānis euange.

tissimā theologiā eis qui dij fieri mereníť exponit/ eosq; per mysteria sacra et diuina sustol-
lit/ atq; confirmat. Porro diuinorū carminū sacrosancta scriptura cum id precipue intēdat X
vt omnia dei eloquia/ operationesq; concelebret sacratissimeq; vitā instituentiū virorū ver-
ba simul/ atq; opera laudet: diuina vniuersaliter canit atq; exponit ad omnia sacerdotalia
sacramenta suscipienda/ atq; tradenda. eis habitū aptissimū inserens: qui illā pie/ dignisq; Y

Ad qd sacrarū scripturarum recitata lectio.

affectibus promunt. ¶ Cum igiť huiusmodi hymnorū modulatio (que sacra omnia con- 36
tinet) aiales habitus nostros congrua dispositione preparauerit ad ea que paulo post sunt
celebranda mysteria: diuinorūq; carminū concentu atq; consensu: vnicā illam ad diuina et
ad semetipsos atq; ad alterutrū consensionē/ et concordiam (quasi vna concordi et conso-
na sacrarū rerū chorea) instituerit: ea que in psalmorū modulatione spiritali concisiora sūt
atq; adumbrata magis/ pluribus manifestioribusq; figuris ac recitationibus/ sacratissima

Quare prius veteris testamēti/ deinde noui recitabatur.

diuinarū scripturarū lectione dilataníť. In iis si quis pie intendat: vniformem atq; vnicam
conspirationē admirabitur/ quā scilicet vnus ac diuinus spiritus mouerit. vnde consequē-
ter et ex ordine post antiquioris traditionis lectionē: testamentū nouū recitaíť. illud vt reor
diuino/ pontificaliq; significante ordine: vt vetus illud quidē instrumentū diuina Ihesu
opera futura precinuerit/ nouū vero facta predicauerit. atq; illud quidē veritatē imagini-
bus texerit: presentē vero istud ostenderit. illius enim predictionū veritatē: huius effectus
aperuit et credi fecit. estq; diuine locutionis: operatio diuina cōplementū. ¶ Harū rerum 37
ij qui sacramentorū celestiū omnino rudes sunt/ ne ipsas quidē imagines cernunt: salutari
diuine generationis institutione se imbui peruicaci contentione renuentes. et cōtra scriptu
re sacre monita in perniciem suam ita pronunciant: vias tuas scire nolo. Porro catechumi 38

nos et energuminos et eos qui in penitentia sunt/ sacrosancta sacerdotalis institutio psal-
modiam quidẽ piam/ et diuinã sanctarũ scripturarũ lectionẽ audire permittit: ad ea vero
que deinceps in hostie salutaris oblatione gerunt cõtuenda/ non hos plane sed pfectos et
tante rei dignorũ admittit obtutus. est enĩ diuinus sacer ordo sancte iustitie plenus: et vni-
cuiqꝫ pro meritis digna salubriter diuidit/ congruã singulis diuinarũ rerũ participationẽ
(iuxta illorũ modũ et rationẽ) suo tempore sacratius largiens. Extremus igit: catechumi-
nis ordo tribuit. sunt enĩ nullius perficientis mysterij participes aut eruditi: carentqꝫ diui-
ne formationis pia substantia. patrũqꝫ adhuc solis fouent eloquiis: formisqꝫ viuificis ad
diuinã illã vite ac lucis autorem et beatã (que ex diuina regeneratione prouenit) effingunt
vitã. quẽadmodũ igitur carnales infantes prius q̃ perficiant atqꝫ forment (si cura sua de-
stituant: et absqꝫ obstetricum manibns excidant) vt abortiui et emortui casũ illũ ingenitum
et vita/ luceqꝫ carentẽ in terra habituri sunt.

Quare catechumi/ energumini/ et penitentes ad psalmodiam et lectionũ recitationẽ admittebant: et postea extra delubrum fiebant.

39 ¶ Neqꝫ profecto quispiam recte sentiens di-
xerit (ad id quod videtur intendens) in lucẽ illos e tenebris ventris emergere. obiiciet enim
perita corporũ seruatrix medicina: lucẽ in iis solũ operari/ que lucis capacia sint. ita et san-
ctarũ rerũ sapientissima disciplina: rudes primo atqꝫ informes animos in cunabilis fidei et
tenero alimento sermonũ dei (quibus et illuminandi et viuificandi vis adest) curat/ fouet/
ac nutrit. Ubi vero illorũ substantiã ad id perfectionis adduxerit/ vt ad diuinã regenera-
tionẽ idonei sint: tum demũ suo ordine salubriter illis consortiũ ad ea que sunt lucis ac per-
40 fectionis indulget. ¶ Nunc vero veluti ab imperfectis perfecta secernit: vna et sacramen-
torũ ordinatissime dispositionis/ et catechuminorũ educationis ac vite/ iuxta sacerdotalis
fũctionis diuinũ ordinẽ curã ac prouidentiã gerens. Porro energuminorũ (qui scilicet ve-
xant a spiritibus imũdis) multitudo insincera quidẽ et ipsa est: scdo tamen atqꝫ altiore gra
du catechuminis eminet. neqꝫ enĩ quod sacratissimorũ mysteriorũ participationẽ aliquam
habuit (iudicio meo) equandũ illi est qd horũ omnino rude est: nulliqꝫ diuinarũ rerũ vnq̃
penitus comunicauit.

Cur catechuminis/ energumini pponantur

Preterea illis quoqꝫ energumini superiores sunt: qui contrariis aut
voluptatibus/ fedisqꝫ libidinibus aut perturbationibus obnoxij sunt. Quippe et illi sacra-
tissimis rebus et aspiciẽdis et sumendis arcentur. et merito id quidẽ. Si enĩ id verũ est ꝙ qui
se deo oĩno deuouit vir: qui dignissime diuinis participandis admittit (qui q̃tum fas ho
mini est ad sũmam peruectus est diuine imitationis effigiem: idqꝫ consecutus est perfectis-
simis illis/ ac perficientibus modis quibus in deũ transit mortalis infirmitas) is neqꝫ ea q̃
carnis sunt geret nisi inquantũ vrgebat necessitas nature/ idqꝫ veluti ex latere ac per tran-
sitũ faciet. templũqꝫ simul et sequax (in summa illa pro modo suo in deũ transitione) diuini
spiritus erit/ simile in simili collocãs. profecto qui eiusmodi est: nunq̃ aduersis imaginibus/
terroribusqꝫ vexabit. sed ridebit potius: accedẽtesqꝫ profligabit ac persequet. agetqꝫ ma-
gis q̃ patietur: pro ea cõstantia habitus (quã induit) nulli perturbationi violabili nulliqꝫ
cedenti. aliisqꝫ: huiusmodi vexationũ prestabit se optimũ medicũ. Ad hec reor quidẽ imo
scio et compertũ habeo: vt meracissima illa sacrorũ/ sanctaqꝫ discretio eos nouit scelesta et
impura actione vexari: quiqꝫ a diuina vita defecere/ perditisqꝫ demonibus et sententia et
moribus similes fiunt. dũ ea quidẽ que et vere sunt/ et imortaliter possidentur/ et sempiter-
ne iucunda sunt: per extremã/ sibiqꝫ perniciosam stoliditatẽ aduersãtes/ terrenã potius ac
materialẽ/ innumerisqꝫ perturbationibus subditã imutationẽ/ perditasqꝫ et corumpẽtes vo
luptates/ atqꝫ in iis que aliena sunt: fluxam et instabilẽ/ neqꝫ existentẽ sed apparentẽ dele-
ctationem ambiũt/ et operantur.

Qui energumini superiores sint apostatis/ atqꝫ deficientibus.

Primi isti igitur et quidẽ rectius q̃ illi: ministri officio/ et
bb voce separentur. Neqꝫ enĩ fas eis est alterius cuiuslibet sacre rei esse participes q̃ eloquio
rum dei: quorũ magisterio possint ad meliorẽ conuerti frugem. Nam si diuinorũ veneran
da illa/ altissimaqꝫ celebratio/ eos quoqꝫ qui in penitentia sunt (quãq̃ sui fuerint aliquãdo
participes) respuit/ eum qui per omnia consũmate virtutis/ sanctitatisqꝫ nõ fuerit nequaq̃
admittens: ita ferme castissime pronũciare videtur/ ego iis etiã qui ad supremũ diuine imi
tationis culmen imperfectionis sue gratia non assurgnnt: neqꝫ visibilis/ neqꝫ comunicabi-
lis sum. Arcet enĩ purissima illa et sincera per omnia vox: eos quoqꝫ qui diuina digne su-

Diuinitatis sub sacramẽti velamĩe loquẽtis: verba ad adhuc maculatos.

In tẽplo ſunt pontifex/ ſacerdotes/ miniſtri/ plebs ſancta.
Extra tẽplũ: penitentes/ energumini/ apoſtate/ catechumini.

mentibus munera coniungi/ connectiq; non poſſunt. longe profecto magis prophana et
impura illorũ turba erit: qui paſſibiliter iactãdos ſe fedis voluptatibus preſtant. ⁊ ab aſpe-
ctu omni/ et comunione ſacramentorũ prorſus aliena. ¶ Ubi vero diuino excellere phano 41
et excellentiore meritis ſuis ſacrificio amoti ſunt: ſacramentorũ oĩno rudes/ ⁊ necdũ initia cc
ti. ac preterea: qui a ſacratiore vita defecerunt. tertioq; demũ loco ii qui ob ignauiam ſuam
aduerſantiũ ſpirituũ terroribus/ viſiſq; agitant̃. quippe qui per conſtantẽ ac firmiſſimũ ad
diuina cõſenſũ/ nequaq; ad ſtatum illũ plane efficacẽ peruenerint: quo a diuino habitu cõ-
uelli/ moueriq; non poſſint. deinceps illi etiã qui licet a cõtraria vita diſceſſerint: nondũ ta-
mẽ imaginũ ipſius habitu altius impreſſo/ caruere: et necdũ amore diuino/ atq; puriſſimo
purgati ſunt. Poſt hos autẽ et illi qui vſq;quaq; ad vnius effigiem non peruenerunt atq;

Ad quid ſymboli nr̃e piiſſime fidei decantatio.

(vt legis vtar verbis) ĩmaculati omnino/ incontaminatiq; non ſunt. ¶ Cum vero caſtiſſi- dd
mi ſacratiſſimorũ ſignorũ miniſtri/ et ſtudioſiſſimi ſpectatores/ ſacroſãcta myſteria digna 42
cum veneratione cõueniẽtes: beneficũ illud principiũ/ ac totius indultorẽ bonitatis catho-
lica laudatione cõcelebrãt. ex quo ſalutaria nobis ſigna mõſtrata ſunt: quibꝰ (vt ii qui ini- ee
tiant̃ in deũ tranſeãt) ſacratius fit. hunc autẽ hymnũ alii laudationẽ/ alii religionis ſymbo
lũ vocant: alii diuinius (vt michi quidem videtur) pontificalem gratiarum actionẽ. vt que
omnia: diuinitus in nos emanãtia ſacra dona cõtineat. Uidetur namq; michi omniũ que
laudantur a nobis diuinorũ operũ/ circa noſtram ſalutẽ ratio et cauſa verſari: dum ſubſtã
tiam quidẽ noſtrã atq; vitã ad boni ſiſtit effigiem. et primitiuis illis venuſtatibus diuinam
in nobis ſpeciem format: diuinioriſq; habitus/ et celſioris intelligẽtie participes efficit in-
ſup. puidẽs vt nos (qui per negligẽtiã noſtrã atq; deſidiã: diuinis deſerti atq; deſtituti mu-
neribus ſumus) paratis atq; ad id inſtitutis bonis in antiquũ ſtatum dignitatẽq; reuocet
perfectaq; noſtrorũ aſſũptione/ exactiſſimã propriorũ munerũ participationẽ tradat ⁊ tan-

Imponit̃ ſacris altaribꝰ optus panis et benedictionis calix.
Se cõſalutãt in oſculo.
Sanctorũ pie in chriſto defũctorũ celebrant̃ noĩa.
Quid conſalutatio ſignat

dẽ nobis dei/ diuinorũq; comunio largiat̃ ¶ In hũc aũt modũ vbi ſuprema illa dei ⁊ excel 43
lentiſſima benignitas laudata fuerit: opertus quidẽ proponitur diuinus panis/ et benedi-
ctionis calix. Porro ſacratiſſima cõſalutatio icc irco celebratur: ſãctorũq; deſcripta nomi-
na/ myſtice/ ⁊ modo ſupramundano predicantur. ꝙ fas non ſit eos ad vnũ colligi/ atq; vni-
us illius pacifica coniũctione frui/ eiuſq; participes fieri: qui aduerſũ ſeipſos diſſidẽt/ atq;
diuiſi ſunt. Nam ſi vnius cõtemplatione/ ac ſcientia illuminati: vnice illi/ ac diuine nos ad
ſe cogenti luci iungi/ vnũq; effici cũ illa ſtuderemus: nunq; profecto in varias/ diuiduaſq;
concupiſcentias deiici pateremur. Ex iis nempe carnales ac paſſiue: aduerſus eiuſdẽ na-
ture cõſortes/ gignũtur inimicitie. Hãc itaq; (vt reor) vnicã ⁊ vniformẽ atq; indiuiduã vitã:
ſacra illa pacis ꝯciliatio ſancit ſimile ĩ ſimili collocãs/ ⁊ diuina ſingulariaq; ſpectacula a di

Ad quid/ piorum ſanctorũ nomĩa laude ꝓſequẽs poſt pacis oſculũ predicatio.

uinis dirimẽs ¶ Eniuero ſãctorũ poſt pacẽ illã nominũ ꝑdicatio: eos ꝑconio attollit/ q̃ pie 44
ſãcteq; vixerunt. ⁊ ad finẽ vſq;: virtutis vitã cõſtãter nuſq; ab ea deflectendo tenuerũt/ nos
quidẽ ad imitandũ beatiſſimũ illorũ habitũ/ atq; ad diuina appetenda premia prouocans
ac ducens. Illos autẽ veluti viuentes predicans: qui (vt theologia ait) non mortificati ſed ff
in diuinã penitus vitã ex morte trãſlati ſunt. Inſpice autẽ vt ſacris quoq; memoriis aſcri-
pti ſunt. nempe eñi diuina memoria non humano more (in phantaſia eius partis vbi ſedes
eſt memorie) inſinuamur: ſed ſacratiore quodãmodo iuxta eam quã in deo intelligimus.
(vt ita dixerim) precioſã/ et nunq; migrantẽ ſciẽtiã: eorũ qui in dei imaginẽ excellere/ atq;
in deo cõſumati ſunt. Nouit eñi (vt ait ſcriptura) qui ſunt eius. et precioſa in conſpectu do- gg
mini: mors ſanctorũ eius. Que profecto ſanctorũ mors: pro conſũmata in ſanctitate dicit̃
vita. Sed et illud quoq; ſacratius intuere/ ꝙ impoſitis ſancto altari venerabilibus ſignis
per que chriſtus ſignatur ac ſumitur: adeſt protinus atq; incunctãter ſanctorũ deſcriptio hh

Quid manuũ ablutio.

cõiunctionẽ eorũ indiuiduã/ vnionẽq; cũ illo altiſſimã ⁊ ſacratiſſimã indicans. ¶ His autẽ 45
eo quo diximus iure peractis: aſtans coram ſignis ſanctiſſimis pontifex: manus lauat cũ
ſacerdotũ honeſtiſſimo ordine. ꝙ quidẽ iuxta ſaluatoris eloquiũ: is qui lotus eſt nulla alia ii
niſi tantũ ſũmitatũ extremitatũue ſuarũ lotione indigeat. per quã profecto ſupremã mun-
ditiã: illud conſequitur vt caſtiſſimo in habitu diuine ſpeciei/ cõſtitutus: ad ſequẽtia quoq;

ad diuine bonitatis imaginē ꝓdeat. vinculis oībus mortaliū affectionū liber atq; expedi=
tus: vt qui in vnius oīno transierit speciem. et dū ad vnū rursus singulari illo / paucisq; co=
gnito modo cōuertit: imaculatā eā conuersionē faciet atq; illibatā. quippe qui diuinā ple=
kk nitudinē / integritatēq; custodiat. et dudū lauacrū illud in veteri prefigurabat lege (vt in li=
bro de legali sacerdotio diximus) ⁊ modo in pontifice ac sacerdotibus hec ablutio manuū
signat. Eos enī qui ad sacramenta celestia cōficienda procedunt / ea oportet esse munditia Liber de legali sacerdotio.
vt ipsas quoq; anime extremas imagines purgatas habeant. sicq; ad reuerenda mysteria
(quanta fas est) similitudine puritatis accedere. Ita enī liquidiore diuine apparitionis lu
ce cingent: eximiis illis altissimisq; fulgoribus in specula ad sui similitudinē lucentia vberi
46 us atq; lympidius ꝓpriū imittentibus iubar. ¶ Enīuero pōtificis illa sacerdotūq; exactis= Cur ea ablutio: coram sacratissimis signis agitur.
sima / et ad sūma vsq; siue extrema ablutio: coram signis sacratissimis agit: vt ostendat sub=
47 Christo nos arbitro degere / cunctas nostras secretissimas cogitationes inspectāte. ¶ Ubi
vero suprema illa expiatio / ipsius patulis et cuncta spectātibus oculis / et iustissimis / incor=
ruptisq; inclinationib⁹ probata precessit: tūc iam diuinis pontifex iūgitur (exactaq; diuino
48 rum operū laude) venerāda mysteria cōficit / atq; in conspectū agit. ¶ Quenam vero esse
diuina in nos opera existimemus: deinceps exponēdū pro viribus. Neq; enī laudare oīa
sufficio equidē: nedum aperte scire / aliosq; docere. Que tamē a sanctissimis viris iuxta sa=
crarum scripturarū fidem laudātur / atq; celebrantur: ea nos pro captu nostro dicemus / cū
49 primū diuinā inspirationē in auxiliū nostrū inuocauerimus. ¶ Humanā naturā initio sto= Lapsus miserādus et tristis primorū parentum.
ll lide a diuinis beneficiis prolapsam: obnoxia passionib⁹ variis vita suscepit / et mortis cor=
ruptibilis finis. Quippe perniciosa illa a vera bonitate defectio / et sacre in paradyso legis
mm preuaricatio: eam (que spōte sua blande mulcētibus atq; infestis aduersarij fraudibus ce=
dens: vitale excusserat iugū) iis que sunt diuinis bonis cōtraria tradidit. Hinc iam misera=
biliter eternitatē mortalitate mutauit. et que initium corruptibilis generationis acceperat:
ad consentaneū pricipio finem iustissime ꝓperauit. Sed et ab sublimiore vita propria vo=
luntate delapsa / et ad cōtraria extrema deuecta / immutationē tenuit variis perturbationi=
bus subditam. Oberrās itaq; et a recto itinere ad eū (qui veraciter deus est) tendēte / auer=
sa / et perditis atq; maleficis subiecta turmis / minime aduertit se pro diis et amicis / infestis
hostibus fuisse obsecutā. His vero illa inclemēter pro sue imanitatis libidine abutentibus: Benignissima dei visitatio nostrū tristē casū plusq̄ patre miserantis.
in id deuenerat vt substantiā suam miserabiliter periclitaret amittere / atq; omnino perire.
50 ¶ At vero diuine illius bonitatis infinita clemētia: benignissime omnino prouidentiā no=
stri ne sic quidē omisit per se ipsā operari / nostrorū omniū sine peccato veraciter particeps
facta / nostreq; humilitati inserta / absq; confusione vlla et maculatione vere et integerrime
diuinitatis sue. cuius nobis consortiū (vt pote iam congeneis) largita est: suorūq; bonorū
nn participes declarauit. aduersarie potestatis (vt habet occulta traditio) imperio qd̄ aduer=
oo sum nos erat ꝓfligato. nō viribus veluti preualēs: sed iuxta nobis traditū mystice eloquiū
in iudicio et iustitia. nostra vero: in cōtrariū penitus clemētissime transtulit. quippe qui ani
mi nostri cecitatē diuino impleuit / atq; opulētissimo lumine: deformitatēq; diuinis exor=
nauit / speciosissimisq; muneribus. Porro anime nostre habitaculū: in salute perfecta iam
labentis nostre substantie fedissimis passionib⁹ / perniciosisq; inquinamētis liberauit. quo
pacto mūdo superiores euadamus insinuans / celestēq; nobis conuersationē sternens: per
51 quā illi pro viribus similes efficiamur. ¶ Enīuero diuina ista imitatio quomodo nobis ali
ter obueniat: nisi memoria tam excellentiū beneficiorū dei iugiter innouet sacerdotalibus
pp predicationib⁹ / atq; mysteriis? Hoc enī facimus (vt sacra eloquia admonēt) in eius cōme=
52 morationē. ¶ Hinc iam venerādus antistes diuinis altaribus astans: sancta et diuina lau= Que laus pōtificis post manuū ablutionem.
qq dat ihesu opera. que ineffabilis prouidētie ratione in salutē generis nostri: volūtate sāctis=
simi patris in spiritu sancto (vt eloquia diuina tradūt) consummauit. Peracta vero laude /
venerādaq; ipsoꝝ et itelligibili speculatione spiritalibus inspecta luminib⁹: tum vero etiā
rr ad sacra mysteria in signis celebrāda progredit / idq; ex traditione diuina. ¶ Quocirca re
53 uerenter simul et ex pōtificali officio post sacras diuinorū operū laudes: quod hostiā salu=

tarem (que supra ipsum est) licet se excusat ad ipsũ primo decenter exclamans / tu dixisti:
hoc facite in meã cõmemoratione͂. deinde tanto ministerio ad imitationem dei instituto di=
gnus fieri postulat: et similis ipsi christo pro viribus euadere. vt et sacramenta sancte con=
ficiat: ⁊ caste distribuat. ⁊ qui ad comunione͂ accessuri sũt: digne participãt. sicqꝫ venerãdis

Quid indiuidui panis et singularis calicis in plura diuisio.

sima mysteria cõsũmat / et laudata oculis subiicit: in signis sacte ꝓpositis. ¶ Sane opertũ 54
pane͂ et indiuiduũ aperit in frusta cõcide͂s / et singulare͂ calice͂ oĩbus ĩpartie͂s: vnitate͂ signã
ter multiplicat atqꝫ distribuit. inqꝫ iis cõsũmat celeste mysterium. Unũ enĩ illud ⁊ simplex
atqꝫ secretũ Jhesu diuini verbi nostre humanitatis assumptione: ad compositũ / atqꝫ visi=
bile sine ĩmutatione sui per summã clementiã / benignitate͂qꝫ processit. societate͂qꝫ nostram
qua sibi iũgeremur / beneficentissime excogitauit. nostra humilia diuinis suis excelle͂tiis iũ
gens. siquide͂ et nos illi tanqꝫ membra corpori congruamus: et per vite sincere / ac diuine si/ ss
militudine͂ cõpaginemur. ne corrũpe͂tibus mortificati viciis / ad diuina et sanissima me͂bra
incongrui efficiamur. vt qui herere / eademqꝫ vita viuere nequaqꝫ valeremus. Oportet
enĩ nos (si ad illius aspiramus societate͂) diuinã ipsius in carne vitã intueri assidue: sanctã=
qꝫ ipsius impeccantiã imitando pro viribus ad sacratiore͂ habitũ / exactissimãqꝫ recurrere
intelligentiã. ita enĩ conuenienter nobis societate͂: ad simile cõsortiũ largie͂t. ita iis que my
stice fiunt pontifex signat: dũ operta munera in apertũ ducit: ipsorũqꝫ vnitate͂ in plurima
diuidit. et perfecta sacrame͂torũ sic distributorũ (ad ea in quibus fiunt) insitione: socios co= tt
rũ illos qui ea preceperint efficit. Describit enĩ in iis ferme sensibiliter in conspectũ dans:
christũ ihesũ nostrã spiritale͂ (vt in imaginibus) vitã: ex diuinitatis occulto (perfecta ⁊ in=
confusa nostre mortalitatis assũptione) clementissime proprietate͂ ex nobis accepisse. atqꝫ
ad diuisibile nostrũ sine ĩmutatione sui: ex vnitate naturali processisse. perqꝫ hanc beneficã
clementiã: ad participatione͂ sui / suorũqꝫ bonorũ ĩuitare genus humanũ. si tame͂ ipsius sa=
cratissime inseramur vite: ipsã quantũ fas est imitando. sicqꝫ veraciter: consortes dei / diui=

Cur põtifex prius ipse comunicat qꝫ aliis cõionis cõsortiũ tradat: et cur in gratiaꝝ actiones desinit.

norũqꝫ participes efficiemur. ¶ Sũptis vero / traditisqꝫ mysteriis sacris: in gratiarũ actio 55
nes cum omni ecclesie sancta multitudine desinit. enĩuero participatio comunione͂ prece= vv
dit: mysticãqꝫ distributione͂ mysteriorũ sancta perceptio. est enĩ hic diuinarũ rerum decen=
tissimus ordo: vt prius comunicet / atqꝫ impleatur sãctus presul iis (que per illũ distribue͂
da sunt ceteris) diuinis donis: et sic aliis tradat. Quo circa et ij qui diuinis magisteriis (pri
usqꝫ digna illis conuersatione capaces effecti sint) abutun͂t audacter / impuri atqꝫ a sacra
lege extranei omnino censentur. Ut enĩ in solis radiis tenuiores / lympidioresqꝫ substantie
prime / influenti luce replen͂t / sicqꝫ exuberante͂ luce͂ in subsequentes / solis vice transfundũt.
ita non sine periculo diuinis in rebus quibusqꝫ / aliis se duce͂ prestare presumit: qui non per
omnia euaserit simillimus deo / et ab inspiratione / iudicioqꝫ diuino fuerit gubernator de=
claratus. Jn his omnis sacerdotalis functio põtificalit͛ congregata post diuina percepta
mysteria: cũ gratiarũ actione desistit. vbi scilicet diuinorũ beneficiorũ gratias: pro modu=
lo suo recognouit / atqꝫ laudauit. Qui enĩ diuinorũ exortes sũt / atqꝫ omnino rudes: nequa
qꝫ ad agendas gratias conuertun͂t / quamuis ex natura sua dignissima sunt gratiarũ actio
ne dona diuina (ceterũ vt dixi) cũ neqꝫ tunc diuinis muneribus aciem intendere voluerint /
(qꝫ ad deteriora magis inclinarint) ingrati ad infinitas diuinoꝝ beneficiorũ gratias persti
terunt. Gustate inquit et videte. profecto qui sacrosancta diuinarũ rerũ disciplina initian͂t xx
permagnificas ipsarũ recognoscent gratias. et excellentissimã illarũ celsitudine͂ / ac magni
tudine͂ participatione speculantes: celestia diuinitatis beneficia grate laudabunt.

¶ Tertie partis tertij capitis scholia.

¶ Atqꝫ cene illius ex qua signa ista sũpsere principiũ. De illa benedictissima consũmatri= yy

Matthe⁹. 26

ce cena loquit͛ pius pater: quã Mattheus cap. vicesimo sexto describit dicens. Cenãtibus
aute͂ eis / accepit iesus panem et benedixit ac fregit: deditqꝫ discipulis suis et ait. accipite et
comedite: hoc est corpus meũ. et accipiens calicem gratias egit: et dedit illis dicens / bibite
ex hoc oe͂s. hic est enĩ sãguis meus noui testame͂ti: q̇ ꝓ multis effũde͂t ĩ remissione͂ pctõrũ.
¶ Eum qui secũ non pie / neqꝫ cõcorditer sacra in cena perceperat. De iuda proditore per= zz

ditionis filio loquitur pater: de quo Joannes cap. decimo tertio. Qui cum recubuisset su- Joãnes.13.
pra pectus ihesu dixit ei dñe quis est? Respondit ihesus ille cui ego intinctũ panẽ porrexe
ro. Et cum intinxisset panem: dedit iude symonis scariothis. ꝛ post buccellã introiuit in eũ
sathanas. ꝛ dixit ei ihesus: qđ facis fac citius. cũ autẽ accepisset ille buccellã: exiuit cõtinuo.
O ¶ Ut verus ille ad sacra percipienda. Ut/ quo pacto/ qualiter.
P ¶ Hec igitˀ vt diximꝰ ad ipas adytoꝝ valuas. Hec/ hec signa. Adytus/ locus est tẽpli secre
tior: ad quẽ soli sacerdoti patebat accessꝰ. Et hic sacri pr̃is sermo honesta velatˀ metaphora
Q ¶ Ex causalibus ingrediamur ad causas. Ex causalibus/ ex effectis/ ipsisqꝫ causatis.
R ¶ Non tamẽ extra substantialẽ/ atqꝫ immobilẽ sui status crepidinẽ fit. Crepidinẽ/ sedem/
et sue collocationis summitatẽ. Et est ꝓprie crepido prerupti saxi vertex/ atqꝫ altitudo.
S ¶ Sanctorũ enigmatũ varietatibꝰ vtens. Enigmatũ figurarũ/ et obscurarũ velationum.
T ¶ Ois quidẽ scripture sancte textus. Scripturã sacrã partitur pater. Nam aut creaturã a
deo conditã manifestat: vt genesis. aut legale sacerdotiũ/ et viuẽdi ritum: vt exodus et leui
ticus. aut dei sortes/ et possessiones populo distributas: vt numeri/ deuteronomiũ/ iosue.
aut prudentiã sanctorũ iudicũ: vt liber iudicũ. Aut sapientũ regũ/ et piorum sacerdotũ: vt
libri regũ et paralipomenon. aut veterũ in aduersitatibus infractã/ magnanimãqꝫ constan
tiam/ et immobilẽ philosophiã: vt iob. aut vite sapientissima monita: vt prouerbia/ et eccle-
siastes. aut diuinorũ amorũ dulcia canticorũ dramata: vt cantica canticorũ. aut plenas sa-
lutari doctrina/ futurorũ predictiones: vt psalmi/ libri prophetarum/ Esore/ Esaie/ Hiere-
mie/ Baruch/ Ezechiel/ Daniel/ Osee/ Johelis/ Amos/ Abdie/ Jone/ Michee/ Naum/
Abacuch/ Sophonie/ Aggei/ Zacharie/ et Malachie. siue diuina ihesu in humano cor-
pore opera: vt quattuor sacrosanctorũ euangeliorũ volumina. Aut apostolorũ discipulo-
rumqꝫ eius mores/ atqꝫ instituta diuina: vt actus apostoloꝝ/ ꝛ epistole. aut arcanam a ihe-
su traditam reuelationem: vt apocalypsis ioannis euangeliste.
V ¶ Siue arcanã illã ac mysticã omnino visionẽ dilecti discipuli. Aperte testatur beatus pa
ter sanctã apocalypsim esse ioannis euãgeliste. nec res in primitiua ecclesia erat cõtrouersa
X ¶ Porro diuinorũ carminũ sacrosancta scriptura. Prima/ precipuaqꝫ psalmorũ intentio
est: vt omnia dei eloquia/ diuinasqꝫ operationes decantet/ ac concelebret. Scđa est vitam/
verba et opera pie et sancte in deo viuentiũ et sese ad eius effigiem pro viribus efforman-
tium laudare. et sic quoqꝫ eos ex ea bonorũ operum laude: ad illũ deiformẽ statum fortius
prouocare. quod sine teletis/ et mysteriis fieri impossibile est. Jccirco diuine ode/ et diuina
psalmorũ carmina in se ea cõtinent: que ad vnũquodqꝫ sacramentorũ et sacerdotale mu-
nus sint accomodanda. merito igitur sanctissima apostoloꝝ institutio/ qui (vt diuinus ha-
bet sermo) annũciauerũt opera dei/ ꝛ facta eius intellexerũt: instituit psalmorũ hymnos in
vnoquoqꝫ sacramentaliũ ministeriorũ concini/ illi quidẽ cõuenientes/ atqꝫ accõmodatos.
Z ¶ Qui illam pie/ dignisqꝫ affectibus promũt. Qui illam psalmorũ scripturã pie/ ꝛ dignis.
affectibus pangunt et decantant.
aa ¶ Et contra sacre scripture monita in perniciem suam: ita pronũciant. Job. cap. vicesimo Job.21.
primo. Ducunt in bonis dies suos: et in puncto ad inferna descendunt. qui dixerũt deo re-
cede a nobis: et scientiam viarum tuarum scire nolumus.
bb ¶ Primi isti igitur et quidẽ rectius q̃ illi: ministri officio et voce separãtur. Jsti scilicet vi-
ciosi (qui apostate et deficiẽtes appellatˀ) paulo supra tacti officio et voce ministri rectius/
valentioreqꝫ iure primi separãtur: q̃ illi energumini. Nam impura actione perturbate vi-
uentes a vita diuina defecere/ ad aduersas acies profugi: perditisqꝫ demonibus sententia/
et moribus magis sunt similes/ q̃ energumini: qui a demonibꝰ ipsis vexati manifeste cor-
ripiuntur. nam et flagiciosi illi similes esse videntˀ: iis qui sponte sua fidefragi (patrie et ci-
uium legibus violatis) in castra sese recipiũt hostilia/ in domesticos et patrios ciues arma
vertentes. energumini vero iis potius qui socordes et pauidi sese dediderũt hostibus: pen
dentes postea sepius suis victoribus horrendas et miserabiles penas.
cc ¶ Ubi vero diuino excessere phano: Modo eoꝝ qui a sacro arcentˀ phano dum venerãdissi

Ordo electorũ a tẽplo: et eoꝝ qui in eo ad diuina spectacula manent. ma peragũtᷣ mysteria. Remotissimi omniũ arcentᷣ catechumini/ vt qui nõdũ initiati sunt: quasi nõdũ geniti lucẽ/ vitamqꝫ habentes. deinde scelerati apostate/ qui a christo principe celestiũ ⁊ terrestriũ/ mẽtiti defecerũt: tãqꝫ ꝓditores in hostilibus castris inimica arma ferentes sub nigra potestate tenebrarũ. Mox energumini: tanqꝫ debiles et pauidi sese suis hobus dedẽtes sue ignauie miserabiles penas dãtes. Et quarto i loco statuũtᷣ penitẽtes: tãqꝫ ij q̃ defecerũt q̃dẽ: sed errorẽ suũ miserabiles agnoscẽtes suoꝝ ciuiũ misericordie ⁊ patriaꝝ legũ clemẽtie se submittẽtes oẽm penã vltro ⁊ acceptãtes ⁊ ferẽtes: dũ modo ꝑori (quã ab eis mal⁹ abstulit error) donẽtᷣ libertate. Intra vero phanũ: vltimũ locũ plebs sctã optinet: deinde ministri/ mox sacerdotes. q̃rtũ vero supremũqꝫ locũ ip̃e sũmus supremusqꝫ põtifex

Ut legis vtar verbis imaculati omnino incõtaminatiqꝫ nõ sunt. His verbis sepius lex dd
diuina vtitur. Petrus epistola prima cap primo. Sciẽtes ꝙ non corruptibilibus auro vel argento redempti estis/ de vana vestra cõuersatione paterne traditionis: sed precioso sanguine quasi agni immaculati christi et incontaminati.

Ac totius idultricẽ bonitatis catholica laudatione celebrãt. Catholica/ vniuersaliqꝫ lau ee
datione: hoc est symbolo fidei: ꝙ oĩa diuina cõtineat. ⁊ de oĩbus nobis diuinitus indultis: totius bonitatis autorẽ hymno illo celebram⁹ ⁊ pariter gratias agim⁹. Cõtinet enĩ cũctaꝝ rerũ a sũmo deo ꝓcessum. diuini verbi nostrũ lapsũ miserãtis ad nos piissimã iclinationẽ. inenarrabilẽ de spũ sãcto cõceptionẽ. virgineã ad nature miraculũ natiuitatẽ. susceptã pro nobis agni imaculati ⁊ inocẽtis sua spõte passionẽ/ sepulturã/ resurrectionẽ ad celoꝝ sũma reditũ. ad patris dexterã collocationẽ. in dei filios/ diuineqꝫ regeneratiõis: spũs sãcti donũ sacrosanctã (qua de hic agitᷣ) comunionẽ. diuinã clementiã peccatoꝝ nostrorũ benignissime indultricem. nostrã resurrectionẽ. ⁊ futuri seculi immortalẽ/ indeficientemqꝫ vitam. In cuius laudis deuota cõfessione: pia mens contabescit deo liquefacta/ iubilãs potius mente: q̃ꝫ (intercipientibus singultibus) possit interdum ore laudare.

Joannes. 5. Qui (vt theologia ait) non mortificati: sed in diuinã potius vitam ex morte trãslati sunt. ff
Joannes cap. quinto. Qui verbũ meum audit/ et credit ei qui me misit: habet vitam eternam. et in iudicium non venit: sed transiet a morte in vitam.

2. ad timo. 2. Nouit eni (vt ait scriptura) q̃ sũt ei⁹. Paulus ep̃la ad timotheũ scd̃a cap. scd̃o. Cognouit gg
Psalm⁹. 115. dñs qui sũt ei⁹. ⁊ discedat ab iniq̃tate: oĩs q̃ inuocat nomẽ dñi. Et psalm⁹ cẽtesim⁹ decim⁹ quitus. Uota mea dño reddã corã omni pp̃lo eius: ꝑciosa in ꝯspectu dñi mors sãctoꝝ ei⁹.

Adest ꝓtinus atqꝫ incũctãter sctõꝝ descriptio. Illa sctõꝝ descriptio ea ẽ sctõꝝ ꝑdicatio: hh
que post diuina iposita signa ⁊ pacis osculũ celebratᷣ. et cur tã e vicino atqꝫ incũctãter: id signũ est sctõꝝ idiuiduã cũ xp̃o ꝯiũctionẽ/ vnionẽqꝫ supramũdanã ⁊ felicissimã nusqꝫ abesse.

Joannes. 13. Et iuxta saluatoris eloquium. Joannes cap. decimo tertio. Qui lotus est/ non indiget ii
nisi vt pedes lauet: sed est mundus totus.

Et dudũ lauacrũ illud in veteri ꝑfigurabat lege: vt in libro de legali sacerdotio dixim⁹. kk
Exodus. 30. De lauacro illo exodus cap. tricesimo. Locutusqꝫ est dñs ad moysen dicẽs. facies et labiũ eneũ cũ basi sua ad lauãdũ/ ponesqꝫ illud iter tabernaculũ testimonij ⁊ altare. ⁊ missa aqua/ lauabũt i ea Aarõ ⁊ filij ei⁹ manus suas ac pedes: quãdo igressuri sũt tabernaculũ testimo

Liber de legali sacerdotio. nii/ ⁊ qñ accessuri sũt ad altare. Et liber de legali sacerdotio desideratᷣ: de⁹ det vt appareat.

Humanã naturã initio stolide a dinis bñficiis ꝓlapsã. id totũ tertiũ cap. geneseos describit. ll

Eam que sponte sua. Eam/ eam naturam humanam.

Ad hebre. 2. Aduersarie potestatis (vt habet occulta traditio) iperio qd̃ aduersũ nos erat ꝓfligato. mm nn
Paul⁹ ep̃la ad hebreos cap. scd̃o. Quia ergo pueri cõmunicauerũt carni ⁊ sãguini. ⁊ ip̃e similiter ꝑticipauit eisdẽ/ vt ꝑ mortẽ destrueret eũ qui mortis habebat iperiũ/ id est diabolũ

Joannes. 12. Sed iuxta nobis traditũ mystice eloquiũ. in iudicio et iustitia. Joãnes cap. duodecimo oo
cũ vox sũmi patris (audiẽte turba) supra ihesũ intonuisset. nõ ꝓpter me (inquit) hec vox venit: sed ꝓpter vos. nũc iudiciũ est mũdi: nũc pꝛiceps huius mũdi eiicietᷣ foras. Et ꝙ nõ in

Zacharias. 9 fortitudine venisset nos de iugo antique seruitutis liberaturus. Zacharias cap. nono. Exulta filia syon: exulta filia hierusalẽ. ecce rex tuus veniet tibi iustus et saluator: ipse pauper

et aſcendēs ſup̄ aſinā et ſup̄ pullum filiū aſine. tu quoq; in ſāguine teſtamēti tui emiſiſti vin-
ctos de lacu. Et abacuch ait ipſū abſcōdiſſe fortitudinē ſuā. Deus (ait) ab auſtro veniet/ et
ſāctus de mōte pharam. operuit celos gloria eius: et laudis eius plena eſt terra. Splēdor
eius vt lux erit: cornua in manibus eius. ibi abſcondita eſt fortitudo eius ante faciem eius
ibi mors. egredietur diabolus ante pedes eius.

pp ¶ Hoc enī facimꝰ (vt ſacra eloq̄a admonēt) in eiꝰ cōmemoratione. Paulꝰ p̄ria ad corinthios 1. ad corin. 11.
ep̄la cap. vndecio. ego enī accepi a dño: qd̄ et tradidi vobis. q̄m dñs ihesus ī qua nocte tra
debat̄: accepit panē et gr̄as agēs fregit/ et dixit. accipite et mādùcate: hoc eſt corpus meū
qd̄ ꝓ vobis tradet̄. hoc facite in meā ꝯmeorationē. Siliter ꝛ calicē poſtq̄ cenauit dicēs: hic
calix nouū teſtamētū eſt ī meo ſāguine. hoc facite quotiēſcūq; bibetis: ī meā cōmeorationē

qq ¶ Volūtate ſāctiſſimi patris in ſpiritu ſācto (vt eloquia diuina tradūt) cōſūmauit. volūta-
te quidē patris: vt qui p̄ os ſui dilecti euāgeliſte Joānis cap. ſexto dicit. Quia deſcēdi de Joannes. 6.
celo nō vt faciā volūtatē meā: ſed volūtatē eiꝰ qui miſit me. Hec eſt enī volūtas eiꝰ (q̄ miſit
me) patris: vt omne qd̄ dedit michi nō perdā ex eo: ſed reſuſcitē illud ī nouiſſimo die. ꝛ cap.
octauo. Et a meip̄o facio nichil: ſed ſicut docuit me pater hec loquor. ꝛ q̄ me miſit mecū eſt: Joannes. 8.
et nō reliquit me ſolū. q̄a ego que placita ſūt ei: facio ſemp̄. Et in ſpiritu ſācto cōſummauit:
quādo ſpiritū veritatis qui a patre ꝓcedit miſit in diſcipulos ꝛ in eos qui in filioꝝ adoptio-
nē ſuſcepti ſunt. vt ex Joāne cap. decio quīto/ et actuū ap̄loꝝ cap. ſcd̄o aperte cognoſcitur. Joannes. 15.

rr ¶ Idq; ex traditione diuina. Id ex beata illa cena quā cap. viceſimo ſexto deſcribit Mat- Actuum. 2.
theus: ꝛ ex pauli prima ad corinthios epiſtola cap. vndecimo pauloante adducta ſatis in- Matthęꝰ. 26
telligitur. Hoc facite (inquit) in meam commemorationem. 1. ad corin. 11

ss ¶ Si quidē et nos illi tanq̄ membra corpori cōgruamus. Nos eſſe chriſti mēbra paulus
clamat epiſtola ad corinthios prima. cap. ſexto. Neſcitis quia corpora veſtra mēbra ſunt 1. ad corin. 6.
chriſti. et ad epheſios cap. quinto. Nemo vnq̄ carnē ſuam odio habuit: ſed nutrit et fouet Epheſios. 5.
eā/ ſicut chriſtus eccleſiā. quia mēbra ſumus corporis eius: de carne eius/ ꝛ ſanguine eius.

tt ¶ Ad ea in quibus fiūt inſitione. Inſitio ꝓprie eſt cū ſciſſo trunco ſurculus fecūde arboris
inſeritur in ſterili. hic vero pro vnitione ad diuina accipit̄: pro qua dñs noſter humane ſan
ctificationis initiū et perfector apud Joannē orat patrē. Pater ſancte ſerua eos in nomine Joannes. 17
tuo quos dediſti michi: vt ſint vnū ſicut et nos. Et iterū non pro eis autē rogo tantum/ ſed
et pro iis qui credituri ſūt per verbum eoꝝ in me: vt oēs vnū ſint. ſicut tu pater in me et ego
in te: vt ꝛ ip̄i in nobis vnū ſint. En igit̄ de illa deiformi inſitione ac vnitione īenarrabili/ ip̄a
ſup̄ oīa exaltata pro nobis orat vnitas ꝛ veritas. cui ſemp̄ ſit laus oīs: parit̄ ꝛ gratiaꝝ actio.

vv ¶ Eſt enī hic diuinaꝝ rerū decētiſſimꝰ ordo. nō īmerito hic ordo fuerit ꝯgruētiſſimꝰ: vt ip̄e
pōtifex qui alios ſāctificat prius ip̄e ſit ſāctificatus. ꝛ qui ꝑficit: priꝰ ſit ꝛ ꝑfectus. Sic enī et
chriſtus (quē noſtre humane fūctionis quoad poteſt imitat̄ pōtifex) de ſe ip̄o ait Joannis
cap. decio ſeptio. Et pro eis ego ſāctifico me ipſū: vt ſint ꝛ ipſi ſāctificati in veritate. Quo fit Joannes. 17
vt qui illuminatus per vitalē lauacri ablutionē nō fuerit: alios iure illuminare nō poſſe co-
gnoſcat̄/ atq; ad illuminationis ſacramētū perducere. et qui nondū ꝑfectus: alios ꝑficere.

xx ¶ Guſtate inquit et videte. Pſalmus triceſimus tertius. Guſtate et videte quoniā ſuauis Pſalmꝰ. 33.
eſt dñs: beatus vir qui ſperat in eo. Vbi animaduertere dignū eſt ignorantiā nos ſummo-
pere ingratos facere: cognitionē autē et rectam diſciplinam gratos. iccirco cognoſcere ſtu
dendū eſt diuinorū beneficioꝝ preſtātiā: vt nos ip̄i grati ſimus ei/ qui omni gratiaꝝ actiōe
ſemp̄ eſt digniſſimꝰ. vtq; digni (q̄tū in nobis eſt) diuinarū rerū aut ſuſceptione aut āmini-
ſtratione efficiamur. Neq; ꝓfecto vnq̄ iſta auguſtiſſima ſacramēta (in quibꝰ ſūma noſtra
ꝑfectio/ cōſūmatioq;/ et in deū trāſitio ſita eſt) tam negligēter/ irreuerēter/ et ingrate tracta-
rēt pleriq; ſacerdotes: ſi ceci et īdigni ad tantā rerū maieſtatē tractandā nō fuiſſēt admiſſi.
Iccirco nō temere ordinādus eſt diuinaꝝ rerū preſul/ q̄ omni ſāctitate et p̄cellēti myſtica-
rū rerū intelligētia nō cognoſcat̄ inſigniter p̄ditus: et (vt ait ſacratus pater/ ꝛ primꝰ noſter
galliaꝝ antiſtes) qui diuino īdicio nō fuerit gubernator declaratꝰ. q̄ ſi talis fuerit: nequaq̄
ſūmo et ſūmi oīm regis ſeruitio immūdos/ cecos/ preſumētes/ ingratos/ īpudētes/ ꝛ pror-

sus indignos vnqꝫ promouebit ministros. Qꝫ si quẽ deus hac luce dignatus fuerit (digna tur enim eos qui id in omni humilitate/ vt paruuli ab ipso petunt) et per intimam cognitio nem/ dulcedinẽ munerũ dei gustauerit: caueat summopere cadere/ et indignũ quicqꝫ et ingratum tanto dei beneficio admittere/ sententia diuini pauli de difficultate resurgendi salubriter ammonitus. Impossibile est (inquit) eos qui semel illuminati sunt/ gustauerunt etiam donum celeste/ et participes facti sunt spirit⁹ sancti/ gustauerũt nichilominus bonũ dei verbum/ virtutesqꝫ venturi seculi et prolapsi sunt: rursum renouari ad penitentiã. Sed nunc ad sancti vnguenti mysteria transeatur.

¶ De iis que in vnguento fiunt: et que in ipso consũmant. Pars prima. Cap. IIII.

Ec habuimus que de sãctissima synaxi diceremus: adeo pulchra spiritaliaqꝫ spe 56
h ctacula. que nostrã ad vnum (vt sepe iam diximus) societatem/ atqꝫ collectionem pontificaliter permouerẽt. Sed enim alia est huius finitima venerãda confectio vnguenti: consecrationẽ eam vocant preceptores nostri. huius itaqꝫ partes cum iuxta sa- 33
cras imagines suo perspexerimus ordine: sic demum ad vnum ipsius per partes sacris intelligentiis subuehemur.

¶ Quarti capitis prime partis scholia.

¶ Consecrationem eam vocant preceptores nostri. Paulus/ hierotheus/ et apostoli.

¶ Mysterium confectionis vnguenti. Cap. IIII. Pars secũda.

Uxta eundem synaxis modum/ eorum qui necdum initiati sunt absoluũtur or- 57
i dines: vbi scilicet precessit pontificis circum omnẽ phani ambitum redolens ture profectio/ psalmorumqꝫ modulatio/ ⁊ lectio scripturaꝝ diuinarum. sumptum deinde vnguentũ pontifex sacris imponit altaribus/ duodecim sacris alis circũtectũ: resonãtibus oĩbus voce sanctissima melos sacrum/ quod diuinitus afflati ꝓphete didicerũt. Completaqꝫ oratione sup̱ eo solemni in sanctissimis (eorum que sacrantur) cõsummationibus: eo vtitur ad omnem ferme sacerdotalis officij functionem.

¶ Secunde partis quarti capitis scholia.

Mysteria confectionis vnguenti ex apostolico ritu.	p̃sẽs ecclĩa obseruat
Pontifex incensum ab altari adolere incipiẽs: per phani ambitũ cum odorifero ture progreditur.	obseruat partim
Ad altare regrediens psalmos cum ecclesiasticis ordinibus canit	
Diuinorum librorum lectio recitatur.	
Postea foris agunt catechumini/ apostate/ energumini/ et penitẽtes	
Unguentum duodecim alis seraphin intectum: pontifex sanctis altaribus reuerenter imponit.	
Canunt omnes sacrum melos: quod diuina inspiratione deo accepti prophete didicerunt.	
Põtifex solẽni sup̱ vnguentũ oratione fusa: mysteriũ absoluit	obseruat
Eo ad omnẽ ferme vtitur sacerdotalẽ sanctificationem.	obseruat

¶ Spiritalis sensus/ contemplatio. Cap. IIII. Pars tertia.

Quid designat id qꝫ sãctũ vnguentũ portatur con tectũ.

T autẽ in huiusmodi quoqꝫ cõsũmante mysterio: sacratiora queramus intelli- 58
v gentie. per ea que in sacro vnguento fiunt/ illud reor exprimit: qꝫ in sanctis viris obtectam esse oporteat sacram animi virtutẽ/ atqꝫ fragrantiã. siquidẽ illis diuina semp̱ voce suggerit: ne ad inanẽ gloriã (quando per virtutis studia: ad speciosas illas/ atqꝫ odoratas secreti dei similitudines tendunt) ostentationi inseruiant. Sunt eñi intemerate secrete dei/ sensũqꝫ excedentes odorate pulchritudines: solisqꝫ spiritalibus spiritaliter insinuant. habereqꝫ cupiunt similes in aĩabus/ atqꝫ inuiolabiles virtutis imagines. Quippe diuine ꝟtutis incorruptũ ac preclare expressũ sigillũ: ita demũ sibi format ac fingit imitatione prestanti/ si a spiritali illa fragrãtiqꝫ pulchritudine nusqꝫ deflectat obtutus. deniqꝫ

sicut in sensibilibus imaginibus si ad primitiuã speciẽ pictor constanter intendat: ita vt ad
nichil aliud visibile pertrahat/ aut in aliquo diuidat scdm se/ ipsũ illũ (quisquis est qui pin-
git: si dicere liceat) duplicabit. veritatẽq; in similitudine: et archetypũ in imagine reddet. ac
A preter substãtie differẽtiã: vtrũq; in vtroq; referet. ita et industriis quibusq;/ spiritalibusq;
pictoribus intẽtus ille ad fragrantẽ et occultã pulchritudinẽ/ et nusq; declinans obtutus:
id largit/ vt sine errore diuinã in se imaginẽ exprimant. Cõgrue igit pictores diuini/ men
B tem suã eminẽtissime ad odorũ/ spiritalẽq; decorẽ formantes: nullã earũ que in eis sunt di-
C uinarũ virtutũ operant (secundũ euãgeliũ) vt videantur ab hoibus. sed sacratius veluti in
imagine sancti vnguenti speculant: sacratissima queq; ecclesie circumtecta. Quocirca ipsi
quoq; virtutis sacratiora et diuiniora intra animũ/ dei imitatione et inscriptione sublimẽ
sancte obtegẽtes: ad solã primitiuã intelligentiã aspiciũt. Neq; eni dissimilia solũ non vi-
dent: sed ne ipsi quidẽ ad illorũ trahunt aspectũ. Ex quo ꝓfecto fit vt cõgrue sibi nequaq;
que frustra vident/ sed que veraciter sunt preclara et iusta: fortius ament. neq; eam gloriã
estiment: quã vulgo irrationabiliter beatã putant. sed bonũ aut malũ in seipsis ad dei emu
lationem iudicãtes: signa diuina sunt supreme illius/ augustiorisq; fragrãtie. que in seipsa
odorẽ veraciter habẽs: ad id qd plurimũ dissimiliter se habere videt nunq; cõuertit/ veris
59 suis imaginibus nichil imprimẽs simulatũ/ nichil fictum. ¶ Age vero iam quãdo pulchri
omnino mysterij (quod totum pulchrũ est) exteriorẽ inspeximus decorẽ/ sacratiorẽ ipsius
pulchritudinẽ intueamur: ipsũ in seipso sublatis velaminibus inspiciẽtes beatissimũ aperte
iubar emittere/ nosq; ea replere fragrantia que spiritalibus operta nõ est. Neq; eni visibi-
lis illa vnguenti cõfectio: illis est inaccessa vel inuisibilis/ qui circa antistitem sunt. sed con-
tra ad illos quoq; pertingens figensq; intelligentiã eminẽtem: plurimis ab eis reuerenter
obtegit/ sacerdotaliq; officio a turba dirimitur. quippe sacratissimorũ signorũ radius/ diui
nis viris vt ꝓpinquis intelligibilis lucis pure ac cõtinenter infulgẽs/ spiritaliaq; ipsorum
amminicula (amoto tegmine) odore imbuẽs: ad id quod inferius est nõ iam similiter pro-
dit. ceterũ ab ipsis vt pote occultis inspectoribus intelligibilis lucis: secretius (ne a dissimi
libus quibusq; violetur) sub pennatis opertionibus operitur. per que profecto sacra signa
60 subiecti honestissimi ordines/ ad sacram proportionẽ suam promouentur. ¶ Est igitur vt
dixi (quod nunc laudat a nobis) sacrosanctũ mysteriũ eius ordinis atq; virtutis: vt sacer-
dotalia cuncta perficiat. atq; ideo sancti preceptores nostri istud quasi equali ordine atq;
officio sacro synaxeos coniũxere mysterio/ eisdẽ imaginibus vt plurimũ et distinctionibus
61 mysticis/ et eloquiis subnixum sacris ¶ Et pontificẽ quidem aspicies pari modo ex sacra-
tiore loco preclarũ odorem ad sequentia sacra proferentẽ: redituq; ad eundem locum suo/
edocentẽ diuinarũ rerum participationẽ in oibus quidem sacris pro meritis fieri. verum
ipsam neq; moueri vlla ratione/ nec minui: intra diuine crepidinis sue proprietatẽ sine vlla
mutatione perstantẽ. Pari rursus ratione scripturarũ cantica et lectiones: rudibus adhuc
ad vitalem adoptionẽ obstetricum fungũtur officio. conuersionẽq; efficiunt sacram: eorũ
qui agitant a demonibus. cõtrariosq; pauores tollunt/ et male mulcentia voluptatum: ab
iis qui pro imbecillitate sua arripiuntur/ supremũ diuini habitus sui atq; virtutis illis pro
modo capacitatis sue insinuãtes. qua scilicet virtutis excellentia: terrebunt ipsi magis po-
testates aduersas/ aliorumq; cure prefecti erunt. atq; ex imitatione dei (cum in nullo pro-
priis bonis efferãtur) aduersus contrarios pauores non tantũmodo habent vim efficacẽ:
verũ etiã largiũtur. Porro iis qui a deterioribus conuersi ad mentis redicere mũdiciam:
sacrum inserunt habitũ/ ne rursus manus viciis et nequitie dent. quibus autẽ aliquid deest
ad consummatã/ exactissimãq; castimoniã: eos expiãt. sanctos vero ad diuinas imagines
subuehunt: et earum contuitum/ atq; cõsortium. Pascunt itidem exactissime sanctos bea-
D tissimis/ spiritalibusq; spectaculis: implentes vnicum ipsorum vno/ atq; vnum facientes.
Quid illud? Nonne et eos ordines qui non omnino mundi sunt (quos iam memoraui-
E mus) sine admixtione dimittit eodem quo synaxis modo: id quod nunc in manibus est sa
crum/ cõsummansq; mysteriũ? quod solis ac sanctis imaginibus cernitur/ atq; a solis con-

Quid ale vnguẽtũ integẽtes insinuẽt.

De excellẽtia sãcti chrismatis et affinitate ad sanctissimã eucharistiam.

Sitis processus põtificis ab altari cũ incenso/ simila cantica et sacre lectiões vt in synaxi et similis significatio.

Cur foris agũtur (dũ sãctũ cõficit vnguẽtũ) catechumi/ apostate/ energumini/ et penitentes.

summate sanctitatis viris continenter sacratissimis intelligentiis inspicitur/ atq; confici-
tur. hec itaq; a nobis iam sepius dicta: superfluum est (vt reor) eisdem iterare sermonibus F
Que materia cõpositiõnis vnguenti.
¶ Ad ea igit̃ magis que sequũtur transeamus: intueamurq; pontificẽ/ alis duodecim cir- 63
cũtectũ habentẽ sacrũ vnguentũ/ castissimamq; in eo perfectionẽ cõsummantẽ. Dicimus
igit̃ vnguẽti cõpositionẽ: collectionẽ esse quandã spirantiũ suauiter materiarũ/ habentẽ in
se affatim odoratas qualitates. cuius qui participes sũt: pro quãtitate eius (que in illis fit)
Quid suauissima illa sensibiliũ odorũ compositio significet.
fragrantis participationis/ odoris suauitate replent̃. ¶ Scimus autẽ augustissimũ ihesũ/ 64
supersubstãtialiter odorũ esse: intellectuale nostrũ spiritalibus distributionibus diuina vo
luptate replentẽ. Si eni carnaliũ odoramentorum perceptio: suauiter fouet ac nutrit magna
cũ voluptate narium nostrarũ iudiciũ modo illabefactũ assit/ atq; ad odores in cõmẽsione
respõdẽs. rationabiliter dixerit quispiã/ spiritales etiã virtutes nostras nulla ratione ad de-
teriora vergentes: naturali vigore iudicij nostri secundũ diuine operationis modos/ con-
gruamq; ad eũ animi cõuersionẽ/ ad perceptionẽ diuini odoris euadere/ et sacra voluptate
ac pabulo diuiniore cõpleri. ipsa itaq; vnguẽti cõpositio mystica (vt ea interim formemus
que formã nequaq; admittũt) ipsũ nobis pingit Jhesum pricipalẽ/ scilicet diuinorum odorũ
opulẽtiã/ sacris pportionib9 in augustissima queq; spiritaliũ diuinos vapores immittẽtẽ.
in quibus spiritus suauiter affecti/ sacrisq; perceptionibus pleni: spiritali vtunt̃ alimonia/
Quid sancta seraphin vnguentũ intregentia signẽt.
odoratis distributionib9 ad ipsorũ intellectuale diuina participatione subeuntibus. ¶ Li- G 65
quet autẽ vt reor q superiorib9 substãtiis vt pote diuinioribus: pricipalis fragrantie gra-
tia ppinquior est ferme. magisq; seipsã insinuat ac diffũdit: in ipsarũ liquidissimã lucem et
spiritalis virtutis valentiã affatim inũdãs/ ac multipliciter subiens. Porro ad inferiora spi
ritalium/ neq; ita capacia/ supremã illã speculationẽ ac participationẽ imaculate occulẽs:
vaporibus pro modo participantiũ cõgruis in cõmẽsuratione diuina distribuit̃. Sãctorũ
itaq; seraphin ordo celestibus/ sanctissimisq; substãtiis adeo eminẽs: in alis duodecim cir-
ca Jhesũ firmiter stare describitur/ beatissimisq; illius speculationib9 pro viribus defigere
obtutus: ac distributione spiritali in castissimis susceptionibus sacratius imbui/ laudatissi- H
Quid clamor et vox illa seraphin designet.
mamq; theologiã (vt carnaliter dixerim) linguis nunq; tacẽtibus exclamare. ¶ Sacra eni
celestiũ spirituũ sciẽtia/ et infatigabilis est: et nunq; deficientẽ diuinũ habet amorẽ/ omniq; 66
malicia et obliuione superior est. vnde clamor ille nũq; quiescẽs: designat (vt reor equidẽ)
sempiternã illorũ et nusq; migrantẽ scientiã/ et intelligentiã deo cõstãtissime gratias agen
tem. sanctorũ ergo seraphin incorporeas pprietates descriptas in sanctis litteris/ imagini
bus spiritalia declarantes: in distinctionibus celestiũ ordinũ puto diligenter inspeximus/ I
tuisq; spiritalib9 subiecimus oculis. ¶ Quia tamẽ nunc quoq; qui pontificẽ reuerẽter cir-
cunstãt/ ipsam illã nobis altissimã figurant distinctionẽ: breuiter modo itidẽ purgatissima 67
acie illorũ intueamur augustissimã lucem. Jpsorum itaq; facies varia/ pedũq; multitudo: si-
gnat (vt arbitror) perspicacissimã diuinis hauriẽdis fulgoribus pprietatẽ/ intelligentiãq;
bonorum. diuinorũ semp mobilẽ et multa peragrãtem. Porro tergeminã alarũ positionẽ K
(vt sancte tradunt littere) nõ sacratiorẽ numerũ signare arbitror (quod quibusdã placuit)
sed id potius: q eius (qui deo pximus est) excellẽtioris ordinis/ supremeq; substantie abso
luta penitus supermũdana prima/ et media atq; extrema sint: spiritales ipsius subuehẽtia/
diuinasq; virtutes. Quo circa sacratissima scripture sancte sapientia pennarũ describẽs fi-
ctionẽ/ circa facies ipsorũ et media et pedes pennas imposuit: q sint in totũ pennata signi-
ficãs/ et modis oĩbus ad id quod vere est potẽti virtute ferant̃. q si facies ac pedes velant/
solisq; mediis alis euolant: intellige sacratius hunc ordinẽ tantũ excellentẽ supremarũ al-
tissimarũq; substantiarũ celsiora ac profundiora intelligentiis suis re uereri. mediisq; alis
modice ad dei speculationẽ ferri diuinis lancibus propriã subiiciẽdo vitã: a quibus ad sui
notionẽ apte promouet̃. Qui autẽ propheta ait clamabant alter ad alterum: illud reor insi-
Quid seraphi vis ignea ad vnguentũ pretendat.
nuat q diuinarũ intelligentiarũ suarũ sibi inuicẽ participationẽ sine inuidia tradũt. ¶ Et L
hoc item nequaq; silebimus/ q hebreorũ lingua plene significante cognomine ex eo san- 68
ctissimas seraphin substantias vocat: q per diuinam/ semperq; mobilem vitam igne-

scant/ et ferueant. si igit̃ (vt aiunt qui hebreã linguã callent) altissimi seraphin incendẽtes et
calefacientes a theologia appellati sunt proprio plane et substantialẽ habitũ suũ signante
nomine/ sacri vnguenti (iuxta qd significatiua ipsius describit imago) sursũ agentes habẽt
virtutes: que ad ipsius expositionẽ/ efficatiorũq; vaporũ distributionẽ euocent. Que enim
sensum superat odora substãtia: ab ignitis purissimisq; spiritib⁹ moueri in noticiam amat:
sacratissimasq; inspirationes suas iis qui sic illã excellentiore modo euocant in opulentissi-
69 mis distributionibus donat. ¶ Non ignorauit igit̃ altissimus supercelestiũ substãtiarum
ordo: Jhesum deũ summũ vt sanctificaret̃ descendisse. sed cũ plane intelligit per diuinam
M ineffabileq; clementiã sancte ad nostra seipsũ deiecisse. atq; a patre/ seq; ipso/ ac sancto spi-
ritu se humano more sanctificatũ cernens: suũ recognouit initiũ (in iis que diuina virtute
ipse operat̃) substãtie immutabilitate subnixum. Quocirca signorꝫ sacrorũ veneranda tra
ditio: seraphin sancto (dum sacrat̃) circũponit vnguẽto: christũ indemutabilẽ sciens/ atq;
70 N describẽs in vera et integra assũptione fragilitatis humane ¶ Et qd preterea diuinius est
ad ois sacre rei cõsecrationẽ vtitur vnguento diuino: aperte indicãs sanctificantẽ eum qui
sanctificat̃ iuxta scripture testimoniũ. vt qui semp sibiipsi similis atq; idem sit: in omni diui
ne benignitatis operatione. idcirco et sacre regenerationis perficiẽs donum et gratia: vn-
71 guenti sacratissima cõsummatione pficit̃. ¶ Unde (vt reor) purganti quoq; baptisterio
vnguentũ iactibus in crucẽ formatis infundẽs põtifex: palam speculatiuis oculis indicat
ad ipsã vsq; mortẽ per crucẽ/ Jhesũ pro diuina generatione nostra/ sacro ipso (et qui tene-
ri a morte nõ posset) descensu/ inferna penetrantẽ. eosq; qui in morte ipsius (iuxta arcanũ
O eloquiũ) baptisati essent: ex antiqua absortione corrũpentis mortis benignissime auellen
72 tem atq; renouantẽ ad diuinã/ perpetuãq; substantiã. ¶ Sed et ipsi (qui sacratissimo rege-
nerationis mysterio cõsecrat̃) aduentũ sancti spiritus cõsummãs inunctio largit̃ vnguẽti.
subsignificãte (q̃tum arbitror) sacra descriptione signorũ: ab ipso (qui ꝓpter nos in assum
pta carne diuino spiritu sãctificatus est/ imutabili substãtialis deitatis habitu) sanctissimũ
73 P spiritum dari. ¶ Et hoc item sacratius aduerte: ꝙ diuini quoq; altaris consecrationẽ: san-
Q ctissimorũ mysteriorꝫ lex/ sacratissimi vnguẽti castissimis infusionibus perficit. Est aũt su-
percelestis et supsubstãtialis hec diuina operatio: totius nostre diuinitus indulte sanctifi-
cationis initiũ atq; substãtia/ et perficiẽs virtus. nam si sacratissimũ altare nostrũ Jhesus
R est/ diuina scilicet spirituũ sanctorꝫ cõsecratio: in quo (iuxta scripture fidẽ) sãctificati ⁊ my-
stice holocausti instar incensi/ accessum habemus. purgatis luminibus ipsum ꝑfecto san-
ctissimũ speculamur altare (in quo que fiunt cõsummant̃ et sanctificant̃) ab ipso sacratissi-
S mo vnguento perfectũ. Sãctificat eni pro nobis semetipsũ totius sãctitatis apex Jhesus/
omniq; nos sãctificatione replet iis (que in eo mira dispẽsatione gerunt̃ ad nos: veluti iam
74 diuina generatione dignatos) summa benignitate manantibus. ¶ Unde vt opinor iuxta
T sacratiorẽ sensum traditione diuina sancti nostre sacerdotalis fũctionis duces: honestissi-
mum istud vnguẽti cõsecrãdi munus teleten ab effectu rei que in eo perficit̃ nominãt. Nec
defuere qui hãc dixerint teleten de vtroq; sensu diuinã ipsius cõfectionem predicãtes. Est
eni ipsius telete: etiã ꝙ nostri gratia sanctificat̃ in carne: et ꝙ diuina operãdo cuncta perfi-
75 cit/ ac perfecta sanctificat. ¶ Porro sacrũ diuinitus inspiratorũ prophetarũ melos aiunt
V qui hebraice norunt: laudẽ dei significare/ siue laudate dñm. Cum igit̃ sacra ois diuina ap-
paritio/ et operatio in varia sacerdotaliũ cõpositione signorũ/ descripta sit: nequaq̃ inde-
cens fuerit meminisse laudationis quã prophete afflati spiritu sãcto ꝓdocti sunt. docet eni
honeste simul et sancte: digna esse sacris laudibus opera/ beneficiaq; diuina.

¶ Tertie partis quarti capitis scholia.

X ¶ Ita ⁊ industriis quibusq;/ spiritalibusq; pictoribus. Industriis epithetum est ab indu-
strius/ hoc est ingeniosis atq; solertibus. et huius loci hec intelligẽtia est. queadmodũ sen-
sualis pictor suo exẽplari perq̃ attẽtus: id assequit̃ vt imaginẽ exprimat archetypo q̃simil
limã. ita et obtutus ille animi attentissimus/ diligẽtissimaq; ad superhumane fragrantẽ/ et
occultã pulchritudinẽ cõtemplatio/ nunq̃ et nusq̃ declinãs: id industriis/ solertibus/ spiri

Q/ vnguentũ sub ipis seraphin: christũ scdm carnis dispẽsationẽ significet sanctificatum.

Quid cause est: ꝙ in oi sacre opatiõis cõsũmatione sacro vtatur vnguento

Cur in aquã baptisterii vnguẽtũ in crucis modũ fũdit̃.

Quid significet baptismo peracto chrismatis iunctio.

Q/ vnguentũ sanctũ infunditur in cõsecratione altaris.

Cur vnguenti cõsecratio insigni quadam nũcupatiõe telete dicatur.

talibusq; pictoribus largiet' vt diuinam in se propemodum exprimant imaginem/ineffabilemq; pulchritudinem.

C Mentem suam eminētissime ad odorū/spiritalemq; decorē formantes. Odorum/ odoriferum. epithetum ab odorus. B

Matthe°.23 C Scdm euāgeliū vt videant' ab hoibus. Mattheus de scribis et phariseis cap. vicesimo tertio. Secundū opera vero eorū nolite facere. dicunt enī: et non faciunt. alligant autē onera grauia et iportabilia/ et iponunt in humeros hoim: digito autē suo nolunt ea mouere. C

Matthe°.6. oia vero opera sua faciunt: vt videant' ab hoibus. Et eiusdem euangeliste cap. sexto sancta et salutaris doctrina ad idē nos instruere contendit. attēdite inquit ne iustitiā vestram faciatis corā hoibus/ vt videamini ab eis: alioquin mercedē non habebitis apud patrem vestrū qui in celis est. Cum ergo tu facis elemosynā noli tuba canere ante te: sicut hypocrite faciunt in synagogis et in vicis/ vt honorificent' ab hoibus. amē dico vobis receperūt mercedem suā. te autē faciente elemosynā: nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. vt sit elemosyna tua in abscondito: et pater tuus qui videt in absondito reddet tibi. et cū oratis: nō eritis sicut hypocrite/ qui amant in synagogis et in angulis plateare stantes orare/ vt videant' ab hoibus. amen dico vobis receperunt mercedē suam. tu autem cum oras/ intra in cubiculum tuū: et clauso hostio ora patrem tuū in abscondito. et pater tuus qui videt in abscondito: reddet tibi.

C Implentes vnicū ipsorū vno/ atq; vnū facientes. Unicū ipsorū appellat quod iam est vniforme et ad diuinā vnitatē collectū per vere assurrectionis intelligentiā. et quāq; signa multa variaq; sunt: vt tamen illis iam ad sūmi vnius effigiē vniformib° presentant' / ilico ad sue veritatis rediguntvnitatē. haud secus ac multas/ variasq; in nubibus colorū apparitiones: in vnā lucis reuocarent vnitatem. D


C Id quod nunc in manibus est sacrū. Sacrum/ sacramentū/ sanctum vnguentum. E

C Hec itaq; a nobis sepius dicta. Ut tertij capitis parte tertia/ numero 38. F

C Liquet autē (vt reor) quod superioribus substantiis. Ferme apud philosophos proloquiū est: vnūqdq; agentiū suapte natura viciniorib us/ atq; dispositioribus sese valentius/ efficatiusq; propagare. vt lux viciniora et dispositiora vberius illuminat: et calidū calefacit et odorū suo spiraculo cōpletius imbuit. et hanc nature legē in oibus seruatū iri inuiolatā conspici licet. sed quid? nonne que scdm naturā fiunt diuinā imitant' naturā/ vt eorū entitas diuinā entitatē/ et bonitas bonitatē/ atq; potentia potentiā? quare et operandi modus diuinā in rebus imitat' operationē: seu per lumen/ seu per suaue olentiā/ siue per aliud qcq; nobis insinuet'. fit igit' hanc nature sequēdo cōsequentiā veluti certā quādā diuine sapientie sese cunctis in rebus explicātis/ exprimentisq; scripturā: vt sanctissima seraphin/ cherubin/ atq; thronorū agmina christi ihesu (qui sancto vnguēto designat': et qui vnctus est pre participibus suis) vberius et copiosius suauissimis odoribus imbuant'. mox dominatiōes virtutes/ potestates. dehinc principatus/ archāgeli/ angeli. deinde hi hominū fortunatissimi: quibus diuina bonitas clemēter indulsit spiritaliū odorū discretionis nares. et hāc ob causam non inscite fingunt' ab apostolis sanctissima seraphin sacrū vnguentū suis alis integentia/ et semper diuino eius odore secretius oppleta. sed hec/ et analogie similes eos presertim non latent: qui sanctū patris aduertunt sermonē. vt quas frequentiuscule vsurpat: vt et infra numero 85. nunc ex diuina humanā illustrans philosophiā: nunc vero ex humana veluti ex quodā dubio fulgore ad insigne lumē perducens/ et ex rei in loco sublustri pertenui vestigio ad ipsam in aperto lumine cognoscēdā veritatē. et vt canis venaticus (si magna paruis nobis cōparare fas est) ex odoris impressiōe quesitā sine vllo errore perducit ad ferā. Cuius viri philosophiā si Aristoteles/ si Plato olfecisset/ sane plusq; humanā venerati se gloriati fuissent reperisse magistrū: qualē nunq; assequi valuerant. Quod ideo dictum sit vt vos hac tempestate vere philosophie amatores: nō existimetis destitutos/ tam insignem preceptorē sortiti. qui beatissimū paulū et diuinissimos apostolos et quod oīm maximū est ipsū spiritū sanctū meruit habere illuminatorem. et qui ante hac a latinis haud= G


quãq; satis intelligi valebat. sed diuine bonitati visum est (cui gratie sint) nostra tempora
hac luce non carere.
h ¶ Laudatissimãq; theologiã (vt carnaliter dixerim) linguis nunq̃ tacẽtibus exclamare.
Quia carnaliũ et humanorũ more linguas beatissimus seraphin applicuit/ quib[9] nũq̃ ta=
centibus (vt vidit Esaias) clamant sanctus/ sanctus/ sanctus dñs deus sabaoth/ cũ tamen
liguas vllas nõ habeãt: ideo sacrat[9] pat̃ dixit/ vt carnalit̃ dixerĩ hoc ẽ hũano more loquar
I ¶ Sanctorũ ergo seraphin incorporeas proprietates descriptas in sanctis litteris. Illud
dictũ est in libro celestis hierarchie cap. septimo.
K ¶ Porro tergeminam alarum positionem. De sex alis seraphin sepius ex Esaia cap. se=
xto superius satis adductum est.
L ¶ Qt vero propheta ait clamabant alter ad alterum. De Esaia cap. sexto loquitur: vt per=
sepe quoq; iam dictum est.
M ¶ Atq; a patre/ seq; ipso/ ac sãcto spiritu se humano more sanctificatũ cernens: suum reco
gnouit initiũ (ĩ iis que diuina virtute ipse operat̃) substãtie ĩmutabilitate subnixũ. De hac
sanctificatione loquit̃ psalmus quadragesimus quart[9]. Dilexisti iustitiã et odisti iniquita=
tẽ: ppterea vnxit te deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. vbi vnctio illa a beatissima
intelligitur facta trinitate/ quippe que deus est. et quãuis sanctificatus esset vt homo: suum
tamen cũ operaret̃ vt deus/ in seipso recognouit principiũ substantie ĩmobilitate subnixũ.
quod quidẽ cũ ad nostra infirma descenderit: suã in sanctis seraphin stabilem nõ demuta=
uit sedem. Et illud quidẽ oleũ: hoc vero seraphin designant.
N ¶ Aperte indicãs sanctificantẽ eũ/ qui sanctificat̃: iuxta scripture testimoniũ. Paulus epi= Ad hebre. 2.
stola ad hebreos cap. scdo. Qui eñi sanctificat et qui sanctificant̃ ex vno omnes.
O ¶ Eosq; qui in morte ipsius (iuxta arcanũ eloquiũ) baptisati essent. Paulus ad romanos Ad roma. 6.
cap. sexto. An ignoratis fratres: quia quicunq; baptisati sumus in christo ihesu/ in morte
eius baptisati sumus. cõsepulti eñi sumus cũ illo per baptismũ in mortẽ: vt quomodo chri=
stus surrexit a mortuis per gloriã patris/ ita et nos in nouitate vite ambulemus.
P ¶ Et hoc item sacratius aduerte. In consecratione sancti altaris in primitiue ecclesie ritu
fiebat diuini vnguenti infusio: quod et presentis ecclesie status obseruat.
Q ¶ Est aũt supcelestis/ et supsubstãtialis hec dina opatio. Hec diuina opatio/ cõsecratio altaris
R ¶ In quo (iuxta scripture fidem) sanctificati. Paulus epistola ad ephesios cap. scdo. Et ve Ad ephe. 2.
niens euangelizauit pacem vobis qui longe fuistis/ et pacẽ iis qui prope: quoniã per ipsũ
habem[9] accessũ ambo in vno spiritu ad patrẽ. Ergo iam non estis hospites et aduene: sed
estis ciues sanctorũ/ et domestici dei superedificati super fundamentũ apostolorũ/ et pphe
tarum ipso sũmo angulari lapide christo ihesu. in quo omnis edificatio constructa: crescit
in templum sanctum in domino.
S ¶ Sanctificat eñi pro nobis semetipsum totius sanctitatis apex. Joannes cap. decimo se= Joannes. 17
ptimo. Et pro eis sanctifico meipsũ: vt sint et ipi sanctificati in veritate.
T ¶ Honestissimũ istud vnguenti consecrãdi munus: teleten ab effectu rei que in eo perficit̃
noiant. Telete perfectio/ et sanctificatio interpretat̃. perfectio autẽ et sãctificatio: quia per=
ficit et sanctificat/ aut quia eaipsa quicq̃ perficit̃ et sanctificat̃. et omne sacramentũ quate=
nus expiat/ et illuminat telete quidẽ sed inferior dici potest: quatenus vero perficit et con=
sũmat telete superior prorsusq; diuina. et sancti vnguenti consecratio de vtroq; sensu telete
celebrat̃ et ab eo quod perficit et ab eo quod perficit̃. Christus eñi nostra supramundana
teleta nostrũ oĩbus superdiuinis odoribus oppletũ vnguentũ ipse est: qui sanctificat et sã=
ctificatur/ qui perficit et qui perficitur.
a ¶ Prophetarũ melos aiunt: qui hebraice norũt. Illud melos alleluia est quod laus dei/ et Psalm[9] 148
laudate dñm significat. Et laudatio illa prophetarũ cui sanctũ melos alleluia prefigit̃ psal=
mus est Aggei et Zacharie prophetarũ qui est centesimus quadragesimus octauus ho=
neste et sctẽ opera beneficiaq; diuina cõmemorãs/ atq; docens sacris laudib[9] esse dignissia
¶ De sacerdotibus/ consecrationibus/ et cõsũmationibus. Pars prima. Cap. V.

h Oc ordine sã= A
ctissimũ cõse= 76
crat̃ vnguen=
tũ. tẽpus vero iam amo=
net: post diuina istiusmo=
di munia/ ipsos expone=
re sacros ordines/ ac di=
stributiones/ vtutesqꝫ ip=
sorũ ⁊ actiones atqꝫ con=
sũmatiões/ subiectaīqꝫ
illis trinitatẽ excellentiũ
ordinũ. vt ostendat̃ sacer=
dotij nostri perfũctio: in=
ordinata oĩa/ et incõpo=
sita atqꝫ confusa ab se ar=
cere semꝑ/ atqꝫ cohibere.



ornatum vero atqꝫ ordinẽ et grauitatẽ: in ꝓportionibus sanctorũ ordinũ suorum exhibere
❡ Et quidẽ hierarchiam omnẽ/ cur in trinitatis distribuerimus numerũ: in libro de celesti B
hierarchia congrue satis reor exposuimus. dicentes (vt habet sacra nostra traditio) omnẽ 77
sacrorũ ordinũ functionẽ in sanctissimas teletas diuidi: et in eos qui diuina probe callent/ C
aliosqꝫ sacratius imbuũt/ inqꝫ eos qui ab iis sanctissime promouent̃ ❡ Itaqꝫ suprema qui= 78
dẽ supercelestiũ substantiarũ hierarchia: teletã habet pro viribus propriã/ dei scilicet/ diui=
narũqꝫ rerũ liquidissimã intelligẽtiã/ capaxqꝫ diuinitatis est integre: ⁊ deũ (quantũ fas est)
contendit imitari. Porro illuminantes atqꝫ ad sacram hanc efficientiã duces: eas (que cir=
ca deum sunt) primas essentias. He namqꝫ in inferiores sacros ordines/ benigne indultas
sibi semper deificas notiones a per se perfecta altissimosqꝫ spiritus sapientia replente deita=
te/ pro ipsorũ modo transfundunt. ❡ Qui vero primis substantiis subiecti sunt ordines (vt 79
qui per illas sancte promoueant̃ ad deificã diuinitatis notionẽ) perficiende distinctiones
et sunt/ et appellant̃. Post illã vero celestẽ supramũdanãqꝫ hierarchiã: ad nostra quoqꝫ sũ=
ma illa diuinitas/ sua sacratissima munera benigne deriuãs (cum paruuli iuxta eloquium D
essemus) legale indulsit sacerdotiũ. obscuris verarũ rerũ imaginibus et figuris/ a primiti=
uis suis remotissimis/ signisqꝫ haud facile penetrabilibus ac typis opertã habẽtibus/ neqꝫ
discerni facilẽ intelligentiã: congruã/ et viribus nostris conuenientẽ lucẽ: vt imbecillioribꝰ
oculis innocue infulgens. Huic autẽ legali sacerdotio teleta fuit: ad cultum spiritalẽ/ obse=
quiũqꝫ prouectio. ❡ Duces vero ad eam ij sunt: qui sanctũ illud tabernaculũ a Mose sa= 80
cratius didicerunt: primo scilicet legaliũ sacerdotũ preceptore ac duce. Ad quod sacrũ ta= E
bernaculũ cũ imbuendis rudibus legale sacerdotiũ pingeret: ad ostensi sibi in sina monte F
exemplaris imaginẽ/ omnia que scdm legẽ consumarent̃ euocabat. Prestructi vero ij di=
ci possunt: qui suo ordine a legalibus signis ad perfectiorẽ instructionẽ promouent̃. Por= G
ro perfectiorẽ eruditionẽ hierarchiã nostrã theologia vocat: ĩpletionẽ hanc illius/ sacrũqꝫ
appellans finẽ. est autẽ tam celestis illa perfunctio/ q̃ legalis: quarũ nostra hec (ꝙ sit me=
dia) vtriusqꝫ extremitates apprehendit societate mirabili. ac superiori illi quidẽ spiritalibꝰ
intelligentiis/ fulgoribusqꝫ comunicat: inferiori vero ꝙ signis carnalibus variat̃/ perqꝫ ip=
sa sacratius promouet̃ in deũ. ❡ Porro ternariũ numerũ pontificalis distributionis eque 81
habet: dũ in augustissimas mysteriorũ sacrorũ sanctificationes diuidit̃/ et in augustiores
sanctarũ rerũ ministros/ atqꝫ in eos qui ab his ad sacramenta suo ordine et pro captu suo
quiqꝫ subuehunt̃. At vero queqꝫ ex tribus hierarchie nostre diuisionibus: ad legalis et il=
lius sacratioris (q̃ nostra est) functionis imaginẽ/ prima ⁊ media et extrema statuit̃. tum sa=
cratioris proportionis: tum venustissime ac suo ordine congrue et cũcta nectentis societa=
tis virtute subnixa. ❡ Itaqꝫ sanctissima quidẽ mysteriorũ operatio: prima quidẽ ei innitit̃ 82

diuine virtuti q rudes hacten⁹ purgat.mediaq purgatos ratione sacratioris eruditiōis illuminat. vltimaq et priores concludit et complet: q ita eruditos suarū instructionū scientia perficit.
83 ¶ Porro ministrorū sacra distinctio: in pma sui potentia per mysteria rudes catenus purgat.in media: purgatos illuminat.in vltima (que et suprema sacratius operātiū virtutū est) eos qui diuini luminis comunione dignati sunt: in perceptorū radiorū peritis consūmationibus perficit.
84 ¶ Atvero initiandorū: vis prima est que purgatur.media: post purgationē que illuminat et ad sacramentorū quorūdam intelligentiā admittit extrema vero sacratior ceteris: q sacrarū (quas intellexerat) rerū cōsūmantē assequit diuino fulgore scientiā. Sancte itaq operationis mysteriorū triplex celebrata est virtus: ostensūq de sacris litteris sanctā regenerationē purgationē esse/ illuminantēq scientiā. porro synaxim et vnguenti confectionē consūmantē diuinorū operū scientiā et disciplinā. per quā prouectus ille sublimis qui deo nos iūgit etvnū cū illo facit: beatissimaq comunio sancte perficit. Nunc iam sacerdotalis perfunctio: suo est loco exponenda/ in purgantē/ atq illuminantē/ cōsumantēq ordinem distributa.
85 ¶ Ista quidem diuinitatis sacrosancta lex est: vt per prima/ sequentia ad augustissimā illius subuehātur lucē. An vero non videmus vt ipse quoq sensibiliū substantie elementorū: cum primū in ppinquiora nature sue ierint/ tum demū per illa/ in alia actionem traducant suā? Merito itaq totius inuisibilis/ ac visibilis speciei initium ac sedes: in eos primo deificos radios ire permittit/ qui deo similiores euasere/ ac per illos vtpote lympidiores spirit⁹/ idoneosq ad participationē traditionēq lucis: ad inferiores pro captu ipsorū/ fulgorē deriuat luminis pprij. Istorū igitur ē qui primitiuo radio deū speculātur: sequētibus sine inuidia pro modo ipsorū (que ab ipsis sublimiter inspecta sūt) diuina īsinuare spectacula. atq docere sacramēta nostratia eorū est: qui cum perficiēte scientia functionis sue diuiniora queq preclare didicerunt/ cōsummatāq docēdi alios virtutē acceperūt. tradere item pro meritis sacramenta illorū est: qui scite atq integre sacerdotalis perfectionis participes sūt. Pontificū itaq ordo sacratior: primus est diuina speculantiū ordinū. idēq et summus et vltimus: quippe in quo desinit/ ⁊ impleī sacerdotij nostri distinctio oīs. Sicut enī hierarchiā omnē in Iesum terminari cōspicimus: ita vnāquāq functionē in diuinū pontificē propriū.
86 ¶ Porro pōtificalis ordinis virtus: in sacris oibus distinctionibus capiī/ et per oēs sacros ordines operatur pprie hierarchie mysteria. precipue vero illi preter ordines ceteros: in sui ministeriū diuina lex officia sacratiora distribuit. Iste quidē sunt perficiētes diuine virtutis ima-



gines:quibus et sacratissima signa oĩa/et sancte oẽs distinctiones cõsummãtur.Etsi enim
a sacerdotibus quedam perficiũtur venerabilia signa:nunq; tamen diuinã regeneratione
sine sacratissimo cõsummabit vnguento.neq; sacrosancte comunionis sacramenta perfi=
ciet:nisi signis tanti mysterij altaribus venerãdis/impositis. Nec ipse quidẽ sacerdos erit:
nisi pontificalibus officiis ad hoc fuerit promotus. ¶ Quocirca diuina lex:pontificalium 87
Que sũt pro-pria põtifici. ordinationum sanctimoniã/et diuini confectionem vnguenti / sacramq; altaris consecra=
tionem reuerentissimorum pontificum officiis atq; virtutibus eterna sorte distribuit. Est
igiẽ pontificalis ordo qui consumanti virtute suffultus: perficiẽtia queq; hierarchie preci=
puo et proprio peragit munere/sacramentorũq; disciplinas exponẽdo tradit:edocetq; pro
ratione constantes et sacros ipsorũ ordines atq; virtutes. ¶ Sacerdotũ vero illuminans 88
ordo:ad contuenda sacra mysteria eos qui initianẽ adducit.sub sanctorũ tamen pontificũ
ordine : cũ quibus ,ꝓpria officia peragit/in iis(que ipse operaẽ)diuina mysteria per sacra=
tissima signa subindicãs:et eos qui accedũt speculatiuos efficiens/mysteriorũq; participes
Ceterũ ad pontifices eos mittit: qui inspectorũ sacramentorũ scientiam atq; intelligentiã
cupiunt. ¶ At vero ministrorũ ordo est:qui purgandi et dissimilia discernendi vim habẽs 89
priusq; accedaẽ ad sacra sacerdotũ mysteria accedentes purgat/ sinceros omniũ aduersa=
riorũ ãmixtione/ ac puros efficiens: atq; ad sacra contuenda ⁊ sumenda pro viribus ido=
neos. Unde in sancta regeneratione ministri accedentẽ antiqua exuunt veste/atq; discal= D
ceant: ⁊ ad occidentẽ vt abrenunciet sistũt/ rursũq; ad orientẽ transferunt. Sunt eni pur=
gantis ordinis atq; virtutis/eos qui accedunt vt prioris vite integre amictũ ponant hortã
tes: preteritiq; erroris tenebras aperientes/ atq; docentes vt ipsi abrenunciãtes obscuris/
ad illuminantia transeant. Est igiẽ purgandi officio preditus ministrorũ ordo sacer:ad li=
quidiora sacerdotũ munera eos qui purgati fuerint ducens. et necdũ initiatos emundãs/
eosq; fouens purgãtibus scripture sãcte fulgoribus atq; doctrinis: prophanosq; preterea
a sacerdotibus dirimens. Quocirca et sacris huncianuis prefecit pontificalis institutio: si
gnificans ad sancta accedentiũ introitũ precipua et sũma niti oportere mũdicia. officiũq;
huiusmodi introducendi ad sacras eorũ speculationes ac participationes:purgãtibus vir
tutibus tradens/perq; has illos omni macula liberos introducens. ¶ Ostensũ est igiẽ an= 90
tistitũ ordinẽ perficientẽ esse ⁊ perfectionis autorẽ:sacerdotũ vero illuminantẽ/ atq; ad lu=
cem promouentẽ:porro ministrorũ purgantẽ/atq; discernentẽ. Uidelicet pontificalis or=
do:non perficere solũ/ verũ et illuminare et purgare nouit.sacerdotũ vero virtus:in se cum
illuminante habet purgantẽ quoq; scientiã. Uerũ que inferiores sũt:ad prestantiora tran=
sire nequeunt:propterea ꝙ fas illis non est/ad istius modi prosilire superbiã. Porro sacra=
tiores virtutes vna cũ suis: inferiores quoq; sua ipsa perfectione scientias sacras nequaq;
ignorant. Quia tamen diuinarũ actionũ imagines sũt sacerdotales distinctiones/ornatis=
simi atq; incõfusi diuinarũ operationũ ordinis insitos sibi fulgores indicantes:in primas
ac medias et vltimas sanctas actiones atq; ordines pontificali discretione distribute sunt.
insinuantes(vt dixi) in seipsis diuinas actiones ordinatas esse/ atq; ĩpermixtas. Quia enĩ
sũma illa diuinitas eos(quibus se insinuat)spiritus purgat primo: cõsequenter illuminat/
et illuminatos ad diuinã effigiẽ perficit. merito sacerdotalis diuinas imagines pre se ferẽs
emulatio:discretos seipsã in ordines/ virtutesq; distribuit. aperte indicans: diuinas actio=
nes in castissimis/purissimisq; ordinibus constanter/atq; inconfuse persistere. Uerũ enim
posteaq; de sacerdotalibus ordinibus ac distributionibus/ virtutibusq; illorũ et actionibꝰ
quãtũ penetrare potuimꝰ diximꝰ:sacratissimas q̊q; illorũ ꝯsũmatiões ꝓviribꝰ speculemur.
¶ Quinti capitis prime partis scholia.
¶ Hoc ordine sanctissimũ consecraẽ vnguentũ. Hoc ordine qui pauloante dictus est. A
¶ Et quidẽ hierarchiã omnẽ/cur in trinitatis distribuerimus numerum. Id cap.sexto cele B
stis hierarchie disseruit sacratissimus pater.
¶ In sanctissimas teletas diu[illegible] in eos qui diuina probe callent. Telete perfectiones/⁊ C
sanctificationes iam interpretate sunt. et ꝙ sanctificatio tam sanctificantis q̃ sanctificati

est:et id superius in domino nostro seculoꝝ rege/concurrere mõstratū est. Verūtamen telete vt sancticficantis est in supramundanis magis ipsum quod super omnia collocatū est eminentissimū bonū respicit. quod quidẽ omniū purgatorū purgatio est/ illuminatorum illuminatio/et perfectorū perfectio superdiuina et superbeata trinitas. Et hi ordines qui diuina probe callent/aliosq; sacratius erudiunt: hi sunt sub ipsa trina/supeminentissimaq; telete purgantes/illuminantes/ et perficientes. et ij qui ab his sanctissime promouent̃: sūt qui a superioribus longe eminentibus spiritibus purgant̃/illuminant̃ et perficiunt̃. Itaq; primus celestiū sacreprīcipantiū ordo: per eos qui diuina probe callent tangit̃ et infimus ordo:per eos qui ab iis sanctissime promouent̃.medius vero celestiū ordo: per vtrūq; cõiuncte tangit̃.nam & medij diuina probe callent ad subiectoꝝ promotiones: & a suis superioribus sanctissime promouent̃. Et quis non videt si in symbolis/ & enigmatibus christus deus/nostra sola et verissima teleta est (vt nuper de salutari hostia et diuino vnguēto dictū est) deū ipsū/ipsãq; supereminentissimã diuinitatẽ sine velamine/sine enigmate modo quidẽ nobis inaccesso supramundanorū omniū solã verissimãq; esse teletã. Et teletã vt sanctificantis est ipsū deū: vt vero sãctificatorū/sūme diuinitati subiectos respicere ordines/quousq; ad nostra humilia per multiplicia velamina et enigmata (vt dignū est) descendat.et q̃ sub omni sacro velamine videt deū: is est qui diuinarū teletarū mysteria profūdius callet ac penetrat. Sed diuinus pater semetipsū super his satis interpretat̃: in iis que subsequūtur. Ideo fortasse de his a nobis amplius ꝙ par sit: dictum esse videbitur.

D ¶ Cū paruuli (iuxta eloquiū) essemus: legale iduit sacerdotiū. Paulus epistola ad hebreos cap. quinto: loquẽs ad eos qui legalia Mosis acceperãt vocat paruulos. Et eni inquit cū deberetis magistri esse ꝑpter tẽpus: rursus indigetis vt vos doceamini q̃ sunt elemẽta exordij sermonū dei: et facti estis quibus lacte opus sit: nõ solido cibo. oĩs eni qui lactis est particeps: expers est sermonis iustitie. paruulus eni est: perfectorū autẽ est solidus cibus. Ad hebre. 5.

E ¶ Duces vero ad eam ij sunt: qui sanctū illud tabernaculū a Mose sacratius didicerunt/ primo scilicet legaliū sacerdotū preceptore ac duce. Per eos (qui ad eã cultus et obsequij spiritalis prouectionẽ/ hoc est diuinã anagogem duces sūt) intelligit eos septuaginta qui post mosen legis tenuerunt intelligentiã/et de animo in animū secretiore sermone trãsfundebant. Unde tradit hebraica autoritas mosẽ ex diuino mãdato septuaginta delectos secretã legis docuisse intelligentiã. neq; cã litteris mandasse (de quibus exodi cap. vicesimo quarto dicit̃ Mosi ascende ad dñm tu et aaron/nadab/et abiud et septuaginta senes ex israel: et adorabitis procul) legem autẽ figuris et enigmatibus adopertã scripsisse palamq; dedisse. et illi: per successiones septuaginta sacerdotes/legis peritos/et doctores continuo relinquebant. quibus vitalẽ legis intelligentiã trãsfunderent: receptionisq; scientiã appellabant. Que primū tempore Esdre Aggei et Zacharie septuaginta voluminibus litteris demandata est. Quod nostros primoris ecclesie duces neutiq; latebat.. Et Xystus quartꝰ pontifex maximus conceperat illas opes ad latinorū ecclesiã et thesaurū congregare. et iã tria illi versa erant volumina: quando rebus concessit humanis. Sed sperandū est deū clementissimū: tum principū tū pontificū excitaturū torpentia corda/et intelligentie gratiam mitibus ingeniis impartiturū vt tandẽ varicosa & clauda erigant̃ et ad eius cognitionem et honorem reparanda reparentur. Exodus. 24.

F ¶ Ad ostensi sibi in Sina monte exemplaris imaginẽ. Exodus cap. vicesimo quīto. Inspice et fac scdm exemplar: quod tibi in monte monstratū est. Et de Sina monte epistola ad galathas cap. quarto sic legit̃. Hec eni sunt duo testamenta. vnū quidẽ in mõte Sina in seruitutẽ generans que est agar (Sina eni mons est in arabia: qui cõiunctus est ei que nūc est hierusalẽ) et seruit cū filiis suis: illa autẽ que sursū hierusalẽ libera est/q̃ est mater nostra Exodus. 25. Ad gala. 4.

G ¶ Porro perfectiorẽ eruditionẽ hierarchiã nostrã theologia vocat: impletionẽ hãc illius sacrūq; appellãs finẽ. Mattheus de euangelica lege (que nostra ecclesiastica hierarchia et functio est) loquens: ꝗ sit Mosaice adimpletio et finis aperte testatur cap. quīnto. Nolite putare (inquit) quoniã veni soluere legem/aut prophetas. non veni soluere: sed adimple= Matthe. 5.

re.et in hac legis impletione finis noster ē:de quo diuinus paulus ait. Nūc liberati a pecca to serui autem facti deo/habemus fructum nostrū in sanctificationē:finē vero vitā eternā.
¶ Unde in sācta regeneratione:ministri accedentē antiqua exuūt veste. Quia pauloante b
dixerat diaconos hoc est ministros purgare accedētes priusꝙ ad diuinoꝝ cōtuitum/et sacrosanctā comunionē admitterenť:declarat igitur hic in quo purgant ⁊ ꝙ eoꝝ officiū est.

¶ Mysterium sacrorum ordinum. Cap.V. Pars secunda.

Resul igiť vbi sacrādus offertur vtroꝗ genu posito ante altare:supra caput ha= 91
p bet a deo tradita euāgelia/manūꝗ pōtificis.atꝗ hoc modo a cōsecrāte pōtifice:
castissimis imprecationib⁹ cōsummať. Sacerdos vero corā sancto altari ponēs vtrūꝗ genu:in capite habet pōtificis dexterā.et in hūc modū a sacrāte presule: sāctissimis inuocationib⁹ cōsecrať. At vero minister altero tantū corā sanctis altaribus posito genu: sacrātis se pōtificis dexterā in capite prefert.atꝗ ab eo perficiť precationib⁹ ad eā rem accōmodatis.cuilibet autē ipsoꝝ a benedicēte pontifice:crucis imprimiť signū. ⁊ per singulos sacra predicatio nominis/cōsummāsꝗ cōsalutatio fit.cūctis sacri ordinis viris/ipsoꝗ sacratore pontifice:eum salutātibus/ qui ad aliquem sacrorum (quos diximus) ordinū/ ea fuerit consecratione promotus.

¶ Quinti capitis secunde partis scholia.

¶ De consecrandis presule/sacerdotale et ministro secundū apostolorum ritum.

P R E S U L	Presens ecclesia
Presul sacrandus vtrumꝗ genu flectit ante altare.	suū seruat ritū.
Supra caput dexteram sacrantis pōtificis habet.	
Et super caput sancta dei superposita euangelia.	
Sanctis imprecationibus consecratur.	
Uitale crucis illi imprimitur signum.	
Nomen eius et sacramenti dignitas predicatur.	
A sacri ordinis viris et pontifice in osculo salutať.	
S A C E R D O S	
Sacerdos sacrādus vtrūꝗ genu ante altare submittit.	
Dexteram pōtificis in verticem habet.	
Non habet euangelia superposita.	
Sanctis imprecationibus consecratur.	
Uiuifice crucis signum imprimitur.	
Fit nominis predicatio.	
Salutatur.	
M I N I S T E R	
Diaconus tantum vnum genu ponit.	
Dexteram pontificis in capite perfert.	
Sanctis perficitur imprecationibus.	
Crucis signum ei imprimitur.	
Nomen predicatur.	
Salutatur.	

Insuper pōtifex/sacerdos/et minister peractis suis cōsecrationibus ad diuinam comunionē percipiendam vocantur vt infra dicetur numero.110.

¶ Spiritalis intelligentia. Cap.V. Pars tertia.

Que cōia et que ꝓpria in mysteriis sacrorū ordinū

Unt quidem ista presulibus et sacerdotibus ac ministris in ipsoꝝ consecratio= 92
s ne cōmunia:accessus ad altare diuinum/ positio genuum/ manusꝗ pontificalis impositio/crucis impressio/predicatio/consummansꝗ salutatio. precipua vero

et ꝓpria episcopis euãgelioꝝ supra caput impositio: qua inferiores ordines carẽt. sacerdo
tibus vtriusqꝫ pedis inclinatio: cũ id nõ habeat diaconorũ cõsecratio. illi eñi vt dictum est:
93 alterũ tantũ genu ponũt. ¶ Itaqꝫ accessus ille quidẽ ad sanctũ altare ꝛ positio genuũ illud
oĩbus prescribit: qui ad sacrorũ ordinũ promouent̃ officia / vt autori mysteriorũ deo suã
integre subiiciãt vitam / ꝛ spiritalẽ integritatẽ suã. castissimũqꝫ et sacratũ accessum: per quẽ
illi similes fiant / et diuinis castistimisqꝫ et sacrosãctis altaribus (vnde cõsecratio in eos spi-
94 ritus: qui diuinã speciẽ preferũt sãctissime ꝓuenit) pro viribus digni. ¶ Porro põtificalis
impositio manus: insinuat vna et ꝓtectionẽ dei (qua vt sancti filij paterno fouent̃ affectu)
ipsis habitũ virtutẽqꝫ sacratiorẽ largientẽ / aduersariasqꝫ virtutes ab eis procul abigẽtem.
docet itidẽ sacras oẽs / cõsũmantesqꝫ actiones: quasi sub deo eos (qui sacris ordinibus mã
95 cipant̃) efficere perfectos: ipsũ operationũ suarũ habẽtes in oĩbus ducẽ / atqꝫ rectorẽ ¶ Ce
terum signi vitalis impressio: oĩm simul carnaliũ desiderioꝝ vacationẽ / vitamqꝫ ad dei imi
tationẽ effictã signat (nusqꝫ obtutus auertẽdo) intuentẽ in hoĩs Ihesu sacratissimã vitã ad
crucẽ vsqꝫ ac mortẽ progressi diuina semp impeccãtia comite: atqꝫ ita viuentes (vt sui simi-
96 les) imagine sue impeccãtie in crucẽ formata signãtis. ¶ At vero sanctã et cõsecrationũ / et
eoꝝ qui sacrant̃ p̃dicationẽ põtifex resonat: id insinuãte mysterio ꝙ sacrator ille diuinus /
diuine est electionis expositor. nõ ipse sua gratia promouẽdos ad sacros ordines ducens /
I verũ afflatu dei: quo in oĩbus sacris officiis agit̃. Ita Moses legaliũ ceremoniaꝝ promo
K tor: neqꝫ fratrẽ Aaron ad sacerdotale munus iungit (et quidẽ cum et deo carũ / ꝛ sacerdo-
tio nõ ignoraret esse dignissimũ) donec ad id diuinitus agitatus sub deo pꝛĩcipe sacerdota
lem cõsecrationẽ põtificaliter cõsũmauit. Ipse quoqꝫ noster augustissimus et primus pon
L tifex (et hoc eñi propter nos fieri voluit benignissimus Ihesus) nõ seipsum glorificauit (vt
scriptura ait) sed qui locutus est ad eũ / tu es sacerdos in eternũ secundũ ordinem melchise-
dech. Quocirca et ip̃e discipulos ad sacerdotalẽ functionẽ promouẽs et quidẽ cũ esset my
M steriorũ princeps (quippe cum deus) ad patrẽ tamẽ sanctissimũ / diuinũqꝫ spiritum: huius-
modi cõsummationis officiũ refert / discipulos (vt legimus) admonens ne ab hierusalem
discederẽt / sed expectarẽt promissionẽ patris quam audistis ex me: quia vos baptisabimi-
N ni in spiritu sancto. Cum ip̃e quoqꝫ supremus discipulus cum equali sibi sacerdotali deca-
de ad sacrũ duodenariũ discipuloꝝ numerũ perficiendũ esset progressus: deo reuerenter
electionis permisit munus / ostende inquiens quem elegeris. cumqꝫ quem diuina declara-
uerat sors: in duodenarium suffecit sacratissimũ numerum. Porro de sorte illa diuina (que
matthie diuinitus obtigit) alii quidem alia sensere: meo iudicio nõ recte. aperiam autem et
ipse quid sentiam. Videtur michi scriptura sortem appellasse / diuini quiddam et precipui
numeris: per quod illi choro sacratissimo insinuaretur / qui esset diuina electione declara-
tus. oportet enim pontificem sanctum non motu proprio sacerdotales ordinationes con-
O ficere: sed sub deo agente / has pontificaliter / celestiqꝫ celebrare mundicia. ¶ Illa vero sa-
97 lutatio que in fine cõsecrationis offertur: sacrum aliquid innuit. Cuncti eñi qui astant ex sa
cris ordinibus / ipseqꝫ qui cõsecrauit presul: ita cõsummatũ salutãt. Postqꝫ eñi sacerdotali
bus intelligẽtiis atqꝫ virtutibus / diuinaqꝫ vocatione / ꝛ sãctimonia ad sacerdotalis officii
cõsummationẽ peruenerit sacratior animus: amabilis est equalibus et sacrosanctis ordini
bus. atqꝫ ad excellentẽ peruectus pulchritudinẽ: amat et ip̃e sibi similes spiritus / ꝛ ab ipsis
vicissim eque diligit̃. Eius rei gratia: consalutatio illa sacerdotalis adinuicẽ celebrat̃: per
quam signat̃ equaliũ spirituũ sãcta societas / mutuaqꝫ ꝛ iucũda leticia: vt pote diuinã pul-
chritudinẽ per sacerdotales formas integerrime seruãs. Ista igit̃ (vt dixi) cõmunia sũt to
98 tius sacerdotalis cõsummationis. ¶ Habet vero põtifex: peculiarẽ euangeliorũ supra ca-
put impositionẽ. Quia eñi cõsummatrix totius sacerdotij virtus atqꝫ scientia / sãctis presu
libus a diuina et ꝑfectionis autore bonitate clemẽter indulta est: cõgrue tradita diuinitus
eloquia sacrãdorũ presulũ capitibus ĩponũtur. quibus cõtinet̃ ac scite exponit̃ theologia
oĩs / oĩsqꝫ diuina actio et dei apparitio: sacra itẽ elocutio / et operatio. atqꝫ (vt breuiter dixe-
rim) diuina oĩa ꝛ sacra opera atqꝫ verba: q̃ a bñfica deitate nr̃e functioni indulta sũt. quasi

Quid acces-sus ad sãctũ altare ꝛ positio genuum.

Quid ponti-ficalis supra caput man⁹ impositio.

Quid crucis viuifice ĩpres-sio.

Quid nomi-nis cõsecrati predicatio.

Quid conse-cratorum in osculo consa-lutatio.

Quid sup ca-put põtificis euãgeliorum impositio.

profecto sanctissimus presul: sacratioris virtutis omnis sit futurus particeps. omniumq;
sacrarum eruditionũ atq; actionum veram/traditamq; diuinitus scientiã/ non solum per=
cepturus: verum aliis quoq; pontificali ratione traditurus. exactissimisq; notionibus atq;
promotionibus altissimis/ sacerdotaliter cõsummaturus omnia: que ad totius nostri pon
Quid sacer= dotũ peculia ris preter mi nistrorũ ordi nem: amboꝝ genuũ posi= tio ministroꝝ vero vni⁹ tã= tum.
tificii perfectionẽ tendunt. ⁋ Enimuero sacerdotibus amboꝝ positio genuum peculiaris
est preter ministrorũ ordinem/ qui vnum tantũ curuant genu: atq; hoc a pontificali conse=
cratione non discrepãs. Itaq; curuatio genuum subiectũ accedentis signat accessum: per
quem subiicit deo quod sacratius est adductũ. Quoniã vero (vt sepius diximus) tres sa=
cre exigentium ordines per tres itidem sanctissimas actiones atq; virtutes tribus initian=
dorum ordinibus presunt/ salubremq; illorũ sub iuga diuina accessum molliuntur: merito
ministrorũ ordo (vt solum purgans) vnũ efficit eorum qui purgãtur accessum/ eos diuino
altari subiiciẽs. quippe in quo purgãdi spiritus: altissimo litentur more. Sacerdotes autẽ
vtrũq; genu curuant: a quibus qui sacre offerũtur non solum purgãtur/ verum etiã liqui=
dissimis eorum ministeriis (purgata per excellentẽ intelligentiã vita) in contẽplationis ha
bitum/ atq; virtutẽ sacerdotaliter cõsummantur. At vero pontifex vtroq; posito genu supra
caput habet euãgelia: qui eos (quos ministrorum purgauit virtus: sacerdotalisq; functio
illuminauit) ad eoꝝ que conspexere sacrorũ pro modo cuiusq; scientiã/ pontificio munere
prouehit. perficitq; per illam accedentes: vt pro captu suo integre dicentur deo.

⁋ Tertie partis quinti capitis scholia.

⁋ Uerum afflatu dei: quo in oĩbus sacris officiis agitur. Agitur/ mouetur/ ac ducitur. I

Exodus. 29. ⁋ Ita Moses legaliũ ceremoniarũ promotor. Exodus cap. vicesimo nono ait deus ad K
moysem. Cũq; laueris patrẽ cum filiis suis aqua/ indues aaron vestimẽtis suis id est linea
et tunica et superhumerali et rationali/ quod constringes baltheo. et pones thyaram in ca=
pite eius et oleum vnctionis fundens super caput eius: atq; hoc ritu cõsecrabitur.

Joannes. 8. ⁋ Nõ seipsum glorificauit vt scriptura ait: sed qui locutus est ad eũ. Joãnes cap. octauo L
Si ego glorifico meipsum: gloria mea nichil est. est pater meus qui glorificat me: quẽ vos
dicitis/ quia deus noster est. et non cognouistis eum. ego autẽ cognoui eum. Et psalmus
Psalm⁹ 109 centesimus nonus. Tecum principium in die virtutis tue: in splendoribus sanctoꝝ ex vte
ro ante luciferum genui te. iurauit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ
secũdũ ordinem Melchisedech.

⁋ Ad patrem tamen sanctissimũ/ diuinumq; spiritum huiusmodi cõsummationis officiũ M
Actuum. 1. refert. Actus apostolorũ cap. primo. Per dies quadraginta apparens/ ꝛ loquẽs de regno
dei: et conuescens precepit eis/ ab hierosolymis ne discederent/ sed expectarent promissio=
nem patris quam audistis per os meum. quia ioannes quidem baptisauit aqua: vos autẽ
baptisabimini spiritu sancto non post multos hos dies.

⁋ Cũ ipse quoq; supremus discipulus cũ equali sibi sacerdotali decade. Supremus disci N
pulus/ petrus. Decas/ denarius numerus: qui erãt ioannes/ iacobus/ andreas/ philippus/
thomas/ bartholomeus/ mattheus/ iacobus alphei/ simon zelotes/ et iudas thadeus.
Actuum. 1. Actus apostoloꝝ cap. prĩo. Et statuerunt duos ioseph qui vocabatur barnabas/ q̃ cognomi
natus est iustus/ et matthiã. Et orãtes dixerũt. tu dñe qui corda nosti oĩm: ostẽde quẽ elege
ris ex his duobus/ vnũ accipere locũ ministerij hui⁹/ et apostolatus. de quo preuaricatus
est iudas: vt abiret in locũ suũ. et dederũt sortes eis: et cecidit sors sup matthiã/ et annume
Diue sortes. ratus est cum vndecim apostolis. Et vt que diuine sortes sint apertius intelligam⁹: nume=
Numeri. 17. ri cap. decio septio intelligimus tribus israel virgas suas in sortes dedisse. vt qui electus a
deo esset sacerdos: declararetur. sors aũt sup aaron cecidit: cui⁹ sola virga turgẽtibus gẽmis
Judicum. 6. effloruit. Et sortẽ petit diuinã Gedeon: iudicũ cap. sexto. Si saluũ facis (inquit) per manũ
meam populũ israel sicut locutus es/ ponã hoc vellus lane in area: si ros in solo vellere fue
rit/ et in omni terra siccitas: sciã q per manũ meã sicut locut⁹ es liberabis israel. factũq; est
ita. et de nocte cõsurgẽs: expresso vellere cõcam rore impleuit. dixit rursus ad dñm. ne ira=
scatur furor tuus cõtra me: si adhuc semel tẽtauero/ signũ petens. oro vt solũ vellus siccum

sit:et omnis terra roze madens.fecitqȝ dñs nocte illa vt postulauerat:et fuit siccitas in solo vellere:et ros in omni terra.Et cap.decimo octauo tertij regũ sortes per heliam prophetã 3.Regũ.18.
date sunt:vt cognosceret ne ipse an sacerdotes baal veri dei essent prophete/veriqȝ dei sacerdotes.Dentur nobis(inquit)duo boues.et illi eligant sibi bouẽ vnũ:et in frusta cedentes ponãt sup ligna/ignẽ autẽ nõ supponãt.Et ego faciã bouem alterũ:et imponã super ligna:ignẽ autẽ nõ supponã.inuocate noĩa deorũ vestrorũ/et ego inuocabo nomẽ dei mei:et deus qui exaudierit per ignẽ/ipse sit deus.Respõdens oĩs populus ait:optima propositio quã locutus est Helias.Clamauerũt sacerdotes baal/de mane vsqȝ post meridiẽ cultris et lanceolis(donec perfunderẽtur sanguine)se incidẽtes:dicẽtes baal exaudi nos. nec audiebatur vox:nec aliquis respõdebat/nec attendebat orãtes.Accedẽs autẽ Helias pphe ta ait:dñe deus abraam et isaac et israel/ostẽde hodie quia tu es deus israel/ et ego seruus tuus.et iuxta preceptũ tuũ feci oĩa verba hec.exaudi me dñe/exaudi me:vt discat populus iste:quia tu es dñs deus/et tu cõuertisti cor eorũ iterum.Cecidit autẽ ignis dñi/et vorauit holocaustum/et ligna et lapides:puluerẽ quoqȝ/et aquã(que erat in aque ductu)lambẽs. Quod cum vidisset oĩs populus/cecidit in faciẽ suam et ait:dñs ipse est deus/dñs ipse est deus.Ex his itaqȝ cognosci promptũ est diuinã sortẽ non esse nisi quoddã petitum ⁊ diuinitus ostẽsum signũ:diuinã voluntatẽ declarãs/et humane fragilitatis deo reuerẽter arbitrium cõmittẽtis ambiguitatẽ tollens.quod et paulo vlterius sacratus pater confirmat.


O ¶Sed sub deo agente has põtificaliter/celestiqȝ celebrare mundicia.Agente/agitante/suggerente/mouente.

P ¶Tres sacre exigentiũ ordines:per tres itidem sanctissimas actiones/atqȝ virtutes.Exigentiũ/promouẽtiũ/eleuantiũ et perficientiũ.tres enĩ exigẽtes pmouẽtesqȝ ordines sunt:minister/sacerdos/põtifex.Per tres actiones et virtutes:purgationẽ/illuminationẽ/perfectionẽ.Tribus initiãdorũ ordinibꝰ:purgãdis/illuminãdis/perficiẽdis.Purgãdi quidẽ sunt:cũciendi.illuminãdi:plebs sancta.perficiẽdi:monachi.Et id amplius paulopost cognoscetur.et qui obseruat que pius pater exsequit̃ ad formã viuit angelicã.qui vero negligit:imitationẽ interturbat et cõfundit.ordo enĩ et distinctio diuinũ est:inordinatio vero et confusio peruersum.quo pacto igit̃ deo placiturũ existimari potest:quod peruersum est? Et qui hoc sane intelligit:intelliget pfecto cur Remũdus pius eremita differẽtiã vnũ diui Remundus eremita.
norũ principiorũ ponat:et inter diuinas annumeret dignitates.⁊vtinã cognoscerẽt homines:ꝙ cõfusio noxia est.et quãta in cõfusione positus est mundus:que regionis est opace atqȝ tenebrarũ.vt ordinẽ et distinctionem lucide regionis/in suam reuocarẽt dignitatẽ:et omnia extra confusionis chaos in sua pulchritudine reuelatis aspicerent oculis.

¶De initiandis ordinibus. Pars prima.Cap.VI.

V ¶ Ista deniq₃ non ignorātes theologi: ipsam et vt carentē noīe et ex omni noīe celebrant. Theologi, ꝓphete. De iacob nomen dei inquirēte Genesis cap. tricesimo secūdo. Interrogauit eū Jacob: dic michi quo appellaris noīe? Respōdit: cur queris nomē meū quod est mirabile. Et iudicū decimo tertio. Et nesciebat Manue q̄ angelus dñi esset. dixitq₃ ad eū: quod est tibi nomē? vt si sermo tuus fuerit expletus honoremus te. cui ille respōdit: cur queris nomen meū quod est mirabile. Ubi angeli legatione diuina, in mysteriis ad humanos functi: loquuntur in persona mittentis nomina dei, ego sum qui sum, qui est, quod est mirabile, et similia. Genesis. 32. Judicum. 13.

X ¶ Cum ipsum rursus inducūt dicētem ego sum qui sum vita, lux, deus, veritas. Ego sum qui sum. Exodus cap. tertio. Si dixerint michi, quod est nomen eius: quid dicā eis? Dixit dñs ad moysem: ego sum qui sum. sic dices ad filios israel: qui est misit me ad vos. Et cap. eodē pauloante. Ego sum deus patris tui deus Abraā, deus Jsaac, et deus Jacob. Uita et veritas. Joannes cap. decimo quarto. Ego sum via, veritas, et vita. Lux. Joānes cap. octauo. Ego sum lux mūdi: qui sequit̄ me nō ambulat in tenebris, sed habebit lumē vite. Et cap. duodecimo. Ego lux in mūdū veni: vt oīs qui credit in me, in tenebris nō maneat. Et nisi magis onerosum q̄ necessariū esse videret̄: reliqua dei noīa que cōsequenter exprimit sapiētia, mens, verbū, oēs thesauros sapientie et scientie abscōditos in se habens, virtus, potens, rex regum, et quecq₃ sequētia: ex sacrarū litterarū autoritate suis locis fuissent restituta. Sed fortasse hec restituēdi exercitatio aliis prodesse valebit: neq₃ inutilis aliis erit hic occupationis labor. Exodus. 3. Joannes. 14. Joannes. 8. Joannes. 12.

Y ¶ Juxta scripture fidē: sit omnia in oībus. Paulus prima ad corinthios epistola. cap. decimo quinto. Cum autē subiecta fuerint illi oīa: tunc et ipse filius subiectus erit illi, qui subiecit sibi omnia. vt sit deus omnia in omnibus. 1. ad Cori. 15

Z ¶ Ex absolutis omniū, seu singularibus prouidētiis. Absolutis, cōpletis, perfectis.

Z ¶ De quibus in significatiua theologia pro viribus disseremus. Js liber symbolice, significatiueq₃ theologie non habet̄: deus benignitate sua reparet.

¶ De coniuncta ⁊ discreta theologia, et quenam sit diuina coniunctio, atq₃ discretio. Pars prima. Cap. II.

15 Diuinam totā substantiā quicquid illa est: ipsa bonitas diffinire atq₃ aperire a sacris eloquiis dicit̄: quid eni aliud ex sancto euāgelio discimus, cum deū ipsū ait exponendo dixisse: quid me interrogas de bono? nemo bonus: nisi solus deus. Hoc sane et in aliis locis discussum a nobis ac demonstratū est: vt oēs semp deo digne denominationes, nō per partes sed in tota ac perfecta atq₃ integra et plena deitate a scripturis sanctis celebrātur, oēs ipse indiuidue, absolute preter omnē obseruationē: integre tota Bonitas In libro hypotyposeon

A B C

Nomina dei. Bonũ / Qui sum / Qui est / Ens / Vita / Dñs / Pulchritudo / Sapientia. / Lux / Deificum / Causa

Cõiuncta Sup̄bonũ / Sup̄diuinũ / Sup̄substantiale / Sup̄uiuens. / Sup̄sapiẽs. / Bonitas / pulchritudo. / Essentia / Viuificatio / Sapientia

Discreta. Pater / Filius / Spũssãctus / Deꝰ icarnatꝰ / De spiritusãcto conceptꝰ / De v̄gine natꝰ / Deꝰ in mũdo visus et cum hoĩbus ꝯuersatus. / Passus. / morte mortẽ destruẽs et inferna spolians / Resurgens / Ad celos ascẽdẽs. / Sedẽs ĩ dextera patris.

integritate/exactissime/totiusqꝫ deitatis intenduntur.deniqꝫ sicuti in theologicis institutio-
nibus admonuimus:nisi quis hoc de tota deitate accipiat dictũ/blasphemare ac scindere
nefario scelere presumit cõiunctã supreme vnitatẽ.Dicendũ itaqꝫ hoc de tota deitate opor
tere accipi.namqꝫ vt verbũ quoqꝫ ipsum natura bonũ/ait:ego bonus sum.et quidã ex pro- D
phetis diuinitus afflatus predicat spiritũ bonũ et illud rursus ego sum qui sum: nisi de to
ta dictũ deitate sentiat/et vna tantũ ex parte nitantur circunscribere:quomõ illud intelligẽt/
hec dicit qui est/qui erat/qui vẽturus est omnipotẽs:et illud tu autẽ idẽ ipse es:⁊ illud spi-
ritus veritatis qui est:qui a patre ꝓcedit. Et nisi totã esse dicãt vitalẽ vitã:quomodo verũ E
est verbũ sacrum quod ait/sicut pater suscitat mortuos et viuificat: ita et filius quos vult
viuificat.et illud spiritus est qui viuificat.Ceterũ ꝙ dominatũ quoqꝫ omniũ habeat tota di
uinitas:de patris quidẽ fecunda deitate/vel filij dici non potest(vt reor):ꝙ multis in locis F
diuinarũ scripturarũ de patre ⁊ filio legitur/dñs:sed et dñs spiritus est.pulchritudo quoqꝫ
et sapiẽtia in deitate/celebratur.et lux itidem/et deificum/et causa/et oĩa que totius deitatis
sunt:a sanctis litteris in totius deitatis laudes assumuntur. ¶ Cõplexiue quidẽ vt cum di- G
citur oĩa ex deo: diffusius vero cũ dixerit quispiam:oĩa per ipsum/⁊ in ipso condita sunt:et 16
in ipso cõsistunt vniuersa.et illud emittes spiritũ tuũ et creabũtur.Et vt perstringam breui
ter diuinũ ipsum ait verbũ:ego et pater vnũ sumus.et oĩa que habet pater:mea sunt:⁊ oĩa
mea tua sunt:et tua mea.Et rursus queqꝫ patris et ipsius sunt:diuino quoqꝫ spiritui socia-
liter/et cõiuncte applicat.vt diuinas operationes/venerationẽ principalẽ/⁊ indeficientem
causam/ac distributionẽ celestiũ munerũ.neminemqꝫ arbitror ex iis qui ĩ diuinis eloquiis
rectissima/piaqꝫ intelligẽtia sunt enutriti:huic sententie contradicturũ/ꝙ diuina oĩa iuxta
exactissimã rationẽ toti diuinitati insunt.his igitur breuiter hic et ex parte/aliis vero in locis H
satis de scripturis ostensis/ac definitis:quãlibet explicare nitamur integrã dei nominatio-
nem/ipsa in tota deitate sumẽda est. ¶ Qđ et si quis dixerit confusionẽ nos cõtra sacratissi 17
mam personarũ distinctionẽ hac ratione introducere:is nostro iudicio se vera ꝓsequi per-
suadere nunqꝫ poterit. Nam siquidẽ est qui omnino sacris scripturis resistat: longe omni-
no aberit et a philosophia nostra. ac nisi illi cure sit diuina sanctarũ litterarũ sapiẽtia:quo-
modo nobis erit cure ipsum ad castissimorũ eloquiorũ scientiã adducere? Sin vero scriptu
re sancte veritatẽ intuetur:ista nos quoqꝫ regula et luce freti/ad rationẽ pro viribus redden-
dam nusqꝫ declinando pergemus. Illud ante oĩa dicentes/vt scriptura sacra alia cõiuncte
tradit:alia discrete.et neqꝫ cõiuncta dirimere neqꝫ discreta cõfundere fas est: sed ipsam se-
quendo (quãtum vires suppetunt) ad diuine lucis radios aspirare nos cõuenit ⁊ subinde di-
uinas percipiẽtes interpretationes veluti regulã quandã preclaram veritatis:que ibi con
dita sunt seruare in nobis ipsis/nichil addẽdo/nichil minuendo/nichil peruertendo cura
mus/intra sanctarũ litterarũ presidium nos cõtinentes:a quibus vt seruemur (dum ea ser
uamus) robur accipimus. ¶ Atqui coniuncta quidẽ totius deitatis sunt (vt in theologicis 18
institutionibus latius de scripturis sanctis ostẽdimus) quod supra bonitatẽ/supra deitatẽ
supra substantiã/supra vitã/supra sapientiã sit:⁊ queqꝫ eminẽtissime priuationis sunt.qui-
bus et causalia oĩa adiiciuntur bonitas scilicet/pulchritudo/essentia/viuificatio/sapientia.et
quodlibet ex ipsius benignissimis donis:bonorũ omniũ causa denominatur. Porro discreta
sunt patris supersubstãtiale nomẽ et persona/filiiqꝫ ac sancti spiritus:cũ nulla in his cõuer
sio/aut omnino cõmunitas inducatur.est preterea discreta ihesu ex nobis sumpta ꝑfecta im-
mutabilisqꝫ substãtia ⁊ queqꝫ sunt assumpte carnis substãtialia sacramenta. ¶ Est autẽ (vt 19
reor) cõueniẽs/vt resumẽtes exponamus ꝑfectũ diuine cõiũctionis ac discretionis modũ:
vt sermo oĩs nobis apertus sit/atqꝫ cõspicuus varietatẽ omnẽ/et obscuritatẽ fugiẽs:dum
facile et manifeste/atqꝫ ordinate que sua sunt pro viribus ponit. Aiunt (quod alibi etiã di- I
xi) nostre theologice institutionis preceptores sãcti:cõiunctiones diuinas illius plusqꝫ in-
effabilis/plusqꝫ incognite singularitatis occultas esse/et que nusqꝫ suas prodeãt sacratissi-
mas sedes. Porro discretiones benignissimos deitatis ꝓcessus/expressionesqꝫ diffiniunt.
Et autumãt sanctis inherẽtes eloquiis:et memorate cõiunctionis seorsum/et discretionis

itidē quasdā etiā et cōiunctiones et discretiones proprias esse. puta vnione diuina siue supsubstātiali illo eximio: cōiunctū quidē est vnice trinitati atq̧ cōmune substātia substātiā superās / deitas deitate superior / bonitas eminētissime bona cūcta transiliēs / totius ꝓprietatis idētitas omnia superans / vnitas superprincipalis / ineffabile quod multis vocibus predicatꝛ / ignoratio que per cuncta intelligitꝛ / omniū positio / omniū ablatio / quod positionem omnē ablationēq̧ transcendit / principantiū personarū in se inuicē (si sic dicere expedit) mansio et sedes / integre / et superexcellenti modo coniuncta et nulla ex parte confusa. quēadmodum cereorū lumina (vt sensibilibus ac familiaribus vtamur exemplis) in domo vna cum sint: et tota in totis mutuo sunt. et integra tamen atq̧ perfecta et ab seinuicē discretione separantꝛ: discretione coniuncta / et cōiunctione discreta. Manuductio luminarium

20 ¶ Deniq̧ cernimus in domo plurimis tedis illustri: ad vnū quoddā lumen cōiungi omnia lumina / fulgorēq̧ vnū indiscretum / indiuiduūq̧ preferre. Neq̧ reor posset quispiā huius facis lumen ab aliis ex aere lumina cuncta continente distinguere / et alterū sine altero cernere / cū tota in totis mere cōmixta sint. Uerū et si qui facē vnā tecto subducat: oīs quoq̧ ipsius lux vna exibit nichilq̧ secū ex luminibus reliquis subtrahet vel ex suo ceteris linquet. Erat eni illi (vt dixi) omniū ad omnia exacta cōiunctio mera penitus / et nulla ex parte confusa idq̧ cum esset lumē in corpore aere et ex materiali igne penderet. Supersubstantialē itaq̧ cōiunctionē illam lon

K ge eminere dicimus: nō modo corporalibus cōiunctionibus verū et aialibus / ꝛ spiritalibꝰ ipsis: quas habent impermixte et supra mundanū modū tota in totis diuina effigie predita supercelestia lumina / participatione excellentissime cunctisq̧ eminentis vnionis pro captu suo cuiq̧ indulta.

21 ¶ Est autē et discretio in supremis diuinis eloquiis non ea (quā dixi solum ꝙ scdm ipsam vnionē quelibet principantiū personarū impermixta atq̧ inconfusa firmitate nitatꝛ) sed quia ineffabilis quoq̧ diuine fecunditatis ratione adinuicem nequaq̧ conuertuntꝛ. solusq̧ fons supersubstantialis deitatis est pater cum non sit filius pater / neq̧ pater filius sit. seruant autē diuine laudes / honestissime: proprietates suas cuiq̧ diuinarū personarū. Iste quidem sunt iuxta ineffabilē cōiunctionem ac substantiam: cōiunctiones / ac discretiones.

22 ¶ Si vero diuina quoq̧ discretio est benignissimus ille cōiunctionis diuine processus / excellenti vnitate se ipsam propagantis ac multiplicantis: cōiuncte quidē sūt

L iuxta diuine discretionis legem / absolute comunicationes substantie / vite / sapientieq̧ traditiones / et alia munera omniū autoris bonitatis secundū que ex participationibus ꝛ ex participantibus laudantꝛ: que sine participatione participando sumuntꝛ. Et istud cōmune et cōiunctū atq̧ vnū est toti bonitati: ꝙ ipsa omnis tota ab vnoquoq̧ participante sumitur ꝛ a nemine vlla ex parte percipitꝛ. non secus ac centrū punctū scalicet in medio circuli: ab omnibus circūpositis rectis lineis. ac veluti sigilli formationes plurime primitiui sigilli participes sunt / ꝛ in singulis totū atq̧ idē est: et in nulla / vlla ex parte est. Supereminet his quoq̧ autoris omnium deitatis incomunicabile illud: ꝙ neq̧ tactus / eius sit / neq̧ alia aliqua (ad ea que participāt) cōmixta societas. Manuductio circuli et sigilli.

23 ¶ Enīuero dixerit quispiā: sigillū in oībus formationibus totum / atq̧ idem non est. At qui huius rei non sigillum causa est (totū eni se illud atq̧ idem vnicuiq̧ insinuat) verū participantiū differentia vnius totius / eiusdēq̧ primiti

M ue forme dissimiles reddit effigies. Ac siquidē subiecta sint mollia / formatuq̧ facilia / et leuia suscipiendisq̧ lineamentis idonea / nō reluctantia / nec dura / neq̧ fluxa / et inconstantia: figurā nitidā / et apertā / permanentēq̧ habitura sūt. sin vero aliquid ex iis (que diximus idonea) desideretꝛ: ea in primis causa erit vt et forma archetypo minime congruat / et obscura sit. aliaq̧ (quecūq̧ ea sint) ex habilitate participationi minus idonea fiunt.

24 ¶ Discretū est autē a diuinis operibus in nos benigne manantibus: ꝙ scdm nos atq̧ ex nobis integre et vere substantiā sūpsit supersubstantiale verbum / eaq̧ et gessit et pertulit que sunt humane ipsius assumptionis electa / atq̧ precipua. his eni neq̧ pater neq̧ spiritus vlla ratione comunicat: nisi forte quis asserat benignitate / clementiaq̧ / et comunione voluntatis atq̧ in omni supereminentissima et ineffabili operatione diuina (quā homo pro nobis factus adimpleuit imutabilis profecto deus / et dei verbum) illos quoq̧ accesisse consortes. In hūc

nos modũ diuina et cõnectere ⁊ distinguere oratione studemus: sicuti diuina ipsa et cõiun
cta profecto et discreta sunt. ¶ Verũ enĩ harũ nos cõiunctionũ ac discretionũ quascũq; in 25
Liber hypotyposeon. sanctis litteris deo dignas inuenimus causas: in theologicis institutionibus seorsũ de sin
gulis differentes (vt licuit) exposuimus. alia quidẽ vera ratione enodantes, atq; explican-
tes, expiatumq; et tranquillũ animũ perlucidis scripturarũ intelligentiis admouentes: ali
is vero vt mysticis ex traditione diuina supra intellectualẽ operationẽ intendentes. diuina
sane omnia et que nobis enodata patuere: solis participationibus noscunt̃. Porro ipsa
cuiusmodi in suo principio, suaq; sede sint: nullus sensus attingit, nulla substãtia, nullaq;
scientia penetrat. deniq; siue supersubstãtiale illud occultum: deum, aut vitã, siue substan-
tiã, seu lucẽ, seu verbũ appellemus: nichil intelligimus aliud q̃ ex eo in nos emanãtes par-
ticipatiões atq; virtutes, quibus assumamur in deũ, et que nobis vel substantiã, vel vitam,
vel sapientiã largiant̃. enĩuero secreto illi omnibus feriati et absoluti spiritalibus actioni-
bus congredimur: nullã aspicientes deificentiã, seu vitã seu substantiã que per omnia simi-
lis sit cause illi, cũctis per omnẽ excellentiã eminenti. ¶ Rursus q̃ primordialis et fontana 26
sit deitas pater: filius vero et spiritus sãctus fecunde deitatis (si fas est dicere) germina plã A
tata diuinitus, et veluti flores ac supersubstantialia lumina a scripturis sanctis accepimus
Quonã vero modo ista sint: neq; eloqui, neq; intelligere possumus. Sed hactenus omnis
nostri spiritalis operatio progredit̃: q̃ diuina omnis patris ac filij notio, ex transcendente
oĩa patris ac filij principatu, ⁊ nobis ⁊ celestibus est indulta virtutibus. ex quo et dij, ⁊ deo
rum filij, deorũq; patres spiritus diuina effigie insignes: ⁊ fiunt et dicunt̃. eo scilicet patris
ac filij spiritaliter exacto munere: id est incorporaliter non materialiter, intelligibiliter ipso
quidẽ diuino spiritu imateriale omne, ac diuinũ superne eminente. patreq; et filio: ab omni
et patre ⁊ filio diuino patris et filij munere excellenter exceptis. ¶ Neq; enĩ est exacta simi 27
litudo causalibus et causis: sed habent causalia quidẽ causarũ pro viribus impressas ima
gines, cause vero ipse a causalibus excepte emicant sui ratione principij. atq; (vt nostrati-
Manuductiones voluptatum, dolorũ, ignis et vite. bus vtar exemplis) voluptates et dolores vt letemur ac tristemur autores esse dicunt̃: cum
tamen ipsa neq; delectent̃, neq; ãgant̃. Ignis quoq; cũ calefaciat et vrat: neq; vri neq; ca-
lefieri dicit̃. Et si quis vitam viuere, aut illuminari lucẽ dicat: meo quidẽ iudicio non recte
loquit̃, nisi forte per aliũ hec dixerit modũ, q̃ affluenter, ac substantifice que causaliũ sunt
causis preindita sint. ¶ Imo et qd theologie totius vel euidẽtissimũ est: ipsa Jhesu in car 28
ne apparitio ⁊ ineffabilis est sermone omni, ⁊ omni ignota intelligẽtie: ipsi quoq; antiquis O
simorũ angelorũ primati non cognita. Et quidẽ q̃ virilẽ substantiã assumpserit: in sacramẽ
tis accepimus. Ignoramus autẽ quomodo ex virgineis sãguinibus altero q̃ naturali iu-
re formatus est: quoue pacto siccis pedibus corporale pondus habentibus materieq; gra
uitatẽ: liquidam perambulauit, instabilẽq; substantiã. et alia queq; excellentẽ Jhesu natu- 29
ram signant. ¶ Ista et nos alibi satis tractauimus: et ab inclyto preceptore nostro in ip- P
sius theologicis elementis celebrata sunt sublimiter penitus. que ille siue a theologis san-
ctis accepit, siue etiã ex solerti scripturarũ indagine cõprehendit longo exercitio ac tempo
re, siue aliqua sacratiore inspiratione perdidicit: nõ modo discendo assecutus verũ etiã pa-
tiendo diuina, atq; ex passionis ad ea societate (si dici liceat) ad indocibilẽ eorũ, mysticãq;
vnionẽ, ac fidem cõsũmatus. Et vt plurimas, beatissimasq; intelligentias preclare ipsius
mentis, paucis apponamus: hec de Jhesu in collectis ab eo theologicis elementis ait.

¶ Secundi capitis prime partis scholia.

Mathe⁹. 19. ¶ Quid enĩ aliud ex sancto euangelio discimus. Id modo ex Matthei cap. decimo nono A
Lucas. 18. in precedentis capitis scholiis adductũ est. Et Lucas cap. decimo octauo. Quid me dicis
bonum? nemo bonus nisi solus deus.

¶ Hoc sane et in aliis locis discussum a nobis, ac demonstratum est. In aliis locis, in libro B
hypotyposeon: qui vt dictum est non habetur.

¶ Absolute preter omnẽ obseruationẽ. Preter, supra. C

Matthe⁹. 20 ¶ Namq; vt verbũ quoq; ipsũ natura bonũ ait. Mattheus cap. vicesimo in parabola ope D

rantiū in vinea de seipso qui primo mane a sūmo patre exiit in hunc mundū operarios vince (que fidelis ecclesia est) conducere. An oculus tuus inquit nequā est: quia ego bonus sum. Neemie cap. nono. Et spiritū tuū bonū dedisti: qui doceret eos. Exodus cap. tertio. Ego sum qui sum. Apocalypsis cap. primo. Ego sum alpha et o principiū et finis: dicit dominus deus qui est / et qui erat / et qui venturus est oīpotens. Psalmus centesimus prim⁹. Tu autē idē ipse es: et anni tui non deficient. Et ioannes cap. decimo quinto. Cū autē venerit paracletus (quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis: qui a patre procedit) ille testimoniū perhibebit de me. Neemie.9. Exodus.3. Apocalyp.1. Psalm⁹.101 Joannes.15.

E ¶ Quo modo verū est verbū sacrū quod ait: sicut pater suscitat mortuos / et viuificat. Joannes cap. quinto. Pater enī diligit filiū: et omnia demonstrat ei / que ipse facit. et maiora his demonstrabit ei opera: vt vos miremini. sicut enī pater suscitat mortuos / ꝛ viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Et idē cap. sexto. Spiritus est qui viuificat: caro nō ꝓdest q̄cq̄. Joannes.5. Joannes 6.

F ¶ Qꝫ multis in locis diuinarū scripturarū de patre ꝛ filio legiť dn̄s. Psalmus centesimus nonus. Dixit dn̄s dn̄o meo: sede a dextris meis. Ubi primo loco dn̄s nomen patris est: et secūdo loco nomē filij. Et esaias cap. decimo sexto. Emitte dn̄e agnū dn̄atorē terre. dn̄s nomen patris est. Et cap. quadragesimo tertio. Hec dicit dn̄s redemptor vester / sanctus israel. dn̄s nomen filij est. Et operosum nimis esset: quotiens dominus pro patre / ꝛ quotiens pro filio dicatur: ex sacris litteris colligere. Psalm⁹ 109 Esaias.16. Esaias.43.

G ¶ Cōplexiue quidē: vt cū diciť omnia ex deo. Actus apostolorū cap. decimo septimo. Deus qui fecit mundū et omnia. Et cōplexiue / sūmatimq̄ diciť: quod eque ad tres sūme diuinitatis personas absq̄ vlla diuinarū personarū ineffabilis discretionis expressione attinet. diffuse vero atq̄ discrete cū personaꝝ discretio inuiť. Paulus ad romanos cap. vndecimo Quoniā ex ipso et per ipsū et in ipso sūt omnia. vbi ex ipso ad patrē: per ipsū ad filium: ꝛ in ipso ad spiritū sanctū discretionis expressionē preferūt. Psalmus cētesimus tertius. Emitte spiritū tuū et creabunť: et renouabis faciē terre. sit gloria dn̄i in seculū: letabitur dn̄s in oībus operibus suis. Ubi de solo spiritu discrete: et de patre et filio cōplexiue. et Joannes cap. decimo. Pater meus quod dedit michi: maius oībus est. et nemo potest rapere de manu patris mei. ego et pater vnū sumus. ecce discretiue de patre et filio: et cōplexiue de spiritu sancto / qui cū patre et filio vnū est. Et cap. decimo septimo. Non pro mundo rogo: sed pro iis quos dedisti michi. quia tui sunt. et mea omnia tua sunt / et tua mea sunt: et clarificatus sum in eis. Actuum.17. Ad roma.11. Psalm⁹.103 Joannes.10 Joannes.17

H ¶ Aliis vero in locis satis de scripturis ostensis. Aliis in locis in libro theologicarū institutionū: qui desiderať. Joānes cap. decimo quarto. Paracletus quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quecūq̄ dixero vobis. et Paulus ad ephesios cap. quarto. Ascendēs in altum / captiuā duxit captiuitatē: dedit dona hoībus Joannes.14 Ad ephe.4.

J ¶ Aiunt (qđ alibi etiā dixi) nostre institutionis preceptores. Alibi / in libro hypotyposeon.

K ¶ Uerū et aīalibus et spiritalib⁹ ipsis. Aīalibus / aīalibus coniunctionibus (aīalibus epithetum ab aīales) hoc est cōiunctionibus animarū.

L ¶ Absolute comunicatione substantie / vite / sapientieq̄ traditiones. Absolute substantie / excepte / incontracte / a nullo prorsusq̄ pendentis. Et ita de vita / sapientia / bonitate / veritate / et potentia: que in discretionibus processibusq̄ incōprehensibiliter cōprehenduntur coīcationes / et rursus in cōiunctionibus sūme et nusq̄ disgredientes vnitiones.

M ¶ Formatuq̄ facilia et leuia / suscipiendisq̄ lineamentis idonea. Leuia / plana: que equali in superficie et nullam in partem subsultante iacet.

N ¶ Si fas est dicere germina plantata diuinitus / et veluti flores / ac supersubstantialia lumina. Esaias cap. sexagesimo. Germen plantationis mee / opus manus mee ad glorificandum. Et cap. sexagesimo primo. Spiritus domini super me: eo q̄ vnxerit me / ad annūciandum mansuetis misit me vt mederer contritis corde. subiūgit in fine. Sicut enī terra / et sicut ortus semen suū germinat: sic dn̄s deus germinabit iustitiā / et laudem coram vniuersis gentibus. Ubi de iustitia eterna (que filius dei est) loqui videtur. Et cap. vndecimo. filius Esaias.60. Esaias.61. Esaias.11.

dei (cuius generatio inenarrabilis est) ab eodẽ ꝓpheta flos appellatur. Et egredietur (inquit) virga de radice iesse / et flos de radice eius ascendet. et requiescet super eũ spiritus dñi: spiritus sapientie et intellectus / spiritus consilij et fortitudinis / spiritus scientie et pietatis / et
Psalm⁹. 131 replebit eũ spiritus timoris dñi. Et de spiritu sãcto. Psalmus cẽtesimus tricesimus prim⁹. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernã Christo meo. inimicos eius induam confusione: super ipsũ autẽ efflorebit sanctificatio mea. Et q̃ dicantur lumina. Psalmus centesim⁹
Psalm⁹. 111. vndecimus. de filio. Exortũ est in tenebris lumen rectis: misericors / et miserator et iustus.
Psalm⁹. 118 De spiritu. Psalmus cẽtesimus decimus octauus. Declaratio sermonũ tuorũ illuminat: et intellectũ dat paruulis. os meũ aperui et attraxi spiritum. Et paulus secunda ad corinthi-
Ad Corin. 3. os epistola cap. tertio. Nos vero reuelata facie gloriã dñi speculantes in eandem imaginẽ trãsformamur a claritate in claritatem tanq̃ a dñi spiritu. Et q̃ he diuine discretiones (siue diuini processus seu germinationes / seu efflorescentie / seu supersubstantiales illuminationes: siue hec diuina generatio illa vero spiratio dicatur) ineloquibiles et inintelligibiles sint
Esaias. 53. Esaias cap. quiquagesimo tertio. Oblatus est quia ipse voluit: et non aperuit os suũ. sicut ouis ad occisionẽ ducetur: et quasi agnus corã tondente se / obmutescet. et nõ aperiet os suũ. de angustia et de iudicio sublatus est. generationẽ eius quis enarrabit? et si processus generationis filij est inenarrabilis: idẽtidẽ profecto et diuini processus amoris / dulcissimiq̃ spiritus / inenarrabilis intelligendus est. Et sũmopere de his altissimis / et viuificãtibus dei nominibus (in quibus sũma illa diuinitas: omnẽ teletã voluit / omnẽq̃ sanctificationẽ perfici) iurgia (que greci merito apora / inutiliaq̃ dicunt) minime suscitari debent. Hec enĩ digniora sunt q̃ que in contentiones / litigiosasq̃ cõtrouersias veniant. sed omni religione in silẽtio (nisi cũ mysteria requirunt: et pia dignorũ / et illis perficiendorũ cura poscit) tam cõiuncta q̃ discreta dei noĩa profunda mente recondenda sunt. et qui ad illa auditores accedunt velut ad eterne vite cibũ: omni cũ humilitate et veneratione accedant necesse est. Q̃ si statim gustare non sufficiunt: nõ insurgant / non cauillentur: ne ex sua ignorãtia quicq̃ indignũ cõtra altissimũ effutiant / et loquantur. sed sue paruitati intelligentie ad presentiã insignioris luminis cecutientis ascribant. Et orandũ est suppliciter illũ oculũ sine diuino auxilio cecutientẽ illuminari: vt viuant eã vitã ad quã regenerati sunt / deũ quanto magis intelligentes tanto magis et venerantes / et amantes. et id ad hos ipsos fines petendũ. Et qui ita non fecerit / et ad hos libros accesserit: apostata est. et nõ modo ad hos: sed ad sacros quosq̃. Dignos igitur deus ad sua spectacula admittat: vanos autẽ / et sue ostẽtationis cupidos / et querentes sapientes videri: haud aliter (q̃ sol adueniens noctis propellit tenebras / et omniũ pariter lucifugorũ oculos) procul arceat / abigat / propellat.

¶ Ipsi quoq̃ antiquissimorũ angelorum primati nõ cognita. Hoc dicit propter principẽ apostasie et defectionis angelorũ: qui primatum excellentissimũ ĩter angelos tenuerat. De
Ezechiel. 28. quo Ezechiel cap. vicesimo octauo. Tu signaculũ similitudinis / plenus sapiẽtia / perfectus decore / in deliciis paradysi dei fuisti. omnis lapis preciosus operimentũ tuũ / sardius / topazius / et iaspis / chrysolithus / et onyx / et beryllus saphyrus / et carbunculus / et smaragdus / aurũ opus decoris tui: et foramina tua in die qua conditus es preparata sũt. tu cherub extentus / et protegens: et posui te in monte sancto dei / in medio lapidũ ignitorũ ambulasti. perfectus in viis tuis a die conditionis tue: donec inuenta est iniquitas in te. in multitudine negociationis tue repleta sunt interiora tua iniquitate / et peccasti: et ejeci te de monte sãcto
Cherub de celo deiect⁹: speculũ regũ ne superbiãt dei. et perdidi o cherub protegens de medio lapidũ ignitorũ. et eleuatũ est cor tuũ in decore tuo: perdidisti sapientiã tuã in decore tuo. in terram proieci te: ante faciẽ regũ dedi te / vt cernerent te. Q̃ dñs noster pedibus super liquidã et instabilem substantiam ambulauerit
Matthe⁹. 14 Mattheus cap. decĩo quarto. Quarta autẽ vigilia noctis / venit ad eos ãbulãs supra mare et videntes eũ supra mare ambulantẽ turbati sũt dicẽtes q̃a phantasma est: et pre timore clamauerũt. statimq̃ ihesus locutus est eis dicẽs: habete fiduciam / ego sum / nolite timere

¶ Et ab inclyto preceptore nostro in ipsius theologicis elementis celebrata sũt. Ab inclyto preceptore nostro / ab egregio et diuino Hierotheo. Et liber diuini hierothei de theolo-

gicis stechiosibus/elementationibusue/aut elemētis:non habetur. vtinam deus secula nostra illa luce dignaretur.

¶ Ex sanctissimi hierothei libro elementorū. Cap. II. Pars scd̄a.

30 Omniū est causa/ cunctaqꝫ replet Jhesu diuinitas:que partes vniuersitati con= Ex libro ste= chioseon bea tissimi hiero thei.
O sonas seruat. et neqꝫ pars/ neqꝫ totū est: et pars est/ et totū. vt que omne/ et partem et totum in seipsa cōprehendat et excellenter habeat/ anteqꝫ habeat. perfecta est quidē/ in īperfectis: vtpote perfectionis princeps. porro inter perfectos imperfecta
N est: quippe que perfectionē excellentia/ temporeqꝫ transcendat. species specifica inter specie carentes: vt speciei autor. specie carens inter species: vtpote speciē superans. substantia omnes substantias sine inquinatione perlustrans: ac supersubstantialiter ab omni excepta substantia. principia omnia/ ordinesqꝫ dissEparans: et supra omne principiū/ ordinēqꝫ locata. mensura est rerū/ et seculū/ ⁊ supra seculū/ ⁊ ante seculū: plena inter egenos/ inter plenos exuberans. ineffabilis/ ineloquibilis supra sensū/ supra vitā/ supra substantiā excellēter habet excellentiā: supersubstantialiterqꝫ substantiā superat. Unde quoniā et vsqꝫ ad nostram naturā per sūmam clementiā venit/ vereqꝫ substantiā nostre carnis accepit: et vir/ sūmus ille deus appellatus est: propicia sint igiť que sensū omnē et sermonē superantia laudanť a nobis. in his quoqꝫ illius excellens ac supersubstantiale eminet: nō modo qua parte īmutabiliter nobis atqꝫ incōfuse comunicauit/ nichil in exuberanti sua plenitudine ex ineffabili exinanitione perpessus. verū quia quod est nouitatū omniū supereminēs nouitas: in naturalibus nostris supra naturā erat/ in iis que sunt nostre substantie supersubstantialis no=
31 stra omnia ex nobis et supra nos excellenter habens. ¶ Sed de his satis: illuc iam vnde ce= Hic finiunt dicta diuini hierothei.
pit recurrat oratio. cōmunia/ atqꝫ cōiuncta diuine discretionis noīa pro viribus explicare pergamus. Atqꝫ vt apertius de oībus deinceps dicēdis ante diffiniamus: discretionē diuinam esse dicimus (vt premissū est) processus benignissimos deitatis. Cū enim iis (que sunt oībus affatim bonorū omniū ꝯsortia largiať et supeffundat: cōiunctim quidē discerniť/ crescit autē singulariter et multiplicať/ neqꝫ vsqꝫ ab vno discedit. Puta quoniā supersubstantialiter ens deus est: et iis (que sunt) esse largiť/ omnesqꝫ producit essentias. vnū illud quod est/ multiplicari diciť: multas ex se producendo substātias. manet autē illud nichilominus et in multiplicatione vnū/ et in processu coniunctū/ atqꝫ in discretione plenū: ꝙ sit substantiis oībus eminenter exceptū/ et singulari productione omniū atqꝫ indiminuta profusione ipsius īdeficientiū munerū. Sed et cū sit vnū/ omniqꝫ parti et toti et vni et multitudini vnius consortiū tradat: vnū similiter est supersubstantialiter/ neqꝫ pars existens multitudinis neqꝫ ex partibus totū. Sicqꝫ nec vnū est/ neqꝫ vnius particeps/ longeqꝫ ab his vnū est: super vnū illud quod in substantiis est. ⁊ multitudo indiuidua inexplebilis/ plusqꝫ plena: om
32 ne vnū multitudinēqꝫ producens/ et perficiens/ et continens. ¶ Rursus ex ipsius deificentia: dum singuli imaginē dei in se nituntť exprimere multi fiunt dij. ac videť esse quidē ⁊ diciť vnius dei discretio/ et multiplicatio. Est autē nichilominus principalis et supremus deus supersubstantialiter vnus deus: in iis que diuisionē admittūt indiuisus penitus sibi ipsi cō=
R iunctus/ ⁊ īpermixtus plurimis/ et qui multiplicari penitus nequeat. Istud mirabiliter profecto intellexit cōmunis et noster ⁊ nostri preceptoris ad diuinā illuminationē eximius ductor/ diuinis in rebus celeberrimus/ lux mundi: hec enī in suis sanctis litteris diuino spiritu afflatus ait. nam siquidē sunt qui dicuntur dij siue in celo siue in terra (sicuti ꝑfecto sunt dij multi/ et dñi multi) sed nobis vnus deus est pater: ex quo omnia/ et nos in ipso. et vnus dominus Jhesus christus: per quē omnia/ et nos per ipsū. porro et in diuinis cōiunctiōes
S discretionibus excellunt ac presunt: et nichilominus post vnius nusqꝫ procedentē/ singularemqꝫ discretionē coniuncta diuina sunt. Istas nos cōmunes atqꝫ coniunctas deitatis totius distinctiones siue benignos processus: ex diuinis nominibus eas in scripturis sanctis exponentibus/ pro viribus laudare conabimur. cū istud (vt predictū est) prius diffinierimꝰ omnē beneficā dei appellationem in quacunqꝫ diuinarum personarum ponatur: absqꝫ obseruatione vlla/ in tota simul accipi trinitate.

¶ Secunde partis secundi capitis scholia.

¶ Species specifica inter specie carentes. Species specifica/ forma formãs/ pulchritudo pulchrificans pulchrũq3 faciens/ et venustas venustifica. Q

¶ Istud mirabiliter profecto intellexit cõmunis et noster ꝛ nostri preceptoris ad diuinam illuminationẽ eximius doctor. Doctor ille cõmunis et diuini Hierothei et beatissimi Dionysij: beatissimus Paulus est. cuius sentẽtia hic ex prima ad corinthios epistola cap. octauo adducitꝰ. Nam et si sunt (inquit) qui dicanꝰ dij siue in celo/ siue in terra (siquidẽ sunt dij multi et domini multi) nobis tamen vnus deus pater: ex quo omnia/ et nos in illo. et vnus dñs ihesus christus: per quẽ omnia/ et nos per ipsum. R

1. ad Corin 8

¶ Porro et in diuinis cõiunctiones discretionibus excellunt ac presunt. Unitiones in diuinis excellunt ac presunt discretionibus et nichilominus post discretiones ipse vnitiones sunt cõiuncte. sic vicissim vnitiones discretionibus et discretiones vnitionibus preesse videnꝰ/ vicissimq3 subesse. attamen et sibiipsis sũme equales sunt. principiũ sunt/ finis sũt mediũ sunt. Patris eni boni in bonũ filiũ est processus/ et potentis in potentẽ/ et veri in verũ filiũ. rursus boni potentis et veri patris et filij: processus est in bonũ potentẽ et verũ spiritũ quẽ appellãt et procedentẽ. Et in his ineffabilibus processionibus: vnũ/ bonũ/ potens/ verũ (que cõmunia et coniuncta sunt noĩa) videnꝰ discretionibus excellere/ atq3 preesse. Sed rursum nõ erit sũme vnũ/ sũme bonũ/ sũme potens/ et sũme verũ: nisi sint ex sũmo gignente genito/ et procedente coniuncta. Eteni infecunda sunt: nisi sit gignens/ et genitu. et imperfecta: nisi sit procedẽs. Et hec tria/ gignens/ genitũ/ et procedẽs: sunt ipsũ sũme vnũ sũme bonũ/ potens/ atq3 verũ. que sine omni cõpositione sũme cõiuncta sũt: et sine quacũq3 diuisione discreta. Et cum ea et eorũ quodq3 intelligimus ex gignente genito/ et procedẽte: discretiones videnꝰ vnitionibus precellere/ atq3 preesse. verũtamẽ cõiuncta omnia inter se cõuertunꝰ: ꝛ cum discretis: et discreta cũ cõiunctis. sed discreta discretis nõ couertuntur. Et proinde cum ipsũ gignens sit ipsũ sũme vnũ/ itidem et genitũ ipsũ sũme vnũ/ et procedens sũme vnũ: sibi inuicem sũme erunt equalia/ imo ipsa sũma equalitas. patet igitur vnitiones discretionibus preesse et subesse videri (que sunt ante omne prius et posterius) nichil aliud esse q̃ in diuinis vnitiones ꝛ discretiones sũme equales esse. Sed de istis ꝛ cõiũctionibus et discretionibus deficiunt verba ad loquendũ/ et mentes ad cõprehendendũ neq3 rationali modo attingunꝰ. Et benedicta sint semp illa que intelligere non sufficimus: sed per piam fidem (que supra intellectũ est) credimus. et scimus quia illa pie credere/ vita eterna est: que in altero digne ea in fide cõsũmatis reuelabiꝰ seculo. S

¶ Que sit orõnis vĩtus/ de btõ hierotheo/ et de reuerẽtia ꝛ cõscriptiõe theologica. Cap. III

a In primũ quidẽ perfectissimã/ omniũq3 dei processuũ iterpretẽ boni appellationem intueamur si placet vbi primũ autorẽ boni/ et supreme bonam trinitatẽ inuocauerimus/ omnes suas benignissime exponẽtẽ prouidentias. oportet enim nos votis in primis ad ipsam veluti bonitatis principẽ prouehi: atq3 e vicino discere benignissima illi insita munera. Nam ipsa quidẽ adest oibus: non autẽ illi assunt omnia. vbi vero ipsam castissimis precibus/ animoq3 purgato ꝛ peruio/ atq3 ad diuinã idoneo cõiunctionem inuocamus: tunc nos quoq3 illi assumus. Ipsa namq3 neq3 in loco sic est vt vsq̃ absit: seu ex aliis ad alia migret. imo etiam in rebus omnibus eam esse dicere: minus est q̃ vt colligatur infinitas illa que sup omnia est/ et cuncta cõprehẽdit. Itaq3 nos ipsos ad celsiorem diuinorũ/ clarissimorũq3 radiorũ contuitũ orationibus in primis cõparamus. ¶ Ueluti si lucidissima catena ex celesti sũmitate suspensa/ ꝛ hucusq3 pertingente: nos semp eam manibus alternis in anteriora porrectis capiamus: trahere quidẽ ipsam videmur/ re autẽ vera non illam ipsi deducimus (quippe quã supra/ infraq3 habeamus presentẽ) sed ipsi magis ad sublimiores illustriũ radiorũ fulgores ꝓmouemur. aut certe queadmodũ si nauim ingressi rudentes ex saxo quodã ad nos vsq3 porrectos teneamus/ quippe quorũ nitamur auxilio: non saxũ ad nos/ sed nos ipsos magis/ nauimq3 ad saxũ promouemus. Sicut ꝛ cõtra/ si qui maritinũ saxum in naui stans percellere pergat: nichil quidem stans et imobile 33 34

Manudnctio de catena nati et rudentibus.

ſa ꝓum violabit/ ſed ſeſe potius ab eo magis arcebit: q̄ꝫtoqꝫ in illud violētius impulerit/ tan
to ab eo lōgius repellet. Quocirca ante omnē actum (ꝛ in theologia maxime) ab oratione
incoandum nobis eſt: nō vt vbiqꝫ et nuſq̄ꝫ preſentē virtutem attrahamus/ ſed vt memoria
53 diuinarū rerum/ atqꝫ inuocationibus piis nos ipſos illi dedamus atqꝫ iungamus. ¶ Atqꝫ
huius rei fortaſſis offerēda ſit ratio: cur cum eximius preceptor noſter hierotheus theolo=
gica elementa mirabiliter ꝑfecto collegerit: nos (quaſi illa non ſufficiāt) et alias alia/ ꝛ pre=
ſens de theologia nūc opus cōſcripſerimus. Nempe eni ſi ille omnes theologicos tracta=
tus deiceps explicare voluiſſet: et expoſitionibꝰ/ vel ſuccinctiſſimis theologie totius ſum=
mam explanaſſet: nunq̄ꝫ nos ad id inſanie vel ſtoliditatis veniſſemus/ vt aut liquidius illo/
ac diuinius arbitraremur eloquia ſacra penetrare poſſe. aut eadem bis dicēdo ſuperfluo:
caſſo labore ſudare vellemus. Preterea magiſtrū noſtrū et amicū violaſſe merito cōuince=
remur: ſi nos poſt beatū paulū/ illius eloquiis imbuti atqꝫ inſtituti: ipſius celeberrimā ꝛ in=
telligentiā/ et expoſitionē nobis ipſis applicare ſtuderemus. Verū quia diuina ille expo=
nens ꝑfecto gnauiter/ et ſcite: breues nobis expoſuit/ cōpēdioſaſqꝫ diffinitiones: et que in
vno multa cōprehēderēt/ precipiēs nobis id ipſū ſtudij/ prout poſſemus. et quicūqꝫ rudiū
adhuc magiſtri aīarū/ ad id nos ſūt adhortati: vt explicare/ et enucleare oratione nobis cō
T grua/ breuia queqꝫ ꝛ ſingularia pergamꝰ: quibꝰ ſūmi illius viri ſpiritalis virtus eniteat. ipe
item ſepenumero nos ad id hortatus es: librūqꝫ ipſū vt excellens quiddā remiſiſti. cū igit̄
A nos quoqꝫ vt perfectorū/ ſeniliūqꝫ ſenſuū magiſtrū iis aſſignamus/ qui celſiora capiūt: ve=
luti ſecūda ſacra eloquia/ et eorū qui a deo vncti ſunt ſequentia. iis vero qui nobis ſimiles
ſunt: nos diuina pro modulo noſtro trademus. Si enim perfectorum eſt ſolidus cibus: eo et
56 alios paſcere quāte perfectionis eſt? ¶ Recte itaqꝫ diximus et hoc: per ſe ipſā diuinorum elo
quiorum apertā ↄtēplationē/ perſpicacēqꝫ ꝛ cōſummatā diſciplinā: ſenilis eſſe virtutis. Por=
X ro ſermonū (qui ad id manuducāt) ſcientiā/ atqꝫ diſciplinā: inferioris meriti preceptoribꝰ/
diſcipuliſqꝫ cōgruere. Atqui id quoqꝫ et quidē diligēter obſeruauimus: vt que diuinus ille
preceptor aperta expoſitione digeſſit: nequaq̄ꝫ attingeremꝰ/ neu eadē diceremus ad id ex=
57 planandū/ quod de ſcripturis fuiſſet ab eo propoſitū ¶ Naqꝫ et apud ipſos diuino ſpiritu
plenos pōtifices noſtros/ cū et nos (vt noſti) et pleriqꝫ ex ſāctis fratribꝰ noſtris ad cōtuen=
dum corpus illud quod autorē vite/ deūqꝫ ceperat cōueniſſemus (aderat autē et frater dñi
Jacobus/ ꝛ Petrus ſupremū decus ꝛ antiquiſſimū theologicorum columē) vbi poſt cōtuitū
placuit vt infinite potentē diuine infirmitatis bonitatē pōtifices laudarent oēs/ quiſqꝫ pro
5 captu ſuo. Ille deniqꝫ (vt noſti) poſt apoſtolos: oībus aliis laudatoribus/ ſuperior erat/ to
tus excedēs/ totus ſe deſerēs/ ꝛ eorum que laudabat cōſortiū patiēs. ab oībus deniqꝫ a quibꝰ
audiebat̄ et videbat̄ et agnoſcebat̄ et nō agnoſcebat̄ afflatus deo/ diuinuſqꝫ laudator eſſe
iudicatus eſt. ecquid ea tibi referre (que ibi ſacratiſſime ſunt dicta) cōtēdimus? Nempe eni
(niſi mei oblitus ſum) ſcio me ſepius partes quaſdā laudationū illarum diuinarū abs te acce=
58 piſſe/ adeo ſtuduiſti diuina nō perfūctorie in trāſituqꝫ perſequi. ¶ Eniuero vt que illic my=
ſtice ſunt dicta (vt que plurimis nequaq̄ꝫ perceptibilia: tibiqꝫ notiſſima) pretermittamus:
quādo opus erat plurimis noſtre fidei conſortiū tradere/ et q̄ꝫ multos poſſemus ad noſtrā
ſacroſanctā ſcientiā attrahere: multū ille cōpluribus ſanctorū doctorū eminebat: et matu=
riore euo/ ꝛ mūdicia animi/ et demonſtrationū diligētia/ et reliquis inſtitutionibus ſacris.
Nūq̄ꝫ deniqꝫ illuſtriorē ſolē offendimus: cui infigere conaremur obtutus. ita eni nobis ſu=
mus cōſcij/ nec ignoramus: vt neqꝫ ſatis ītelligere (queqꝫ diuinarum ſcripturarum ītelligibilia)
poſſumus: neqꝫ arcana diuine cognitionis edicere/ aut eloqui ſufficimus. lōgeqꝫ a ſanctorum
virorū ſciētia: in exponēda ſcripturarū veritate inferiores ſumus. Ad hoc eni prorſus per
abundantē reuerentiā venimus: vt neqꝫ audire omnino/ neqꝫ dicere aliq̄d de philoſophia
diuina auderemus: niſi id inſediſſet animo/ nō oportere diuinarum rerū ſciētiā pro captu no=
ſtro negligere/ idqꝫ perſuaſiſſent nō modo naturalia ſublimiū animorum deſideria/ amatorie
ſemꝑ ambiētia (quantā capere poſſunt) diuinarū intelligentiā rerū. verum ipſa quoqꝫ pre=
ſtātiſſima legū diuinarū inſtitutio/ que ſupra nos ſūt (vt et que merita excellāt noſtra: ꝛ pe=

De auguſta ꝛ ſacroſancta v̄gine maria

netrari a nobis nequaq possint) iquirere phibēs: oīa vero que permissa nobis / et indulta sunt / intente discere / atq aliis benigne tradere admonēs. his itaq nos etiā obtēperantes ad indagāda pro viribus diuina / nequaq lacessimus / aut trepidam⁹: eosq qui prestātiora q nos nequaq valent intueri / absq auxilio deseri nō tolerātes ad scribēdū descēdimus. nichil quidē noui inferre presumētes: ceterū subtilioribus et per partes singulas appositis disquisitionibus (que cōpēdiose a vere Hierotheo sūt dicta) distinguētes atq exponētes. z

¶ Tertij capitis scholia.

¶ Ipse item sepenumero nos ad id hortatus es: librūq ipsū vt excellēs quiddā remisisti. t
Ipse / tu ipse Timothee. Et hic sermonē suū ad Timotheū cōuertit beatus pater. Librūq ipsū cōpēdiosaꝝ theologicaꝝ diffinitionū / et elemētoꝝ diuini hierothei: vt excellēs quiddā ad me remisisti. vt excellēs quiddā / vt intelligētie tue capacitatē superās / atq excedens.

¶ Ueluti secūda sacra eloquia: et eoꝝ qui a deo vncti sunt sequētia. Prima sacra eloquia: u
sunt scripta pphetarū / et apostoloꝝ vtrūq testamentū cōplectētia. suntq primo in loco et dignitate et autoritate cōstituta. Secūda vero eloquia sacratus pater ponit elemēta theologica diuini hierothei / et secūdo loco prime eloquia apostoloꝝ (qui sūt christi dei / et qui a deo vncti / spiritū sāctū omniū vberrime acceperūt) sequētia. Sua vero scripta beat⁹ pater religiosa humilitate loco quodā longe inferiore collocat. sed verū est eloquiū qd dicit. Qui se humiliat exaltabit. et nūc factū est: vt post pria eloqa nichil his operibus oculis nostris appareat sacratius. possūtq merito eloqoꝝ (eoꝝ qui a deo vncti sūt) prime esse assecacia.

¶ Perspicacemq et consummatā disciplinam: senilis esse virtutis. Senilis virtutis / adulte / prouecte / atq consummate intelligentie. x

De semp sancta v'gine maria.

¶ Namq et apud ipsos diuino spiritu plenos pōtifices nostros. Diuino spiritu repletos y
pōtifices: appellat beatissimus pater apostolos. qui sacrosancte virginis dei matris necessitatis humane obdormitioni interfuerūt. interfuit et Timotheus / Hierotheus / beatusq pater / et multi sanctoꝝ fratrum: qui a spiritu repente vbiuis gentium essent / collecti ilico in nube (haud secus q Philippus a spiritu raptus / sublatus est ab aspectu eunuchi regine candacis) ad virginales exsequias perducti sunt. vbi sacrum illud corpus quod vite principem / deūq susceperat cōtuiti sunt. sacrum illud tabernaculū: quod sanctificauit altissimus. depositū vere et spiritalis eue: que serpentis virus nō sensit / sed que caput eius (iuxta eloquia) contriuit. Carnalis eni eua: carnalium filioꝝ mater est / et filiorum ire. Spiritalis autē eua spiritaliū et regeneratoꝝ mater est / et filioꝝ gratie / et sancte et imaculate ecclesie. Carnalis eua vmbra est et idolū: spiritalis autē / eius lux est et veritas. sed id parum est. spiritalis eua mater est ineffabilis verbi: que omnē sanctificationē et gratiā celum / terram / vniuersaq replentē in suo semper sancto virginali gremio (si ita dici licet) conclusit / facta celo et terra capacior. quippe que infinitum acceperit. Uirgo sancta quia tu tota sācta es / tota mitis / et misericors / et largitrix vite et gratie (que nobis vitā ipsam pfudisti et ipsam per se gratiā effloruisti) et non interitus / vltionis / et vindicte: te orono vlciscaris ad interitū eoꝝ qui te non possunt in tuo perfecto decore inspicere. quia te in sua carnali tunica inspiciūt: et per chlamydem peccatricis eue. sed tu virgo tuo modo semp sanctificata sicut christus homo semp sanctificatus: aperias eoꝝ oculos. vt te per tunicam christi / per spiritalē chlamydem aspiciant. non in vmbra delirent: sed auersi se cōuertant ad veritatē / et vestigia suis reddant archetypis. et in paradyso te videāt ante euam eoꝝ matrē genitam: sicut et christus ante Adam / sed posterius in tēpore cum vero Adam apparentē: qui christus dñs est. Tu es ancilla et libera dei mater: sicut christus dñs in eternitate fili⁹ liber: et pro nobis exinanitus et formā serui accipiens. tu es / et ipse est: de quibus per spiritū sanctum dicit. Da imperiū tuum puero tuo: et saluū fac filiū ancille tue. Heluidius si rediret (qui te virgo angelis purior: virginitate spoliabat) conspueretur / peffundaret / calcareturq pedibus: ita virgo semp plusq beata angelis sanctior qui te sanctitate spoliant (nisi resipiscāt / nisi penitentiam agant) cōspuantur pessū dentur / calcentur / lucem / vitamq fugiāt. Ad huius ergo semp sanctificate arce contuitū: collecti sunt sancti apostoli / et qui viuebant sanctiores.

inter quos et beatissimus pater Dionysius fuit vnus et diuinus hierotheus.⁊ oēs diuinis
laudibus(quemadmodũ spiritus eloqui dabat)diuinitatis habitaculũ(ex quo conditrix
omniũ sapiētia domum sibi edificauerat:et humanũ circũdederat corpus) sunt prosecuti.
quibusquidē laudibus nostra tēpora si haberent putarent felicia.Et sanctus Andreas cre
tensis hunc passum beatissimi patris religiose pietatis plenũ:de illa ipsa ad virginales exse
quias spiritu sancto facta cõuentione/atq collectione commemorat/et cõfirmat. et huius
mysterij tota credula fuit piorum fideliũ antiquitas:qui quia in nube qui procul degebāt/
sublati fuissent/nubiferos appellabat.Sed hec hactenus.
3 ¶ Ille deniq vt nosti post apostolos:oibus aliis laudatoribus superior erat.Ille/ille hie-
rotheus.et alloquitur sanctus pater Timotheum.
2 ¶ Que cõpendiose a vere hierotheo sunt dicta. Alludit sanctus pater ad nomē hierothei
quod sacer deus/deoue sacratus interpretatur(siquidem hieros sacrum significat/ et ma-
gnum:et theos deum)quasi hec nũcupatio non vana in ipso fuerit/⁊ temere indita:sed rei
ipsi/atq vite sanctimonie consentanea.

¶ De bono lumine siue luce/ pulchro/amore/ extasi/zelo:et ꝙ malum neq est/ neq ex eo
quod est/neq inter substantias est. Pars prima.Cap.IIII.

Se ergo ad ipsã iam boni appellationē pergamus explicandã:quã theologi pe
a culiariter sũme deitati ex oibus applicãt/ipsã vt reor substantiã diuinã/bonitatē
appellãtes.⁊ quia eoipso qđ est bonũ/vt substãtiale bonũ:in oia que sũt perten-
dit bonitatē.Nam quēadmodũ sol iste nõ cogitatione aut electione/sed eo ipso quod est: Manuductio de sole.
illuminat oia que pro modo suo participationē lucis admittũt:ita ⁊ summũ illud bonũ so-
lem superãs(nõ secus ac obtusam imaginem primitiua excellēter forma)ipsa sua substãtia
A oibus que sũt pro captu cuiusq totius bonitatis iniicit radios. ¶ Eoꝝ deniq gratia:sub-
40 sistũt intelligibiles oēs/spiritalesq substãtie/et virtutes/atq operationes.perq eos sũt et
viuũt/vitãq habēt indeficientē/et inuiolabilē:corruptione omni/et morte/et materia ⁊ ge
neratione libere:omniq instabili/ac fluxa/⁊ alias aliter se habēte mutatione lõgissime re-
mote.ac per eos icorporales/atq omni materia carētes intelligunt:⁊ tanq spiritus supra
mũdanũ intelligũt modũ/rerũq rationes diuinis illustrationib⁹ sibi accõmodatis discũt.
et rursus ad ꝓpinquiora et cognata:que didicere transmittũt.habēt item ex bonitate con-
stantiã:sedesq illis ac firmitas nõ aliunde est.inde cõtinent atq seruant/inde illis bonorũ
B refectio/ipsãq appetētes:et vt sint et bene sint habēt.Atq ad illã sese pro viribus forman
tes ipsius etiã bonitatis speciē preferũt:et(vt diuina lex dictat)inferioribus/donoꝝ que ex
41 summo bono ꝓueniunt consortiũ tradunt.¶ Inde illis assunt mũdo superiores ordines/
cõiunctiones ad seipsas/mutue in se inuicē ꝑfectiones/inconfuse distinctiones: et que in-
feriora superioribus iungunt subuehēdo virtutes . inde potiorũ ad sequētia prouidentia Liber de angelicis ꝓprietatibus et ordinibus.
multiplex/propriarũ cuiusq virtutũ cõseruationes/mutui in se ipsas et nunq labētes cir-
cuitus/atq circa summi boni desideriũ immutabilitates ac sũmitates:⁊ queq alia a nobis
in libro de angelicis ꝓprietatibus/atq ordinibus dicta meminimus . Sed queq celestis
hierarchie sũt angelicis scilicet cõgrue lustrationes/que supra mũdũ sunt illuminationes
C et quecũq angelicã totã perfectionē cõsummãt:ex autore omniũ/⁊ pricipali bonitate pro-
neniũt.ex qua etiã illis boni indulta species est:et a qua vt in seipsis exprimerēt occultã bo-
nitatē/et essent angeli(veluti diuinũ silentiũ enũciãtes:⁊ prominētes/quasi lucida lumina
42 eũ qui in adytis est interpretãtia)sunt cõsecuti sortē.¶ Post illos quoq sacrosanctos spi-
ritus anime/et queq animarũ bona/per supreme bonã cõsistũt bonitatē:ꝙ scilicet intelle-
ctuales sũt:ꝙ habēt substãtialē/immortalēq vitã/ꝙ sũt et possunt ad angeloꝝ aspirare vi-
tas.ac per illos veluti optimos duces ad bonorũ omniũ principē bonitatē ꝓmoueri:atq
inde manantiũ fulgoꝝ pro captu suo participes fieri.⁊ deinde illis insignis boni specie cõ-
D sortes accedere(ꝙtũ suppetũt vires)⁊ queq alia(in iis que de aia scripsimus)enumeraui-
43 mus.¶ Sed et de ipsis(si dici fas est)irrationalib⁹ aiabus/seu aialibus/vel que aerem fin- Liber de aia
dunt/vel que supra humũ incedũt/et que in terrã porrecta sũt/et que in aquis vitã accepe-

runt/ vel que in terris et in aquis viuũt/ et que ſub terra adoperta/ et ruderibus preſſa vitã
agunt/ et que ſenſibilẽ animã aut vitã accepere: ea oĩa per ipſũ bonũ vt animarent̃ et viui-
ficarẽtur ſunt ꝯſecuta. Plante item oẽs: ex bono ipſo nutritiuã/ motabileqꝫ vitã acceperũt.
et queqꝫ eſt anima ⁊ vita deſtituta ſubſtãtia: ꝓpter bonũ ipſũ eſt per quod etiã ſubſtantialẽ
accepit qualitatẽ. ¶ Si autẽ ſup oĩa que ſunt eſt (vt eſt ꝑfecto ſummũ illud bonũ) eius qđ 44
eſt informe: forma formãs eſt/ idqꝫ in ſeipſo ſolo. et eius quod ſubſtãtiã nõ habet/ ſubſtãtie
excellẽtia eſt: quodqꝫ vitã deſiderat/ eminẽtiſſima vita. et quod mente non nititur/ ſuprema
ſapiẽtia eſt. ⁊ queqꝫ in ipſo bono: informium ipſorũ excellẽtiſſima forma ſunt. Et (ſi dicere
fas eſt) bonũ illud quod oẽs ſubſtãtias ſuperat: ipſum quoqꝫ quod nõ eſt appetit/ et ipſum
quodãmodo in bono veraciter ſupſubſtãtiali per omniũ ablationẽ eſſe cõtendit. ¶ Uerũ 45
(quod nos in medio ferme orationis effugerat curſu) celeſtiũ quoqꝫ principiorũ et finium
cauſa/ bonũ ipſum eſt: cum neqꝫ augeri/ nec minui poſſit illa ſubſtãtia/ neqꝫ omnino varia-
ri. motuũ quoqꝫ ſine ſono ⁊ ſtrepitu ſuas agentiũ vices: hui⁹ (ſi ſic dicere oportet) ampliſſi-
mi celeſtis itineris/ ſidereorũqꝫ ordinũ decentie/ et luminũ atqꝫ ſtabilitatũ nõ aliũde cauſa
eſt. ſiderum etiã quorundã vt multiplex giret motus/ duorumqꝫ luminariũ (que magna a
ſcriptura appellãtur) vt ex eiſdẽ ad eadem ſemp remeet circulus (quo ſiderum curſu dies
noſtri ac noctes peragunt̃/ menſeſqꝫ concludunt̃ atqꝫ anni: et que tẽporis et eorũ que ſunt
in tẽpore orbiculares motus terminãt/ numerãt/ ordinãt/ cõtinent) cauſa a bono ipſo profi-
ciſcitur. ¶ Quid autẽ de ipſo dicemus in ſe ſolari radio. ex ipſo nãqꝫ bono lux eſt: ⁊ imago 46

Lux ſiue lumen.



bonitatis. Idcirco
lucis quoqꝫ appel-
latione laudat̃ bo-
num: veluti in ima-
gine expreſſa ꝓmi-
tiua forma. Sicut E
eni transcendentis
omia deitatis boni-
tas: a ſupremis/ an-
tiquiſſimiſqꝫ ſubſtã-
tiis ad extremas vſ-
qꝫ pertigit. et ſupra
oẽs eſt: cum neqꝫ ſu-
periores ipſius at-
tingant eminentiã:
neqꝫ inferiores (quin
ab ipſa cõtineant̃)
effugiãt. ſed illumi-
nat que lucẽ admit-
tunt omia: et creat/
at[illegible] viuificat/ conti-
netqꝫ/ ac ꝑficit. mẽ-
ſuraqꝫ ſubſiſtentiũ
eſt/ et ſeculũ/ et nu-
merus/ ⁊ ordo/ ⁊ cõ-
tinẽtia/ ⁊ cauſa atqꝫ
finis. ita ꝑfecto et li-
quida diuine boni-
tatis imago magn⁹
iſte et perlucidus/
ſemperqꝫ lucẽs ſol

pro exigua boni similitudine: oīa que haurire ipsum possunt illuminat/ habetq; lucem emi
nenter explicitā expandēs illā sup omnē hunc visibilē mundū/ supraq; atq; infra vibrans
radios suos. quos si quid est quod nō hauriat/ id nō aut imbecillitati aut breuitati lumino-
se ipsius distributionis imputandū: sed iis que percipiende luci minus idonea sunt/ neq; se
ad consortiū lucis extendūt. Cōplura deniq; istius modi pertrāsiens radius: contigua illis
illuminat. nichilq; visibile est: quod ille nō penetret excellenti lucis sue magnitudine. Sed
ad ipsam quoq; generationē sensibiliū corporum cōfert: ipsaq; ad vitā mouet/ et nutrit/ et
auget/ et perficit: purgatq; et renouat/ mensura quoq;/ ⁊ numerus est horarū/ dierum: to-
F tiusq; labentis tēporis lux. ipsa est eni ea lux (et si tūc erat informis quod et diuinus Mo-
47 ses ait) que primā distinxit/ et diffiniuit dierū nostrorū trinitatē. ¶ Et sicuti oīa bonitas ad
se cōuertit: ⁊ que dispersa sunt cōgregat veluti vnitatis autor/ atq; vnifica deitas: omniaq;
ipsam veluti principiū/ veluti cōtinentiā/ veluti finē desiderāt. bonūq; illud est (vt sacra te-
G stantur eloquia) ex quo subsistūt oīa: suntq; veluti ex absolutissima causa ꝓducta/ et in quo
oīa cōstant/ ac veluti in omnipotēte recessu/ presidioq; seruanꝰ. et ad quod oīa cōuertūtur
veluti ad suū queq; finē: et quod appetunt oīa. spiritalia quidē et rationalia: scienter et gna
uiter. sensibilia vero: sensibiliter atq; carnaliter: que autē sunt sensus expertia: ingenito vi-
talis desiderij motu. ⁊ que vita carent/ solumq; sunt: sola aptitudine participāde substātie.
Iuxta eandē liquide imaginis rationē: lux quoq; ad se cogit oīa/ atq; cōuertit: que vident
que mouenꝰ/ que illuminātur/ que calefiunt/ queq; omnino ab ipsius radiis cōtinētur. Id-
circo sol quoq; helios greco vocabulo ex eo dicitꝰ: ꝙ seruet inuiolata oīa/ congregetq; dis-
persa. Omniaq; ipsum sensibilia appetūt: aut sicut videre/ aut moueri/ et illuminari/ et cale
fieri/ atq; omnino a luce cōtineri cupientia. Neq; id plane dixerim iuxta obsoletam vetusta
tis rationē: vt deus cū sit sol et mūdane machine cōditor/ visibilē procurat peculiariter mū
H dum. sed ꝙ inuisibilia dei a creatura mūdi per ea que facta sunt intellecta ꝯspiciunꝰ/ sempi
48 terna quoq; eius virtus/ ⁊ diuinitas. ¶ Verū ista quidē in significatiua theologia plenius Significati-ua theologia
I diximus: nūc boni illius intelligibilē a luce ductam appellationem celebrare nos cōuenit.
Dicendū itaq; vt intelligibilis lux: bonū ipsum dicitꝰ. ꝙ omnē supercelestē spiritū spiritali
impleat luce: omnēq; ignorātiā pellat/ errorēq; abigat ex animabus (quibus sese insinua-
uerit) oībus. eisq; sacre lucis consortiū tradat/ spiritalesq; illarū oculos purget: obductāq;
ignorātie caliginē tergat/ et ingenti tenebrarū pondere obtusos ac ferme cecatos renouet/
atq; excitet. tradatq; illis primum quidē exigui consortia luminis: deinde (vbi ille degusta
K uere lucem: maioreq; eius tangunꝰ desiderio) sese eis magis infundat/ ⁊ copia vberiore lu
cis infulgeat: quia dilexerūt multū. semperq; eas in anteriora intendat: q̄tum aspirare ad
49 ea pro captu suo possunt. ¶ Lux igitꝰ intelligibilis dicitꝰ bonum illud/ omnē superās lucē:
vt principalis radius et exuberans effusio lucis omnē vel mūdo preeminentē vel circa mū
dum vel intra mundū agentē spiritum ex sua illustrās plenitudine. ⁊ spiritales ipsoꝝ totas
L renouans vires/ omnesq; transiliēs/ et cōtinens: ꝙ superne extenta sit. ⁊ cunctis excellens:
ꝙ superemineat. prorsusq; omnē illuminātis virtutis ditionem (vt lucis princeps/ omnēq;
superans lucē) in seipsa cōprehendēs/ ⁊ excellenter habēs/ spiritalia atq; rationalia omnia
colligens/ et īmortalia faciens. Nam sicut ignorantia eos qui seducti sunt separat: ita pre-
sentia intelligibilis lucis eos qui illuminanꝰ colligit/ cōiungit/ ac perficit. atq; a multis/ er-
roneisq; opinationibus: ad id quod vere est conuertit. variasq; visiones (siue vt rectius lo-
quamur phātasias) in vnā verā et liquidā/ vnicamq; scientiā cogit/ et vno atq; vniente lu-
50 M mine cōplet ¶ Bonū preterea istud vt pulchrū quoq; a theologis sanctis predicatur/ ⁊ vt Pulchrum
pulchritudo/ et vt dilectio/ et vt diligibile: et queq; sunt alie decentissime speciei illius venu
stifice/ pleneq; gratiarū diuine appellationes. Porro pulchrū ⁊ pulchritudo in causa supre
prema cūctaq; in vnū colligēte: distinguēda nō sunt. Ista eni in subsistētibus omnibus in
participationes participantiaq; diuidimus: pulchrū esse dicentes quod sit pulchritudinis
particeps/ pulchritudinē vero participationē venustifice pulchrorū omniū cause. Eniuere-
ro supersubstātiale illud pulchrū/ pulchritudo quidē dicitꝰ: propter illam quā tradit subsi-

stentibus oĩbus (pro captu cuiusqꝫ) pulchritudinẽ. et vt autor omniũ cõuenientie atqꝫ clari-
tatis lucis in morẽ / oĩbus specificas prĩcipalis sui radij distributiones infulgens. et veluti
ad se omnia vocans (vnde etiã pulchritudo greco vocabulo calos a vocando dicit̃) et vt
tota in totis ad vnum atqꝫ idem colligens. pulchrum vero ⁊ per oĩa pulchrum / et supreme
pulchrum / et ꝗ semꝑ sit secundũ eadem / et eodẽ modo pulchrum: et neqꝫ oritur / neqꝫ occi-
dit / neqꝫ augetur / neqꝫ interit. neqꝫ hoc quidẽ loci pulchrũ: alibi vero deforme. neqꝫ alias
est: alias non. neqꝫ ad aliud quidem pulchrum: ad aliud vero est fedum. neqꝫ hic quidẽ est /
ibi vero non est: quasi quibusdam sit pulchrum / aliis nõ. sed vt ipsum in seipso / atqꝫ secum
vniforme semper est pulchrum: et vt pulchri omnis principalem pulchritudinem excellen-
tissime in seipso ante omnia habens. simplici etenim et preexcellenti pulchrorum omnium
nature: pulchritudo omnis atqꝫ omne pulchrum vniformiter secundum causam preadest.
¶ Ex hoc quoqꝫ pulchro iis que sunt oĩbus / prouenit: vt sint pro modo suo pulchra singu- 51
la. efficitqꝫ pulchrũ istud: rerum omniũ cõgruentias / et amicitias / ac societates: pulchroqꝫ
isto cõiungũtur oĩa. initiũqꝫ omniũ id est veluti effectiua causa / et mouens oĩa / et cõtinens
amore pulchritudinis ꝓprie: finisqꝫ est omniũ / et diligibile vt finalis causa (pulchri enĩ gra-
tia oĩa fiũt) et exẽplar. quia iuxta id diffiniũtur oĩa. Quocirca pulchrũ idem esse quod bo-
num: perspicuũ est. Pulchrũ enim et bonũ per oẽs causas cũcta desiderãt: neqꝫ est aliquid
in substãtiis rerum quod pulchri et boni nõ sit aliquatenus particeps. Et illud item dicere
differẽdo presumimus: id quoqꝫ quod nõ est / pulchri et boni particeps esse. tũc enĩ et ipsũ
pulchrũ est ac bonũ: cum in deo per omniũ priuationẽ supsubstãtialiter celebrat̃. ¶ Istud 52
vnum / bonũ / atqꝫ pulchrũ: omniũ multorũ / pulchrorũ / ac bonorum est singulariter causa.
Ex hoc eorũ que sũt substãtiales essentie sũt / cõiunctiones / discretiones / idẽtitates / alteri-
tates / similitudines / dissimilitudines. societates / federaqꝫ contrariorũ: et eorũ que vniun-
tur incõfuse distictiones / superiorũ ꝓuidẽtie / equaliũ alterne adinuicẽ vicitudines / cõuer-
siones inferiorũ / omniumqꝫ suimet ipsorũ seruatrices atqꝫ immobiles mãsiones / ac sedes.
rursusqꝫ omniũ in oĩbus pro singulorũ modo societates et cõgruentie / incõfuseqꝫ amicitie
et cõuenientie vniuersi: et que in mũdo sunt cõtemperantie / indissolubilesqꝫ rerũ continen-
tie / indeficiẽtes nascentiũ successiones / status oẽs / atqꝫ motus spirituũ / animarũ / corporũ.
Status enĩ est oĩbus ac motus: quod suꝑ statum omnẽ / omnemqꝫ motum vnũquodqꝫ in
sui ipsius ratione firmat / et agit ad proprium motum. ¶ Et moueri sane altissimi illi dicũ- 53
tur spiritus / circulariter quidẽ: dum eternis illis prĩcipio ac fine carẽtibus pulchri / ac boni
fulgoribus cõiungunt̃. per rectã vero lineã: quãdo ad inferiorũ prouidentiã prodeunt / re-
cta oĩa peragẽtes. reflexe autẽ: quia et inferiorũ prouidentiã agẽtes in sua identitate nusqꝫ
discedendo perdurãt / circa identitatis autorẽ pulchrũ ac bonũ indesinenter choreã ducen-
tes. Porro anime quidẽ motus circularis: ingressus est in seipsam ab exterioribus oĩbus /
spiritaliũqꝫ sui virium vniformis glomeratio: veluti in orbe quodã ei vt nusqꝫ / oberret lar-
giens / eamqꝫ ab extimis / erroribusqꝫ plurimis ꝯuertens et colligẽs: primũ in seipsã / dein-
de vt vniformẽ effectã singulariter cõiunctis virtutibus iungens. atqꝫ ita ad pulchrũ illud
et bonũ ducens: quod suꝑ oẽs substãtias est vnũ atqꝫ idem / prĩcipioqꝫ et fine carens. obli-
que vero mouet̃ anima inquantũ sibiipsi cõueniẽter diuinas notiones non spiritualiter et
singulariter: verũ rationaliter et latius ac veluti ꝓmiscuis / trãsitoriisqꝫ actionibus haurit.
Recta vero linea mouet̃: cum nõ in se ingrediẽs / neqꝫ singulari spiritus effectu acta (hoc
enĩ est vt dixi in orbẽ moueri) sed ad ea que sunt circa se prodiens: ab exterioribus veluti a
quibusdã signis variis / ac multiplicibus ad simplices atqꝫ cõiunctas intelligẽtias promo-
uetur. ¶ Harũ itaqꝫ etiam sensibiliũ in mũdo isto triũ motionũ / et multarũ primis cuiusqꝫ 54
mansionũ / statuũqꝫ / ac firmitatũ: causa est ⁊ cõtinens / et finis pulchrũ ipsum / atqꝫ bonum.
quod supra omniũ statũ / omnẽqꝫ motũ est: per quod status oĩs / atqꝫ motus est / et ex quo /
et in quo / et ad quod / et cuius gratia sunt oĩa. ex ipso nãqꝫ et per ipsum et substantia / et vita
oĩs est: et sensus / et anime / natureqꝫ oĩs decremẽta / equalitates / augmenta. mensure oẽs /
et ꝓportiones rerũ / et cõgruentie / et cõtẽperamẽta / integritates / partes / totũ / vnum / atqꝫ

Circularis spirituũ motus

Rectus motus.

Reflexus motus.

Circularis aĩe motus.

Motus obliquus anime.

Motus anime rectus

multitudo.colligationes partiũ/ oẽs multitudine cõiunctiones:integritatũ perfectiones.
quale/quãtũ/quotũ/infinitum:cõparationes/discretiones/infinitas oĩs/oĩs finis/ termi=
ni oẽs/ordines/eminẽtie/elementa/species/oĩs substãtia/oĩs virtus/oĩs operatio/oĩs ha=
bitus/oĩs sensus/sermo oĩs/oĩs intelligẽtia/tactus oĩs/oĩs sciẽtia/oĩs vnio: simpliciterqꝫ
omne quod ex pulchro et bono/ et in pulchro est/ et bono/ et ad pulchrũ bonũqꝫ ꝯuertitur.
Et oĩa quecũqꝫ sunt et fiunt:ob pulchrũ et bonum sunt et fiunt.ipsumqꝫ aspiciũt oĩa : et ab
ipso mouẽtur/atqꝫ cõtinentur/et ipsius gratia/et per ipsum/et in ipso est principiũ omne a
quo exẽpla dicunt:principiũ cõsummans/efficiens:formaleqꝫ/atqꝫ materiale. Prorsusqꝫ
omne principiũ:cõtinentia oĩs/omnis finis.siue(vt perstringã breuiter)oĩa queqꝫ sunt.ex
pulchro et bono sunt.et que non sunt:omnia supersubstantialiter in pulchro sunt et bono.
N estqꝫ ipsum initiũ omniũ ⁊ finis: omne principiũ/omnẽqꝫ superans finẽ.quia ex ipso et per
55 ipsũ et in ipso atqꝫ in ipsũ omnia sunt:vt sacra testant eloquia. ¶ Oibus igit est pulchrũ/ Amor
ac bonũ desiderabile ⁊ amabile ac diligibile: ⁊ per ipsũ atqꝫ ipsius gratia. ⁊ inferiora:cõuer/
sionis ratione prestantiora amant.et paria:socialiter equalia diligunt. et prestantiora: mi=
noribus prouidendo amore iungunt.et ipsa se amant:singula sue ratione ꝯtinentie.et om=
nia quecũqꝫ faciunt et volunt:pulchri et boni desiderio et faciunt et volunt.Confidenter id
quoqꝫ verissima ratione dicemus: ꝙ ipse quoqꝫ autor omniũ pro bonitatis magnitudine
omnia amat/omnia facit/omnia perficit/omnia cõtinet/cõuertitqꝫ omnia. Est etiã et diui=
nus amor bonus/boni:propter bonũ.ipse eñi autor beneficus entiũ amor(cũ antea in bo=
O no excellenter esset)nequaq̃ ipsum in seipso manere infecundũ permisit:sed ipsũ ad operã=
56 dum mouit per excellentiã cuncta gignentẽ. ¶ Et nemo nos arbitret preter scripture sacre
autoritatẽ/amoris cognomẽ ĩtroducere.Est eñi (vt reor) perq̃ sane irrationabile atqꝫ per=
uersum:non vim inspicere ac sensũ/sed affigi dictionibus.idqꝫ fuerit hominũ non plane di=
uina intelligere cupientiũ:sed simplices captantiũ sonos/ eosqꝫ aure tenus ita continentiũ
vt ad intima nequaq̃ penetrare permittant/nec scire volentiũ:quidnã istiusmodi significet
verbũ/et quomodo oporteat illud per alia equiualentia ⁊ planiora verba declarari.affigũ=
tur eñi elementis/et litteris haud intelligẽtie peruiis/et syllabis ac verbis ignotis neqꝫ ani=
me sue intelligentiã penetrantibus:sed extra circũ labia et aures perstrepentibus/quasi nõ
liceat quaternariũ numerũ per bis duo signare/aut simplices lineas per lineas rectas ex=
primere/siue maternã humũ per patriã exponere seu aliud quodlibet ex iis que in plurimis
57 orationis partibus tantũdem significant. ¶ Sciendũ eñi est iuxta rectã rationẽ: ꝙ elemen=
tis et syllabis/ ⁊ vocabulis/et scripturis/et sermonibus vtimur/ sensuum gratia. Ubi vero
anima nostra spiritalib⁹ actionibus ad ĩtelligibilia moueri iam ceperit: superflui iam sunt
cum rebus sensibilibus sensus.Quẽadmodũ etiam spiritales virtutes vacare dicunt:quã=
do anima/diuina specie dignata per ignotam cõiunctionẽ inaccessibilis lucis radios lumi=
nũ (nequaq̃ sensibiliũ) iactibus hauserit.Cũ vero mens nostra per sensibilia agi ad ĩtelligi
biles studuerit motus:illi prorsus in honore sensus preferunt/qui liquidius nostrã intelli=
gentiã adiuuant: quẽadmodũ et apertiores sermones/ et queqꝫ sunt ex visibilibus clario=
ra.quippe si obscura sunt que adiacent sensibus:ne ipsi quidẽ animo rite suggerere sensibi=
58 lia poterunt. ¶ Sed eñi ne ista dicere videamur vim scripture sacre inferentes: audiant il=
P lam qui amoris vocabulũ in ius trahunt.ama illã (inquit) et seruabit te: circunda illam ti=
bi/et exaltabit te.honora illã/ vt cõplectat te: et queqꝫ alia in sacris litteris amatoria cele=
M brant.Atqui visum est plerisqꝫ ex tractatoribus nostris diuinius esse amoris q̃ dilectionis
A nomẽ.Scribit eñi et diuinus ignatius.Amor meus crucifixus est.et in primis scripturarũ Diuin⁹ ignatius.
institutionibus quẽdam de sapientia diuina dixisse comperies: amator factus sum forme
illius.Nõ ergo metuamus hoc amoris nomen:neqꝫ nos vllus perturbet sermo/terroreue
concutiat.Michi eñi vident theologi: cõmune quidẽ arbitrari dilectionis et amoris no=
mẽ.ceterũ idcirco diuinis magis verũ amorẽ assignare:vt huiusmodi hominũ stultã pre=
sumptionẽ feriant.Conuenientissime eñi cum verus amor non a nobis modo/ verum et a
scripturis ipsis celebret:turbe nequaq̃ capientes vniforme illud amatorie in deo appella=

tionis/ pro infirmitate ſua ad diuiduum/ et corporalē/ diuiſumqꝫ delapſe amorem ſunt. qui
verus amor profecto nō eſt: ſed imago potius/ ſeu magis a vero amore prolapſio. eſt enī
incapax multitudini: vnicū illud et ſingulare diuini atqꝫ vnius amoris. quo circa (vt qđ vi-
deatur multis ingratius nomen) in diuina ſapientia ponit: ad eos ſubuehendos atqꝫ intē-
dendos ad veri amoris ſciētiā/ et vt eo errore liberent. in nobis autē rurſus (vbi craſſiores
quiqꝫ obſcenū aliquid opinari poſſent) honeſtiore (vt videt) vocabulo ſcriptura vtit: ceci-
dit enī (ait quidā) dilectio tua ſuper me/ ſicut dilectio mulierū. ¶ Et id tamen apud eos qui 59
diuina recte audiunt: tantūdē valet. neqꝫ a theologis differenter ponit dilectionis et amo- S
ris nomen: quando illi diuina exponere pergunt. Eſtqꝫ hoc virtutis cuiuſdam vnifice ⁊ cō
nexiue et diſtincte atqꝫ inconfuſe adunatiue: que in pulchro ⁊ bono propter pulchrū ⁊ bo-
num antea ſubſtitit. et ex pulchro et bono: pulchri et boni cauſa emanat ad nos. continetqꝫ
Extaſis.
equalia: ſociali inuicem connexione. ⁊ priora: ad inferiorū prouidentiā mouet. inferioraqꝫ.
ſuperioribus conuerſione firmiter iungit. ¶ Eſt autē mentis receſſū/ extaſinqꝫ faciēs diui- 60
nus amor: amatores ſui iuris eſſe non ſinens/ ſed in ea que amant penitus transferēs. Idqꝫ
indicant ſuperiora quidē: que inferiorū ſeſe prouidentie deuouerunt. equalia vero: ꝙ ſe mu
tuo continēt. inferiora porro: quia ad prima diuiniore conuerſione contendunt. Idcirco ⁊ T
Sacra pauli pietas.
paulus ille magnus cū diuino amore flagraret/ exceſſiue illi⁹ virtutis particeps factus: ſa-
cro ore viuo inquit iam/ non ego: viuit vero in me chriſtus. tanqꝫ verus amator mentis ex-
ceſſum patiens (vt ipſe ait) deo viuens. et non ſuā ſed amatoris vitam vt valde diligibilem
¶ Audebimus et id pro veritate loqui: ꝙ ipſe quoqꝫ autor omniū/ pulchro et bono amore 61
omniū pro amatorie bonitatis magnitudine extra ſe fit. ad omnia que ſunt: ꝓuidētie mul
Zelus.
tiplicis pertingendo ratione. et veluti bonitate/ ac dilectione/ et amore mulcet: et ex ſupre-
mo illo ſtatu (quo ſupra omnia et ab omnibus exceptus eſt) ad id vt inter omnia ſit excedē
te illa ſuperſubſtātiali virtute ſua (qua nuſqꝫ ab ſe progredit) ſemet demittit. Quocirca ze-
lotem illū ij qui diuina probe callēt appellant: vt vehementē ad ea que ſunt clemēter amā- V
da. et vt ad zelum excitantē amatorij ipſius deſiderij: et vt ipſum quoqꝫ amoris deſiderium
appetibile monſtrantē (per quē et que deſiderant ſunt expetenda) et vt qui eorū (que pro-
uidentia regunt) Zelotes ſit/ eaqꝫ pariter illi in amore ſint. prorſuſqꝫ pulchri et boni eſt: vt
ſit amabile/ atqꝫ amor. et in pulchro ac bono ſedem antea fixit: et pulchri ac boni gratia eſt
et ſit. ¶ Quid autē ſibi volunt theologi: qui aliquando amorē ipſū ac dilectionē vocant: X
aliquando vero amabilē ac diligibilem dicunt. Alterius nempe autor et veluti productor 62
et genitor: alter vero ipſe eſt: atqꝫ altero quidē mouet: altero autē mouet/ ſiue quia ipſe ſui Y
ipſius/ et ſibi ipſi prouocator ac motor eſt. hinc diligibilē quidē ipſum/ atqꝫ amabilem vo-
cāt: vt pulchrū atqꝫ bonū. amorē vero rurſus vocant ac dilectionē: vt qui ſit mouens ſimul
et vt prouehens virtus ad ſe ipſum. ꝙ ſolū ipſū: per ſe pulchrū/ ac bonū eſt. et veluti qui ſit
ſuimet per ſe ipſum expreſſio/ et eximie illius cōiunctionis benignus proceſſus. atqꝫ amato
rius motus: ſimplex/ ſe mouens/ per ſe operans. qui ante erat in bono: et ex bono ſubſtan-
tiis emanās/ ac rurſus ſe ad bonū conuertens. in quo quidē ꝙ fine careat atqꝫ principio di-
uinus amor: excellenter oſtendit. veluti circulus quidā ſempiternus: propter bonū/ ex bo-
no in bono/ et ad bonū certa et nuſqꝫ oberrante glomeratione circuiens. et in eodem/ ac ſe-
cundū idem: et procedens ſemper et manens ac remeans. Iſta ⁊ inclytus noſter in ſanctis Z
Liber diuinorum hymnorum btī hierothei
litteris inſtitutor: in amatoriis hymnis/ diuinis afflatibus expoſuit. que profecto in memo
riā reuocare nō indignū fuerit/ et veluti ſacrū qđdā caput noſtro de amore ſermoni inſerere
¶ Quarti capitis prime partis ſcholia.
¶ Eorū deniqꝫ gratia. Eorū/ eorū diuine totius bonitatis radiorum.
¶ Et vt diuina lex dictat. diuina lex eſt/ atqꝫ ordinatio: vt ſuperiora inferioribus prouideāt A
vt equales: ſocietatis inuiolata iura cuſtodiant. vt inferiora: ad ſuperiorū prouidentiam ſe B
conuertant. Hinc orbiū gyratus/ ſolis ad nos acceſſus et abceſſus/ imbriū a ſuperioribus
eleuationes/ ſpirituū flatus/ rigores mortificam tabem/ peſtiferūqꝫ afflatū ex fluctuantis
materie contagione reprimentes/ fecundū lumē/ viuificuſqꝫ calor in ſinus nutricis terre re

ceptus omnia germinare/ pullulare/ repubescereqꝫ faciens. hinc leones inuiolato societa=
tis iure viuūt cum leonibus: equalitatis sue sortem amantes. vrsi/ cum vrsis/ et efferatissi=
ma queqꝫ animalia ius societatis: sua feritate in seipsa nō violant. hinc aduenīēte sole per=
tenui quidē totius vniuersitatis boni vestigio: omnia (que in deteriori nota luce damnata
non sunt) ad ipsum se conuertunt/ vapores sustollunť/ flores aperiunť/ herbe/ arbustaqꝫ et
arbores comam erigunt/ et animalia a sōno mortis imagine soluunť/ oculos ad boni simu
lachrū conuertentia. Solum impure mentes/ caligantes/ exoculate peccato: hoc sanctum
et inuiolabile diuinitatis fatum corrumpunt. et semper emortuis similes: nunqꝫ preciosum
illum oculum ad verū solem verūqꝫ bonū aperiunt/ nūqꝫ conuertūt/ diuine legi facte rebel
les. Et quis hec diuina lex rebus ipsis inscripta sit: eandem tamen et sacre littere mandāt/ Ad col.3 ⁊.4.
ac precipiunt. patres (inquit) educate filios in disciplina et correctione dñi. filij obedite pa=
rentibus vestris in dño. Dñi quod iustum est/ et equū seruis prestate: sciētes quoniā et do=
minū habetis in celo. serui obedite per omnia dñis carnalibus: in simplicitate cordis timē=
tes dñm. viri diligite vxores vestras: sicut ⁊ christus dilexit ecclesiā. mulieres viris suis sub=
dite sint sicut dño: quoniā vir caput est mulieris. Fraternitatē diligite et cetera id genus di= 1. Petri.2.
uine legis interpretatiua de prouidentia boni superiorum ad inferiores. de conuersione et
obedientia inferiorū ad superiores. de equaliū vicitudine et equalitatis sorte seruanda ad
totius boni et eorū (que ab eo sua sola premotrice bonitate processerunt indita sibi natura=
li lege) harmoniā. que cū in sua origine/ suoqꝫ principio respicit: lex diuina dicit. cū vero in
ipsis rebus oculo deiecto ꝯsiderat: eadem/ lex nature nūcupat. ⁊ (si audacius loquēdū est)
nichil est in vniuersa nature serie (si oculū ipsū eximus) quod non sit diuinū. et qui aliter
iudicat: oculū in tenebris figit/ a sole ob oculi infirmitatē auersus.

C ¶ Et a qua vt in seipsis exprimerent occultam bonitatē. In seipsis/ in seipsis angelis. vbi
sacra noteť analogia sanctorū puerorū qui accensa lumina ante sancta sanctorū/ sacrumqꝫ
adytū (pontifice quidē in conspectū non prodeunte) ad ipsos angelos. templū/ celū est. sū=
mus autē sacerdos: ipse est deus/ qui occultus et velatus colit secretius in celi silentio.

D ¶ Et queqꝫ alia (in iis que de anima scripsimus) enumerauimus. Librū de aīa scripsit bea= Liber de ani
tus pater: qui desideraf/ et quē deus restituat. ma diuini pa

E ¶ Sicut enī transcendentis omnia deitatis bonitas. Ab hoc loco ad particulā vsqꝫ ita pro tris.
fecto et liquida diuine bonitatis imago: sentētia suspensa est. Et plerisqꝫ in locis apud hūc
sanctissimū patrem sententie longo tractu suspense sunt: veluti cuiusdā lucide mentis con=
tinuatos radios procul iaculantis. sed attētis lectoribus: hi lōgiores iactus nichil oberūt.
pertinent enī ad orationis maiestatē ⁊ ad stili grauitatem: qua nulla quo ad materiā potest
esse grauior. quā nullus stilus assequi potest.

F ¶ Ipsa est enī ea lux (etsi tunc erat informis: quod et diuinus Moses ait) que primā distī=
xit et diffiniuit dierū nostrorū trinitatē. Ex cap. primo Geneseos lux primo die creata est. se Genesis.1.
cundo firmamentū/ et tertio omnis herba virens et arbor. quarto autē die duo luminaria
magna ⁊ stelle create sunt. tres igiť primos dies: lux informis/ indistincta/ nōdūqꝫ forma=
ta discreuit/ atqꝫ diuisit. quarto autē die in solem formata est. Ex historia igitur sacra: intelli
giť cur beatus dixerit pater. ipsa est enī ea lux (etsi tunc erat informis quod et diuinus Mo
ses ait) que primā distinxit et diffiniuit dierū nostrorū trinitatē.

G ¶ Bonūqꝫ illud est (vt sacra testanť eloquia) ex quo subsistunt omnia. Paulus prima ad 1 ad Corin.8
corinthios epistola cap. octauo. Nobis tamē vnus deus pater: ex quo omnia. qđ et alias
sepius adductum est.

H ¶ Sed qꝫ inuisibilia dei a creatura mundi. Sentētia hec est diuini Pauli epistola ad roma= Ad roma.1.
nos cap. primo. Inuisibilia enī ipsius a creatura mūdi per ea que facta sūt/ intellecta con=
spiciunť/ sempiterna quoqꝫ eius virtus/ et diuinitas.

I ¶ Verū ista quidē in significatiua theologia plenius diximus. Hic liber significatiue theo
logie dictus est non haberi.

K ¶ Et copia vberiore lucis infulgeat: quia dilexerunt multū. Alludit ad id Luce cap. septi= Lucas.7.

De amatoria magdalena mo de amatoria Magdalena: que et cõtemplatiue vite typum gerit. de qua dictũ est a domino/ dimissa sũt ei peccata multa: quoniã dilexit multũ. Et adeo diuinis isertus est amor: vt verorũ amorũ dñs/ nostrum (quãuis ex defectione ad ipsum reuertamur) non dedignet amorẽ. et quãto amor in nobis intendit (quẽ ipse agricola/ et amoris ortolanus solus plãtat ⁊ inserit) tãto magis nobis illabit/ et suo illapsu cogit fortius amare/ et amantes lãguere. et hic languor non mentis est morbus: sed beneficus est. et est purgatio quedã que diuinas preuenit illuminationes/ diuinasq; perfectiões: vt floris odor suauissimus sapidissimũ preuenire solet fructũ. et qui scit philosophiam amoris: nichil vnq; nisi purissimũ in amore cogitabit. et impuro cũ lachrimis maledicet amori/ quia se mentitur amorẽ: vt angelus sathane se mentit ãgelũ lucis/ ⁊ maiore mẽdacio. et mẽdacia reb⁹ ipsa ex tũc odiet: ⁊ pcipiet quia omnis prolapsio a patre mendacij est. si tamen cũ impuro aliquãdo pollutus est amore: nõ audet ad purissimũ amorẽ oculos attollere. sed plorat ad pedes domini amoris: ⁊ lachrymis suis pedes eius irrigat. et dominus amoris ei dimittit/ defẽdit/ consolat ⁊ confortat: et effugata mendaciorũ turba ad delicias excitat verissimi amoris. benedictus sit semp diuinus amor.

Q superne extenta sit ⁊ cũctis excellens. Extẽta/ ipsa lux intelligibilis et lucis effusio. L

Bonum preterea istud vt pulchrũ quoq; a theologis sanctis predicat ⁊ vt pulchritudo. M
Canticorũ .1 Ut pulchrũ. Canticorũ cap. primo. Ecce tu pulcher es dilecte mi et decorus. Et Psalmo
Psalm⁹ 44 quadragesimo quarto. Speciosus forma pre filiis hominũ: diffusa est gratia in labiis tuis
Hieremi. 31. propterea vnxit te deus in eternũ. Ut pulchritudo Hieremias cap. tricesimo primo. Bene
Ad Collo. 1. dicat tibi dñs pulchritudo iustitie/ mons sanctus. Ut dilectio. Paulus ad colossenses cap.
primo. Qui eripuit nos de potestate tenebrarũ et transtulit in regnũ filij dilectionis sue: in
Mattheus 3 quo habemus redemptionẽ et remissionẽ peccatorũ. Ut diligibile. Mattheus cap. tertio.
Et ecce vox de celis dicens: hic est filius meus dilectus in quo michi cõplacui.

Ad roma. 11. Quia ex ipso/ et per ipsum/ et in ipso/ atq; in ipsum oĩa sunt. Ex paulo ad romanos cap. N
vndecimo. Quoniã ex ipso/ et per ipsum/ et in ipso sunt omnia.

Nequaq; ipsũ in seipso manere infecundũ permisit. Ipsum/ ipsũ bonũ. O

Ama illã (inquit) et seruabit te. circunda illã tibi: et exaltabit te. honora illã: vt cõplectat P
Prouer. 4. te. Sic nunc legit prouerbiorũ cap. quarto. Dilige eã: et cõseruabit te. arripe illã: et exaltabit te. glorificaberis ab ea: cũ eam fueris amplexatus. Et in amatoriis canticis. Canticorũ
Canticorũ. 2. cap. scdo. Fulcite me floribus/ stipate me malis: quia amore lãgueo. Et cap quinto. Adiu-
Canticoꝝ. 5. ro vos filie hierusalem/ si inueneritis dilectũ meũ: vt nuncietis ei quia amore langueo. Et interpretes promiscue diligere pro amare/ ⁊ contra frequenter posuere neq; vsq; adeo exactam curauerunt expressionem: et in sacris litteris eandẽ habent intelligentiã.

Atqui visũ est plerisq; ex tractatoribus nostris. Hi tractatores nostri (quos diuinus pa Q
ter vocat sacriloquos) sancti illi erant: qui tempestate sua/ pia et sacra scribebãt: inter quos diuinus Ignatius vnus erat: cuius ex epistolis hic testimonium citat/ et que in fine operis adiicientur. et epistola ex qua hic testimoniũ affert: ea est quam scripsit ad romanos. et ponetur in ordine vndecima.

Et in primis scriptuarũ institutionibus: quẽdam de sapientia diuina dixisse comperies. R
In primis institutionibus/ in preintroductionibus. Et has preintroductiones apellat li-
Sapiẽtie. 8. brum sapientie in cuius cap. octauo. quod hic adducit pius pater legit. Hanc amaui: et exquisiui eam a iuuẽtute mea. et quesiui sponsam michi eã assumere. et amator factus sũ forme illius. Et liber sapientie reuera videt antiquior q̃ nonnullorũ ferat opinio. ex quo etiã
Liber sapiẽtie philo. iudeus. et videt Paulus vt et de aliis sacris litteris testimoniũ desumere. et beatus pater hoc in loco ex eo testimoniũ sumit. Unde parũ valuerit autoritas Hebreorũ a quibus Hieronym⁹ audiuerat opus illud esse philonis. libenter enĩ iudei hunc librũ refutant: q; nimis apertum capite secundo continet testimoniũ de iusto quẽ dissimilem viis eorũ/ grauẽ illis ad videndum/ contumelia et tormento interrogantes/ morte tandẽ turpissima cõdemnarũt. Q autem Philonis hebrei omnino non sit/ videt: quandoquidẽ neq; rex/ neq; iudex/ neq; tem-

pli dei extructor fuerit philo. Et cap. nono legit. Tu autē elegisti me regem populo tuo ꝛ Sapiētie. 9.
iudicem filiorū tuorū ꝛ filiarū. et dixisti me edificare templū in monte sancto tuo: et in ciuitate habitationis tue altare similitudinē tabernaculi sācti tui / quod preparasti ab initio. ꝛ tecum sapientia tua que nouit opera tua. que et affuit tunc cū orbem terrarū faceres: et sciebat quid esset placitū oculis tuis / et directū in preceptis tuis. mitte illā de celis sāctis tuis: ꝛ a sede magnitudinis tue. Quis non videat Philonē et quicū vir bonus sit / nolle tam impudenter alteri ementitū opus ascribere. Et hieronymus ipse cū libros Philonis ānumerat: nichil libri sapientie mentionis facit / vt quē plane iudicaret non esse Philonis. Satius tamē visum fuisset in illo prologo (siue hieronymi sit siue alterius) ꝓpter infirmos qui plurimi sūt: ex facilitate iudicandi non nullorum / posteritati phantasiam non fecisse. Et quāuis tamen Philonis esset: potuisset sacratus pater id opus vidisse. Nam et Philo memorat sub Claudio petrū rome cōuenisse / ꝛ eius magnifecisse amicitiam / libros quoqꝫ in nostrorū cōmēdationē scriptos reliquisse. Sed nō iccirco michi persuasū fuerit: esse Philonis.

S ¶ Cecidit eni ait quidā dilectio tua super me: sicut dilectio mulierū. Nunc scdo regū verba dauid ionathā ex morte desiderantis: ita legunt cap. primo. Doleo super te frater mi iona 2. Regum. 1.
tha decore ꝛ amabilis sup decorē mulierū. sicut mat vnicū amat filiū suū: ita ego te diligebā

T ¶ Iccirco et Paulus ille magnus cū diuino amore flagraret. Epistola ad Galathas cap. Ad Gala. 2.
secundo. Christo crucifixus sū cruci. viuo autē iam: non ego. viuit vero in me Christus. ꝙ autē nunc viuo in carne / in fide viuo filij dei: qui dilexit me / et tradidit seipsū pro me.

V ¶ Quocirca zelotē illū ij qui diuina probe callent appellant. Exodus cap. vicesimo. Ego Exodus. 20.
sum dn̄s deus tuus fortis zelotes: visitans iniquitatē patrū in filios in tertiā et quartā generationē / eorū qui oderunt me. et faciens misericordiā in millia iis qui diligunt me / et custodiunt precepta mea. Et cap. tricesimo quarto. Noli adorare deū alienū. Dominus zelotes Exodus. 34.
nomen eius / deus est emulator.

X ¶ Quid autē sibi volunt Theologi qui aliquando amorē ipsum ac dilectionē vocant. Ipsum / ipsum deū. Vocant quidē amorem vt de ignatio adductū est: amor meus crucifixus Ignatius
est. Dilectionē. vt ex paulo ad colossenses cap. primo in scholio paulo superiore adductum Ad collo. 1.
est. Et ioannes cap. decimo quinto. Si precepta mea seruaueritis: manebitis in dilectione Joannes. 15.
mea. sicut et ego patris mei precepta seruaui: et maneo in eius dilectione. Vt amabilē. Cū
dicit deuteronomij cap. vndecimo. Ama itaqꝫ dn̄m deū tuū: et obserua precepta eius. Et Deutero. 11.
vt diligibilē. Cū dicit deuteronomij cap. sexto. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo / et Deutero. 6.
ex tota anima tua / ꝛ ex tota fortitudine tua. Et canticorū cap. quarto. Anima mea liquefa- Cāticorū. 4.
cta est: vt dilectus locutus est. dilectus meus candidus et rubicundus: electus ex millibus

Y ¶ Alterius nempe autor et veluti productor / et genitor: alter vero ipse est. due eni species amoris sunt. vnus quidē primarius est et amorū princeps qui deus est. alter vero secūdarius qui genitus et productus est / et primarij amoris imago. Ille primitiuus: hic deriuatꝰ Ille absolutus: hic contractus a sūmis ad ima queqꝫ pertingens. Illic eni sincerus et purus hic vero obscurus et permixtus. Et est vniuersū vt vnū speculū: cui presēs astans amor suū afformat idolū. et id amor nature est / sed vniuersus: particularis vero in partibus. ꝛ si speculum vniforme esset: leue / sincerū / perpolitū ꝛ mūdissimū / omnia profecto essēt in amore transformata. Et ex secundario amore multe excudunt reflexe amoris scintille: qua in reflexione nisi ad debita dirigant specula: fieri solent amorum degenerationes / prolapsionesqꝫ. et que multos (qui nesciūt quid sit amor / et quid sit amare adigūt ad insaniā: ꝛ ad extremā trahūt perniciē. et talē sepenumero experiunt amorē: qualē ferme descripsit poeta.

Nunc scio quid sit amor: duris in cautibus illum
Ismarus aut Rhodope / aut extremi Garamantes
(Nec nostri generis puerū / nec sanguinis) edunt.
Seuus amor docuit natorum sanguine matres:
Commaculare manus. Sed is amor procul facessat. qui cum sit crudelitas / impietas / et mera dementia: se mentitur amorem. ꝛ nulla nos rei precipua cupido teneat: nisi eius

Liber hierothei de amatoriis hymnis.

qui in sũmitatibus celorũ rex presidet: per se/ verus/ absolutusq amor.

¶ Ista et inclytus noster in sanctis litteris institutor in amatoriis hymnis. Inclytus ille institutor: diuinus hierotheus. Et liber ille diuini Hierothei de amatoriis hymnis desideratur: quē deus verus amor et eos qui beati patris non extant/ nobis restituat.

¶ Hierothei sanctissimi ex amatoriis hymnis. Cap. IIII. Pars secũda.

Amorē (siue diuinũ/ siue angelicũ/ siue spiritualē/ siue animalē/ siue naturalem 63
a dixerimus) insitiuam quandam intelligamus/ cõmiscentēq virtutē: superiora A
quidē mouentē ad inferiorũ prouidentiã/ equalia vero rursus ad socialē sui inuicē communionē/ ac postremo loco iferiora vt ad potiora et subliniora ɔuertant. adigentē.

¶ Secunde partis quarti capitis scholia.

¶ Siue naturalē dixerimus insitiuã quandã intelligamus/ cõmiscentēq virtutē. insitiuam A
virtutem/ vnitiuã/ cõiunctiuã/ associatiuã/ adunatiuã.

¶ Eiusdem ex eisdem amatoriis hymnis. Cap. IIII. Pars tertia.

Quoniã plurimos amores ex vno profluētes disposuimus: diximusq deinceps 64
q cuiusmodi sunt mundanorũ/ eorũq (qui supra mundũ sunt) amorũ cognitiões
ac virtutes. quibus supereminent (iuxta assignatam orationis intentionē) spiritaliũ atq intelligibiliũ amorũ ordines atq distinctiones. post quas qui per se intelligibiles sunt ac diuini/ pulchri ibi veraciter amores antistant. et a nobis pro viribus: proprie sũt celebrati. Nunc rursus resumentes omnes in vnũ et conglobatũ amorē/ ipsorũq oĩm parentem colligamus simul/ atq cõgregemus: ex multis primũ in duas omnino ipsum con- B
trahētes amatorias vires. ex quibus obtinet/ atq dominat oĩbus causa illa absolutissima amoris oĩs/ oĩa longe antecellens: et ad quã intendit pro modo cuiusq substãtie amor ille integer/ atq vniuersus: qui ex iis que sunt omnibus nascitur.

¶ Tertie partis quarti capitis scholia.

¶ Ex multis primũ in duas omnino ipsũ cõtrahentes/ amatorias vires. Vna quidē est: B
que a summis ad ima deriuat amatoria prouidētia: perinde ac lux solis in oĩa trãsfunditur subiecta corpora. altera vero amatoria vis/ ex imis rursum colligit ad summa: haud secus ac lumen per oĩa subiecta ad primitiue lucis originem resilit corpora. Non est eni sub luce subiectum contentũ corpus: a quo resilitio nõ fiat/ et quasi tacita quedã rerum omniũ genitricis lucis veneratio/ et luminũ omniũ conuersio. et ea (quam circa densa et opaca corpora cernimus) crassior est. et iccirco crassiori sensui peruior/ atq manifestior. que vero circa lympidiora/ et puriora: lympidior ac impermixtior. et talis est in rebus naturalis/ naturãq sequens/ et suis initiis consentaneus amor.

¶ Eiusdem ex eisdē amatoriis hymnis Cap. IIII. Pars quarta.

Age itaq et has rursus in vnũ colligētes dicamus: vt vna quedã est simplex vir- 65
a tus seipsã mouens ad insitiuã quandã concretionē ex sũmo bono ad extremam
vsq substantiã. a qua rursus deinceps per omnia ad bonũ ipsũ: ex seipsa et per

Hactenus ex diuino hierotheo.

De Malo.

seipsã et in seipsa seipsã circuiens/ atq in seipsam semper eodē modo remeans. ¶ At qui di- 66
xerit quispiam si oĩbus et pulchrũ et bonũ amabile est et desiderabile ac diligibile (deside- C
rat eni ipsũ et quod non est/ vt antea diximus: et in ipso ferme esse cõtendit/ ipsũq est quod speciem etiã informibus facit et in ipso etiã quod non est supersubstantialiter dicitur et est) quo modo demonũ turba pulchrũ ac bonũ non desiderat? sed affixa materie et circa bonũ expetendũ angelica identitate delapsa: malorũ omniũ causa et sibi ipsi/ et aliis (queq malicie dederũt manus) esse dicit? Quo item pacto cũ ex bono deducta sit demonica cohors: boni speciem nequaq prefert? Aut quomodo bona ex bono facta: mutata est? et quid est quod ipsam efficit malã? et omnino quid est malũ? et ex quo initio subsistit/ et in qua substantiarũ est? et qua ratione qui sũme bonus est/ ipsum producere voluit: vel si voluit: potuit? et si alia ex causa dicit malũ: quenam alia iis que sunt/ preter sũmũ bonum est causa? Quomodo vero prouidentia cum sit: malũ est/ aut omnino fit/ aut certe non tollit? et quo

Venatio mali.

pacto ipsum/ aliquid ex iis que sũt (bono omisso) desiderat? ¶ Ista quidem forte dicturus 67

est quispiā huiusmodi dubitationibus motus: at nos cōtra orabimus vt in rerum aspiciat
veritatē. Ac primū quidem istud cōfidenter dicemus: ꝙ malū ex bono nequaq; est. et si ex Malū ex bo
bono sit: malū profecto non est. Neq; enī propriū est ignis/ refrigerare: neq; boni/ non bo- no non est.
na producere. et si que subsistunt: omnia ex bono sunt. natura est enī bono: producere/ atq; Malū nō est
seruare. malo autē: corrūpere/ ac perdere. nulla igif substātia ex malo est: neq; quidē ex ma ex malo
lo ipsum erit malū/ siquidē sibiipsi sit malum. Quod nisi ita sit: malum nō omnino erit ma-
lum/ sed boni quandā secundū quam subsistat habebit portionē. Et si que sunt pulchrum/ Malum iter
bonumq; desiderant: et omnia quecunq; faciunt propter id quod videtur bonum faciunt/ substantias
omnisq; substātie destinatio principiū habet/ ac finem bonū illud (neq; enī quicq;/ mali na non est.
turam aspiciens: ea facit que facit) quo modo ergo erit inter substātias malū? aut quo pa-
cto substantia est: cum sit istiusmodi bono appetitu destitutum? Et si que sunt omnia ex bo
D no sunt/ bonūq; ipsum omnia superat: est quidē in bono/ et quod nō est substātia. Malum
vero neq; substātia est (alioquin nō omnino malum est) neq; non substantia est. nam nichil
erit quod omnino substātia non sit/ nisi in summo bono per substātie superexcessum dicaf.
Igitur bonū quidē erit longe prius: et eo quod simpliciter est/ et eo quod nō est/ atq; excel-
lentius fixum. malum vero neq; in iis que sunt est: neq; in iis que non sunt. sed ipso quoq;
68 quod nō est/ a bono alienius est malū: multoq; a substantia remotius. ¶ Unde ergo malū Obiectiones
est dicet quispiam? nisi enī sit malum: virtus et vicium idem erit. omnisq; virtus: ipsum erit ꝙ sit malum.
1 quod tota viciositas. et que particularis est virtus: hoc erit quod vicium itidē particulare.
aut neq; quod virtuti aduersatur: erit malum. atqui cōtraria castitati luxuria est: iustitieq;
iniustitia. neq; profecto dixerim: iustum et iniustū/ castumq; et luxuriosum idem esse. Uerū
et anteq; foris appareat virtutis aduersus improbitatē dissidentia: in ipa longe prius ani-
ma prorsus distant a virtutibus vicia. perturbationesq; cōtra rationē rebellant. atq; ex his
necesse est dare aliquod cōtrarium bono: malum. neq; enī sibiipsi aduersaf bonum: sed ve-
luti ex vno initio vnaq; causa genitum/ societate et cōiunctione et amicitia gaudet. et neq;
minus bonū: maiori cōtrarium est. quia nec minus calidum aut frigidum: amplius calido
aduersatur/ aut frigido. est igitur inter substātias/ atq; subsistit: oppositumq; aduersaf bo-
no malum. et si corruptio substantiarū est: nō id excludit a substātia malum. sed erit ipsum
quoq; substātia: et substātias generans. an vero nō sepe alterius corruptio: alterius gene-
ratio fit? eritq; malum ad totius perfectionē cōferens: atq; vniuerso (ne imperfectū sit) per
69 seipsum prestans. ¶ Dicet ad hec vera ratio. malum qua parte est malum: nullam substan Malū nichil
tiam aut generationē facere/ solumq; violare atq; corrumpere (quoad in ipso est) substan- producere
tiam rerum. Q; si si quis ipsum dicat generationis autorem: ꝙ alterius corruptione alteri
generationē largiatur. Respōdebimus verissime/ ꝙ non qua parte corrūpit: tribuit gene-
rationem. sed qua corruptio et malum est: corrumpit/ ac violat solum. generatio vero atq;
substantia: propter bonum fit. et erit malum ex se quidē corruptio: generationis autē effici
ens propter bonū. et qua parte quidē est malum: neq; substantia est/ neq; substantiarū effi
ciens. propter bonum autē et substātiam: et bonum et bonorū efficiens erit. imo vero neq;
erit idem in eodem et bonum et malum: neq; erit eiusdem corruptio et generatio eadem se-
cundum idem virtus/ neq; ipsa virtus aut ipsa corruptio. quod enim ipsum malū est: neq;
substantia/ neq; bonum/ neq; generans/ neq; substantiarū aut bonorum efficiens est. Bo
num vero quibuscumq; se perfecte insinuauerit: perfecta facit/ et mera atq; integra bona.
que vero minus ipsi participant: per defectum boni et imperfecta sunt/ et mixta bona. neq;
est omnino malum neq; bonū/ neq; beneficum: sed quod magis aut minus appropinquat
bono: pro modo suo erit bonum. Nam que per omnia pergit perfecta bonitas: nō ad eas
solum que circa se sunt eximie bonas substantias penetrat/ verum ad extremas quoq; per-
tingit/ aliis penitus presens/ aliis inferiore modo/ atq; aliis in fine vt singula capere pos-
sunt. atq; alia omnino participāt bono: alia vero magis eo/ minusue priuata sunt/ alia au-
tem perexiguam habent participationem/ atq; aliis extremo modo adest bonum. nam nisi
pro captu cuiusq; singulis adesset bonū: augustissima queq; et antiquissima extremorum

profecto tenerent ordinē.et qui fieri posset/ vt vno modo omnia bono participarent: cum non sint idonea omnia ad eius participationē exactissimam prouchi: at nunc ista est excellens magnitudo virtutis boni: ꝙ ea quoqꝫ que priuata sunt/ et suam ipsius priuationem sustentat/ vt integre ad ipsius participationē admittantur.et si confidentius astipulari oportet veritati: etiā q̄ illi repugnant/ ipsius virtute et sunt et repugnare possūt. ¶ Jmo vt bre- 70
uius loquar que sunt omnia: inq̄tum sunt et bona/ et ex bono sunt. inq̄tum vero priuata sunt bono: neqꝫ bona sunt/ neqꝫ subsistunt.nam sub aliis quidem affectionibus subsistunt: puta calore aut frigore.vt que calefacta sunt: perstant etiam vbi ea deseruerit calor. et vite ac sensus pleraqꝫ expertia: sunt. Et substantiā superemimet deus: et est supersubstātialiter/ atqꝫ simpliciter.in aliis quidem omnibus iam aliquāto labessente/ neqꝫ omnino indito ha E
bitu: substātie sunt/ et subsistere possunt. Quod autem per omnē modum bono priuatum est: nusq̄ nequaq̄/ neqꝫ fuit/ neqꝫ est/ neqꝫ erit/ neqꝫ esse potest.verbi gratia/ impudicus etsi per irrationabilem concupiscētiam bono priuatus est: in eo quidem non est/ neqꝫ concupiscit ea que sunt.iuxta tamen ipsam coniunctionis/ atqꝫ amicitie vel tenuem imaginem: est particeps boni. Et ira itē boni est particeps ex ipso motu: quo appetit que videnť mala ad id quod videatur bonum dirigere/ atqꝫ conuertere. Et ipse qui deterrimam appetit vitam (vt qui omnino vitam desideret: etiam que sibi videatur optima) ex eo ꝙ desiderat/ vitamqꝫ desiderat/ et ad optimam aspicit vitam: boni est particeps. Et si omnino sustuleris bonū: neqꝫ substātia erit/ neqꝫ vita/ neqꝫ desideriū/ neqꝫ motus/ neqꝫ aliud quicq̄. ¶ Jtaqꝫ 71
et ꝙ ex corruptione fiat generatio: non est mali virtus/ sed minoris boni presentia. Sicuti et morbus defectus est ordinis/ non omnis: nam si hoc sit/ neqꝫ morbus iste subsistet. manet autem et est morbus substātiam habens minimum ordinem/ et in ipso fere subsistens. Nam quod est omnino expers boni: ipsum neqꝫ est/ neqꝫ inter substantias est. Quod autē mixtum est in rebus: boni causa secūdum id quoqꝫ inter substantias est/ atqꝫ subsistit inq̄tum est particeps boni.imo vero que sunt omnia: in tantū magis/ minusue erunt/ inquantum ad boni consortium accedunt. Nam et in eo quod ipsum est: quod nusq̄/ nullo modo est/ ne erit quidē.quod autē alicubi est/ alibi vero nō est: inq̄tum quidem ab eo quod semper est decidit/ non est.inq̄tum vero vt esset accepit: in tantum est.et eo ipso id totum quidquid ipsius est/ et etiam quod ipsius non est: tenetur/ atqꝫ seruatur. Nempe malum id quidem quod bono penitus excidit: neqꝫ inter magis/ neqꝫ inter minus bona erit. quod autē alicubi bonum/ alibi nō bonum est: aduersatur quidem bono cuidam/ non autē integro et absoluto bono.teneturqꝫ et ipsum participatione boni: substātiamqꝫ addit bonum ipsum etiam priuationi sue aliqua participatione sui. Nam si bonū prorsus abscedat: neqꝫ omnino bonū erit/ neqꝫ mixtum/ neqꝫ ipsum malū. Nam si malum/ imperfectū est bonum: per vniuersam absentiam boni/ et imperfectū ꝛ perfectum aberit bonū.tuncqꝫ solum erit atqꝫ apparebit malum: cum aliis quidē est malū quibus aduersatur/ ab aliis vero tanq̄ bonis exceptum est. pugnare enim adinuicē eadem secundū eadem in omnibus: possibile nō est. Non igitur substantia est malum. ¶ Sed neqꝫ est in substantiis/ malum. Nam si que subsi 72
stunt: omnia ex bono sunt.et in omnibus substantiis est: et omnia cōtinet bonum.non igitur erit malū in substātiis: aut in bono erit malū. Atqui in bono nō erit: quippe neqꝫ in igne frigidū est. Neqꝫ quidē erit malū eo ipso ꝙ bonum efficit malū.si igitur erit: quomodo erit in bono malū? Siquidē ex bono esse dicať: ineptū simul id est et impossibile.neqꝫ enim po F
test (ait veritas) arbor bona fructus malos facere: neqꝫ item ecōuerso.si autē ex ipso nō est. G
ex alio profecto pricipio/ et alia ex causa erit si est.nam aut malum ex bono erit/ aut ex malo bonum/ aut (si et idipsum possibile nō est) ex alio initio et causa erit et bonum et malum. nulla enim dualitas principium est: vnitas vero dualitatis erit initium. ac fieri non potest: vt ex vno atqꝫ eodem duo penitus contraria prodeant/ ꝛ vt sit ipsum principiū nō simplex et singulare sed diuisum et preferens dualitatem/ contrariumqꝫ sibi ipsi atqꝫ immutatum.
¶ Nempe neqꝫ duo rerum contraria principia esse possibile est: et ea in se mutuo et in mūdo esse repugnantia. Nam si hoc detur erit deus quoqꝫ non expors difficultatis/ atqꝫ mole- 73

Manuductio ex morbo.

Jterum malū in entibus non esse

stie: siquidem sit aliquid quod ipsum quoq; perstringat. deinde cuncta erunt inordinata/
semperq; pugnantia: cum certe bonum ipsum/ que sunt omnia amicitie federe copula-
h uerit/ ipsaq; pax et pacis largitor celebratur a theologis sanctis. Quocirca et bona omnia
amicitie nectunt federe/ sibiq; cōsentiunt: vna ex vita ꝓgenita/ atq; ad vnū cōpacta bonū/
et placida atq; similia/ et pari appellatione cōiuncta. Itaq; nō est in deo malū/ et malū di- *Ex deo nec in deo esse malum.*
74 uinū nō est. ¶ Sed neq; est ex deo malū. aut eni bonus nō est: aut bona facit/ et bona pro-
ducit. neq; aliquādo quidē atq; aliqua: aliquādo vero non/ et nō oīa. pateret eni in hoc mu
tationē ac varietatē etiā circa id qđ est omniū augustissimū atq; causa. si autē in deo bonū
substātia est/ et in eo malū: erit quidē transiēs ex bono deꝯ/ aliquādo ens aliquādo vero nō
ens. Qđ si participatione bonū habet: et ab alio habeat necesse est. sicq; aliquādo habebit:
aliquādo vero nō. Non igit ex deo malū est: neq; in deo/ neq; simpliciter/ neq; secūdū tem
75 pus. ¶ Sed ne in angelis quidē est malū. Nam si enūciat diuinam bonitatē boni speciem *In āgelis nō esse malum*
preferēs angelus/ illud per participationē existens secūdo loco quod secundū causam est
id quod enunciat primo: imago dei est angelus/ manifestatio inuisibilis lucis/ speculū pu-
rum/ lucidissimū/ nitidum/ incoinquinatū/ immaculatū. suscipiens in se totā (si fas est dici)
pulchritudinē diuine speciei preclare insignite: ⁊ in seipso sincere insinuās (vt possibile est)
secretioris adytorū silentij bonitatē. itaq; neq; in angelis est malū. An vero ideo sunt mali:
q puniant peccatores? Ea ratione et qui peccātes plectunt mali erūt: et qui de sacris ordi-
nibus ꝓphanos a diuinis mysteriis arcent. atqui nō plecti malū est: sed dignum supplicio
fieri/ neq; pro merito sacris arceri: sed scelestū et prophanū fieri/ ⁊ indignū qui ad sacramē
76 ta admittat. ¶ Sed neq; demones natura mali sunt. Nam si sunt per naturā mali: neq; ex *Demones natura malos non esse*
bono sunt/ neq; inter substātias sunt. neq; item ex bonis per naturā mutati/ semperq; mali
sunt. deinde sibi an aliis sunt mali? Siquidē sibi: etiā seipsos perdūt. si autē aliis quomodo
corrūpunt aut quid corrūpunt: substantiā/ an virtutē/ aut operationē? Si substātiam: pri-
mum quidē non vltra naturā. Nam que per naturā sunt incorruptibilia: nequaq; corrum-
punt/ sed que corrumptionē admittūt. Deinde ne istud quidē oībus/ ⁊ omnino malum est.
sed neq; quicq; corrūpitur ex iis que sunt inq̄tum substātia et natura est: sed defectu natu-
ralis ordinis congruentie et cōmensurationis infirmat ratio/ cum eodē modo manere de-
beat. infirmitas vero perfecta nō est. nā si perfecta esset: et corruptionē perimeret/ atq; sub-
iectum. essetq; huiusmodi corruptio: suimet quoq; corruptio. atq; istiusmodi non esset ma-
lum: sed deficiens bonū. Nam quod omnino expers boni est: neq; inter substātias erit. ea-
77 dem et de corruptione virtutis/ atq; operationis ratio est. ¶ Deinde quonā modo demo- *In demonibus malum/ neq; natura neq; vt quid existens adesse.*
nes a deo facti mali sūt? bonū enim bona producit/ et statuit. Ac mali dicūtur dixerit quis-
piam: sed non secundū q sunt. ex bono eni sunt/ bonamq; sortiti substantiā. sed ex eo q non
I sunt: q iuxta sacra eloquia infirmati sunt ad seruandū suum principatū. in quo eni obsecro
malos fieri demones dicimus? nisi in vacatione diuinorū bonorū habitus/ atq; operatio-
nis. Preterea si natura mali sūt demones: semꝑ ergo mali. atqui malum instabile est. itaq;
si semꝑ eodem modo habēt/ nō sunt mali. semꝑ eni idem esse: boni ꝓpriū est. si autē nō sem-
per mali: nō natura mali sunt/ sed angelicorū bonorū indigentia. neq; tamē omnino expor-
tes boni sunt: quia et sunt/ et viuunt/ et intelligūt. estq; in eis quidam desiderij motus. mali
vero esse dicunt: q circa naturalē operationē infirment. auersio itaq; est illis malū (q exci-
derint/ potitiq; non sint naturalibus bonis) imperfectioq; et imbecillitas/ et infirmitas/ ac *Quid in demonibus malum*
78 fuga ⁊ prolapsio virtutis cōseruātis eis inditam perfectionē. ¶ Ad hec quidnam est in de-
monibus malū? furor irrationabilis/ demens ꝯcupiscētia/ imaginatio preceps/ atq; ꝓter-
ua. Verū ista q̄q̄ in demonibꝰ sunt: nō prorsus/ neq; in oībus/ neq; ipsa secundū se mala
sunt. Nāq; in aliis animātibus nō ista habere/ sed his carere: potius corruptio est animātis
et malū. sicuti cōtra: his niti/ saluat/ et esse facit istis subnixā animātis naturā. Nō itaq; ma-
la est demonū gens qua parte secundū naturā est: sed qua parte nō est. Neq; immutatum
est/ traditū illis totum bonū: sed ipsi dato sibi toto bono exciderunt. neq; indulta illis an-
gelica munera/ immutata dicimus: verū sunt et integra et lucidissima perstant. licet ipsi nō

videāt occlusis scilicet viribus/ quibus bona sua intueri possint. Itaqꝫ ꝙ sūt/ ⁊ ex bono sunt
et boni sunt: et pulchrum / bonumqꝫ desiderant vt sint/ et viuant/ et intelligant que subsi=
stunt: desiderantes. ceterū priuatione atqꝫ effugio/ prolapsioneqꝫ conuenientiū eis bono=
rum: mali dicūtur. et sunt mali in quo non sunt: et (quod nō est appetentes) malum profe=
In animabꝰ nō esse malū vt qd existēs — cto desiderāt. ¶ Ac animas quispiā esse dixerit malas: siquidē ideo quia attendunt/ inuigi= K
lantqꝫ malis/ vt prouideāt atqꝫ saluent. Hoc malū nō est sed bonū/ ⁊ ex bono proueniens/ 79
quod malū etiam efficit bonū. Et si malas fieri animas dicimus: in quo fiunt male? nisi in
bonarum qualitatū/ operationūqꝫ defectu/ atqꝫ proueniēte ex infirmitate ꝓpria priuatio=
ne/ ac prolapsione fruendi bonis suis. Nam et circūfusum nobis aerem obfundi tenebris
dicimus: defectu atqꝫ absētia lucis. ipsa vero lux semꝑ lux est: que etiā illuminat tenebras.
Itaqꝫ neqꝫ in demonibus neqꝫ in nobis est malū quasi existens: sed vt defectus ac desertio
Itidē neqꝫ i brutis animātibus malum esse. — cōsummationis propriorū bonorum. ¶ Sed ne in mutis quidem animātibus est malum. 80
Nam si sustuleris iram et cōcupiscentiā et cetera que dicūtur (et nō sunt simpliciter per sui
naturā) mala: leo fortitudine et ferocitate amissa/ leo esse desistet. blandus item oībus effe=
ctus canis: canis nō erit. quippe latrare canis proprium est: et domesticos admittere/ alie=
nosqꝫ propellere. itaqꝫ naturā non corrumpi malū nō est: nature vero corruptio infirmitas
est/ ac defectus naturaliū qualitatum/ et operationū atqꝫ virtutū. Et si cuncta que nascun=
tur/ perficiūtur in tēpore: ne imperfectū quidem omnino per vniuersam cōperias naturā.
In tota natura nō esse malum. — ¶ Sed neqꝫ in tota natura est malū. Si eni omnes naturales rationes ab vniuersali natu= 81
ra ducūtur: nichil est quod illi aduersetur. Porro singulari nature partim secūdū naturam
erit: partim nō. est enim preter naturā aliꝫ/ aliud. et quod huic secundū naturā: alteri preter
naturam est. nature vero vicium: quod preter naturā est/ ipsaqꝫ priuatio naturaliū. non est
In corporibus malū nō esse. — itaqꝫ natura mala: sed hoc est nature malū/ ꝙ nature sue ꝓpria nequit efficere. ¶ At eni ne 82
in corporibus quidē est malū. feditas eni et morbus/ defectus speciei est/ et priuatio ordi=
nis. hoc vero nō vsquequaqꝫ malū: sed minus pulchrū est. Nam si fiat omnino pulchritu=
Corpus anime mali causa non est. — dinis et speciei/ ordinisqꝫ solutio: peribit ipsum quoqꝫ corpus. ¶ Qꝫ autē neqꝫ malicie cau 83
sa sit corpus anime/ ex eo constat: ꝙ etiā sine corpore malicia possit irrepere/ sicuti in demo
nibus. Est eni hoc et spiritibus et animabus et corporibus malū: si infirmēt/ et excidāt bo L
Materia inqtū materia malū nō est: neqꝫ qdē in ea malū est. — norum suorū habitu. ¶ Sed ne in materia vulgatissimū quidē est (vt aiunt) malū inqtum 84
materia est. Et ipsa eni ad ornatus/ et pulchritudinis/ et speciei accedit cōsortiū. Si autem
extra hec materia existens in seipsa/ qualitatē speciemqꝫ desiderat: quo pacto facit aliquid
materia/ que nec vt pati possit secūdū seipsam habet? Preterea quomodo malū est mate=
ria? Nam siquidē nusqꝫ nullo pacto est. neqꝫ bonū profecto est/ neqꝫ malū. Sin autē quo=
modolibet est/ et que sunt omnia ex bono sunt: et ipsa ex bono sit necesse est. et aut bonum
mali efficiēs erit/ aut malū quasi ex bono sit: bonū erit. aut malū erit efficiens boni: siue etiā
bonum (vt ex malo ductū) malum erit. aut duo rursus erunt pricipia: et hec alio quodā de=
pendētia capite atqꝫ pricipio. Si autē asserunt materiā ad perfectionē mundi totius fuisse
necessariā: quomodo erit materia malū? aliud est eni malum: aliud necessariū. Qua eni ra=
tione: bonus ex malo aliqua ad generationē ducit? aut quomodo malū bono necessariū?
fugit sane boni naturā malum. Quomodo item gignit ac nutrit naturam materia: si mala
est? malum eni eo quo malum est: nullius est gignens/ aut nutriens/ aut omnino efficiens/
aut seruans. ¶ Qꝫ si dixerint ipsam quidē in animabus maliciā non facere/ verū eas attra= 85
here: quomodo hoc verū erit? plurime namqꝫ ex his bonum intuētur. at id qui fieri posset:
si eas materia ad malū prorsus attraheret? Non itaqꝫ ex materia malū animabus proue=
nit: sed ex inordinato/ et delinquēte motu. Si autē et hoc asserant omnino materiā sequi/
estqꝫ necessaria instabilis materia iis que in seipsis figi nō valent: quomodo malū est neces
sariū/ aut quomodo necessariū malū? At neqꝫ id (qd dicimꝰ) priuatio viribus ꝓpriis relu
ctatur bono. nam priuatio si vniuersa ponitꝰ: viribus omnino destituitꝰ. singularis vero/ nō
ex eo ꝙ priuatio est vires habet: sed quia priuatio perfecta non est. Nempe eni si priuatio
boni particularis sit: non vsquequaqꝫ malū est. qua abeunte/ simul et mali natura discedit.

86 ¶ Atqꝫ vt paucis expediam: bonū ex vna et tota causa: malū ex multis/ particularibusqꝫ
87 ꝓficiscit̃ defectib⁹. ¶ Nouit deus malū vt bonū: atqꝫ apud ipsū maloꝝ cause/ virtutes be=
88 nifice sunt. ¶ Quod si malū sempiternū est: et creat/ ⁊ potest/ et est/ ⁊ agit. vnde sibi ista: an
89 ex bono/ an bono ex malo/ an vero ambobus ex causa alia? ¶ Omne quod secūdū naturā
est: ex definita nascitur causa. si aūt malū causa ac definitione caret: secundū naturā nō est.
90 neqꝫ eni nature inest: qđ est preter naturā. neqꝫ inertie: in arte est ratio ¶ Nun ergo aīa/ ma
loꝝ est causa/ sicuti calefaciendi ignis: et oīa quibus se insinuarit malicia replet? An vero
bona est quidē anime natura: operationes vero suas aliquādo sic peragit/ aliquādo nō sic?
Nempe si per naturā/ est anime mala substātia: vnde illi substātia est? An ex causa illa bo=
M na cōditrice omniū? Sed si ex ea: quomodo per substantiā mala? Bona sane sunt oīa que
ab illa ꝓgenita sunt. Sin autē per operationes: neqꝫ istud est imutabile. alioquin vnde illi
virtutes inessent: nisi boni hausisset speciē? Restat igit̃ vt malū infirmitas sit/ atqꝫ a bono
91 defectio. ¶ Bonoꝝ causa vna est. et si bono malū ꝯtrariū: mali cause sunt plurime. non ta=
N men efficiētes maloꝝ rationes/ atqꝫ virtutes: sed impotētia/ et infirmitas/ et dissimiliū in=
cōgrua permixtio. Neqꝫ vero imobilia et eodē modo semꝑ habētia mala sunt: sed infinita
92 et indeterminata/ et in aliis aliter peruagātia/ ⁊ ipsis quoqꝫ infinitis. ¶ Omniū etiā malo=
rum initiū et finis: bonū erit. Boni eni gratia oīa sunt: et queqꝫ bona/ et queqꝫ cōtraria. et
hec eni appetitu boni aggredimur. nemo eteni in malum intuens: agit que operat̃. idcirco
neqꝫ substātia nititur malū/ sed substātie simulacro: dum boni gratia/ et nō suiipsius gerit̃.
93 ¶ Malo secundū accidēs est applicāda substātia et ꝓpter aliud: nō ex initio ꝓprio. vt qđ
cū fit: rectū quidē esse videat̃/ quia boni gratia fit. reuera autē rectū nō sit: quia quod bonū
94 non est arbitramur bonū. ¶ Ostensum est aliud esse quod expetit̃: aliud vero quod agit̃.
O Itaqꝫ malū est preter viā/ preter intentionē/ preter naturā/ preter causam/ preter initium/
preter finē/ preter diffinitionē/ preter voluntatē/ preter substantiā. Est igit̃ malū priuatio/
P et defectio/ infirmitas/ inconueniētia/ atqꝫ frustratio: destinatione/ pulchritudine/ vita/ sen=
su/ ratione/ perfectione/ ac sede/ ⁊ causa priuatum: indefinitū/ infecundū/ ociosum/ imbecil=
lum/ inordinatū/ dissimile/ infinitū/ tenebrosū/ carensqꝫ substātia: ⁊ ipsū nullomodo/ nusq̄/
95 et nichil existēs. ¶ Quomodo potest omnino aliquid malū? Permixtione boni. quod eni
boni prorsus expers est: neqꝫ est quicq̄/ neqꝫ quicq̄ potest. Nam ꝑfecto si bonū substātia
est/ et cōsilio/ ac valētia/ et actione preditū: quomodo quod huic aduersat̃ aliquid poterit/
96 substātia/ prudētia/ virtute/ atqꝫ operatione priuatum? ¶ Non oīa oībus/ et prorsus eadē
secundū idē mala sunt. verū demoni malū est: ꝙ boni specie insignē/ animū repulit. anime:
97 ꝙ a ratione defecit. corpo[r]e [v]ero: ꝙ a natura desciuit. ¶ Si ꝓuidentia est: quomō omnino
sunt mala? Non est malū qu[a] parte malū: neqꝫ substātia/ neqꝫ inter substantias. nichilqꝫ in
rebus ꝓuidētie gubernatione deserit̃. neqꝫ eni malum substātia est conspicua ⁊ in aperto
in bono subsistēs. Et si nichil in rebus existētibus boni participatione caret/ malū vero est
a bono defectio (nichil reuera in substātiis bono vsquequaqꝫ priuatū est) in oībus que sub=
sistunt diuina prouidētia est. nichilqꝫ ex iis nō prouidētia agit̃ sed iis quoqꝫ qui fiunt mali:
benigne ꝓuidentia vtitur ad illoꝝ/ siue alioꝝ cōmunē/ seu priuatā vtilitatē. et ꝓprie cuiqꝫ
substantie prouidet. Ideo et absurdā plane multoꝝ rationē non admittimus qui asserunt
oportuisse ꝓuidentiā inuitos etiā nos ad virtutē ducere. neqꝫ eni est ꝓuidentie violare na
turā. Quocirca vt ꝓuidentia cuiusqꝫ nature est seruatrix: eis que per se mouent̃ (vt libero
agunt̃ arbitrio) ꝓuidet: oībusqꝫ et singulis ꝓprie vt omniū/ singuloꝝqꝫ natura capit. ⁊ to=
98 tius/ ac vniuerse ꝓuidentie: pro modo cuiusqꝫ ꝓuidētissimas bonitates impartit. ¶ Non
igit̃ est substātia malū: neqꝫ est inter substātias malū. nusq̄ eni malum est qua parte malū.
et fieri malum: nō virtutis/ sed infirmitatis est. atqꝫ demonibus quod sunt quidē/ et ex bo=
no simul et bonū est: malum vero illis est a propriis bonis prolapsio/ atqꝫ defectio. et im=
mutatio identitatis atqꝫ habitus: infirmitas est (que illis cōsentanea esse debet) perfectio=
nis angelice. atqꝫ expetunt bonum: qua parte esse et viuere et intelligere appetunt. ⁊ non
appetunt bonum: dum quod non est appetunt. neqꝫ est istud appetitio: sed vere frustra=

tio appetitionis. ¶ Eos in scientia peccãtes scriptura vocát: qui circa boni notionẽ haud 99
eos latentem/ atqꝫ actionem infirmantur. et qui sciunt voluntatem: et non faciunt. qui au= A
dierunt quidem: sed infirmantur circa fidem/ aut operationẽ boni. cum nolint quidã intel=
ligere/ vt bene faciant: ex peruersione/ siue infirmitate volũtatis. Prorsusqꝫ malũ est/ vt se=
peiam quoqꝫ diximus: infirmitas ⁊ imbecillitas/ ac defectus/ vel scientie/ vel notionis/ vel
fidei/ vel appetitionis/ vel operationis boni. ¶ At dixerit quispiam non puniri meretur in= 100
firmitas: sed contra venie digna est. Nempe nisi licuisset obsistere: non ignaua esset ratio.
Si autẽ bonũ illud suppetitat vires (quod iuxta scripture fidẽ: dat oĩbus omnino cõgrua) B
laudandũ nõ est: si ex bonorum nostrorũ habitu a summo permanẽte bono frustramur/ et
auertamur/ et effugiamus/ atqꝫ decidamus per ignauiã nostrã. Sed hec in iis que scripsi=
mus de iustitia/ iudicioqꝫ diuino satis pro viribus dicta sunt. quo in sacro opere: scripture
veritas sophisticas et iniustitiam/ ac mendaciũ cõtra deum loquẽtes rationes: vt stolidas
omnino cõfutauit/ et reppulit. ¶ Nũc autẽ pro captu nostro satis laudatũ est bonũ: vt ve= 101
re admirandũ/ vt prĩcipiũ omniũ ac finis/ vt quod cõtineat oĩa. vt speciẽ iis faciẽs que non
sunt: vt bonorũ oĩm causa/ vt malorũ nõ causa. vt prouidentia et absoluta bonitas: et que sũt/
et que nõ sũt oĩa superãs. et mala secũdũ boni priuationẽ: in bonũ cõuertẽs. oĩbus expetẽ=
dũ/ et amabile/ ac diligibile: et queqꝫ alia in superioribus verax (vt reor) oratio demõstrauit.

Liber de iusto/ diuinoqꝫ iudicio.

¶ Quarte partis quarti capitis scholia.

¶ Atqui dixerit quispiã si oĩbus et pulchrũ et bonũ amabile est. Hactenus ex amatoriis di= C
uini hierothei hymnis dictũ sit. Hic vero propriã beatus pater resumit determinationem.
Et hoc in loco per opacam tenebrarũ siluam venat᷑ malũ/ et epicherematis/ ⁊ syllogismis
omni ex angulo extrudit/ explodit/ confodit: omnes sentes in quibus habitare videat᷑ velli
cans. Et primum questiunculas quasdã (quas ferme facere solent ipsius mali et sue noctis
defensores) premouet/ quasi defensorias partes agens.
1 ¶ Prima questio. Quomõ demonũ turba pulchrũ/ ac bonũ non desiderat/ sed sibi et aliis
omniũ malorũ causa est: si oĩbus pulchrũ/ et bonũ/ amabile/ desiderabile/ ac diligibile est?
2 ¶ Quo pacto demonica gens/ demonumqꝫ turba: cum ex bono processerit/ nequaqꝫ bo=
ni speciem prefert?
3 ¶ Quomodo bona ex bono facta mutata est: et quid eam efficit malam?
4 ¶ Quid omnino malum est? ex quo et in quo subsistit?
5 ¶ Qua ratione ille qui sũme bonus ẽ: ipsũ producere voluit? et si voluit quo modo potuit?
6 ¶ Si alia ex causa pendet malum: quenam ea causa preter summũ bonum est?
7 ¶ Quo modo si prouidentia est: malum est aut fit/ et quo modo non tollitur?
8 ¶ Quo modo aliquid eorum que sunt malum desiderat: omisso boni desiderio? Et alias
plerasqꝫ infra mouebit: quarũ quidẽ et harũ senticosis nodis diuina luce radiatus beatus
pater (superata sophistica sphynge/ ⁊ multicipite echidna) dissolutis: noctis victor euadet.
Et operepreciũ est videre boni et pulchri militem: malũ boni ⁊ pulchri hostem aggredien
tem/ et velut latis appetentẽ venabulis: omni ex latibulo prodẽtẽ/ ineluctabiliter vrgentẽ/
extrudentẽ/ buccinantẽqꝫ tandẽ (victo malo) boni/ pulchriqꝫ victoriã. Et gaudet mens pia
nõ tam de inuẽtione mali (quod in priuatione de lucis et entium regione profugum/ fragile
infirmũ/ miserũ/ latitare deprehẽsum est) qꝫ de victoria boni et pulchri. Et victori deo gra=
tias agit: qꝫ nõ in tenebris/ sed in luce eã statuerit/ quodqꝫ ad horrẽdas ⁊ multiplices priua
tionũ tenebras ⁊ nõ entiũ (ipso sustinẽte) lapsa nõ sit/ aut lapsã sua benignitate rursũ erexe=
rit. Sed audite iam diuinũ patrẽ singula queqꝫ magna dignitate persequentem.
¶ Est quidem in bono et quod non est substantia. Quod non est substantia/ quod non est D
simpliciter ens. vt materia. et sensibilia supramũdanis cõparata: etiã non entia dicũt᷑.
¶ In aliis quidẽ oĩbus iam aliquanto labessente neqꝫ omnino indito habitu. Omnia alia E
a supereminente illa substantia que deus est: subsistunt quidẽ iam nõ nichil labessente ⁊ nõ
omnino indito substantie habitu. hoc est subsistunt: ab illa sũma entitate/ et entitatis pleni=
tudine deficientia. verũtamen hic defectus/ ⁊ hec plenitudinis substantie absentia/ nõ pro=

prie malũ diceret̃:ꝙ non sit eorũ bonorũ priuatio que illis secũdũ eorũ naturã debentur. imo vero vnũqđq; quantũ sua natura capax est:et entitate et bonitate plenũ est nisi alieno errore/nature pendeat peruersitas/vnde malũ et sui boni priuatio irrepat. A bono enī: vt neq; a lumine tenebre/et a calore rigor malum non est.et aliũde/et alienũ est.et proinde sacra scriptura dicit:ab alienis parce seruo tuo.

F ¶ Neq; enī potest (ait veritas) arbor bona fructus malos facere:neq; itē econuerso. Matheus cap.septimo. Nunquid colligũt de spinis vuas:aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit:mala autē arbor malos fructus facit. Non potest autem arbor mala bonos fructus facere:neq; arbor bona malos fructus facere. Matthe⁹. 7.

G ¶ Nam aut malum ex bono erit:aut ex malo bonũ. Si ponimus et bona et mala esse/et ex eodem pendere principio:si principiũ id bonũ est/proculdubio ex bono malũ erit.et si principiũ malũ esse ponit̃:et bonũ quoq; ex malo erit. at id quidē vtrũq; impossibile. nam neq; bona arbor malũ fructum:neq; mala bonũ facit. Et si omniũ bonorũ vnũ est principiũ/malorũ autē alterũ est:iam cũ duo sint/vt principiũ habeant necesse est.binarius enī principiũ esse nō potest:sed ante binariũ natura et est/et intelligit̃ monas princeps.sed id rursus impossibile.nam id quatenus bona ꝓduceret:bonũ esse intelligeret̃.⁊ quatenus mala/malũ: diuiduũq; esset.neq; fieri vllo pacto potest: vt ab eodem et simplicissimo et imutabili fonte tam varia prodeant bonũ dico et oīno malũ.vt neq; ab eodem sensibili et imutato fonte:liquor dulcissimus pariter/et amaricatissimus profluere.et ab eodē lucidissimo corpore: insignis et vndiquaq; exuberans lucis effusio/et densissime tenebre.

H ¶ Ipsaq; pax et pacis largitor celebrat̃ a theologis. Vt pax enī celebrat̃ cum ad ephesios cap.secũdo dicit̃. Ipse est pax nostra qui fecit vtraq; vnũ. Vt de⁹ pacis frequēter. Epistola ad hebreos cap.decimo tertio. Deus autē pacis (qui eduxit de mortuis pastorē magnũ ouiũ/in sanguine testamēti eterni dñm nostrũ ihesũ Christũ) aptet vos in omni bono:vt faciatis eius voluntatē. Et ad romanos et corinthios similiter. Vt pacis largitor. Joannes cap.decimo quarto. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis non quomodo mundus dat/ego do vobis. Ad ephe.2. Ad hebre.13 Joannes.14.

I ¶ Qꝫ iuxta sacra eloquia infirmati sunt ad seruandũ suũ principatũ. Epistola Jude cap. primo. Angelos vero qui non seruauerunt suũ principatũ/sed dereliquerunt suum domiciliũ:in iudiciũ magni dei vinculis eternis sub caligine reseruauit. Jude.1.

K ¶ Siquidē ideo quia attendũt/inuigilantq; malis/vt prouideant/atq; saluent. Ferme tota et attentissima cura animarũ in legibus ponendis/et eorũ qui in actiua vita et rebus gerundis versant̃: est vt aduersus mala solicite prouideant/ et ab illis liberent/ et saluent ⁊ id quidē malũ non est. verũtamen primũ/ precipuũq; eorũ propositũ/ et prima intentio esse debet: vt homines ad diuine vite effigiē dirigant:⁊ scđm diuina exemplaria que bone sũt dei volũtates vt capite sequēti ex btissimo patre cognoscet̃. Prima enī et ꝑcipua agricole cura et intentio est/ad annone necessitatē oportuna fruges:non nocentiũ herbarũ radicit⁹ euulsio.attamen fieri non potest vt reddatur fertilis ager: nisi fiat solicita huiusce fertilitati aduersantiũ herbarũ extirpatio. Ita quoq; neq; respublica/virtutũ ad deiformem vitam referet fructum:nisi solicita fiat malis inuigilatio.

L ¶ Qꝫ etiã sine corpore malicia possit irrepere. Demones sine corpore esse hic ex beato patre habes. Idem ex beato Ignatio cuius epistole diuinis patris operibus adiiciẽtur. Ex domino item saluatore nostro/sapientia/et veritate. Luce cap.vicesimo quarto. Stetit ihesus in medio eorum et dixit pax vobis. Ego sum. Nolite timere. Conturbati vero et conterriti existimabant se spiritum videre.et dixit eis quid turbati estis: et cogitationes ascendunt in corda vestra? videte manus meas et pedes:quia ego ipse sum.palpate et videte qa spiritus carnem et ossa non habet:sicut me videtis habere. Et si statuis insunt/si arrepticiorum corpora neq; clausi neq; exclusi occupant:quis nō perceperit naturali ratione effectũ esse corporeos non esse? quandoquidē ea que corporea mole obruta sunt:se nequeant vlla ratione/natura occupare. At vero tam bonorũ angelorũ intimas insinuationes (seu cōpre Lucas.4.

hensiones/seu insilitiones/occupationesue benignas dicamus) ꝙ maloꝝ maleficas quas nunc arreptiones/nunc inuasiones dicunt (inuasit inquit spiritus dei malus saul) sacre litte re indubitatã fidẽ prestãt. Estq; anima cũ a bono cõprehẽdit angelo/persimilis vitree pile in aeris medio pẽdule: bonus aũt angelus/infuso ⁊ circũfuso lumini. ⁊ malus angelus (vbi inuadit) est infuse et circũfuse horrentes tenebre. Et suspicari et credere demonas corporeos esse gẽtilitiũ est. ⁊ eorũ qui se potius gẽtiles/et platonicos: ꝙ christianos dici malũt. Sed neq; Plato (dũ vixit veritatis ꝗ̃tum assequi valuit amicus) eorũ mendacia probabit neq; refrigeriũ eorũ anime dabit: neq; demones ipsi quicq; suos precones leuabunt. Christus eni solus refrigeriũ est animarũ nostrarũ/ et vita eterna in se credentiũ: qui faciat oro vt resipiscant (et talia queq; tenues vanescant in auras) si qui erunt illa vanitate lusi. Illiq; prostrato corde: Christo domino autori vite liberati concinant. narrauerunt michi iniqui fabulationes: sed nõ vt lex tua. ꝙ dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo. Eloquia dñi eloquia casta: argentũ igne examinatũ/ probatum terre/ purgatum septuplũ. Eloquia domini igne examinata: protector est omniũ sperantiũ in se.

Genesis.1. ¶ Bona sane sunt omnia: que ab illo progenita sunt. Genesis cap. primo. Vidit deus cũ- W
cta que fecerat: et erant vade bona.

¶ Et si bono malũ contrariũ: mali cause sunt plurime. Si contrariũ/ si prorsus opposito se N
se habens modo: multe mali erunt cause/ cum bonorum vna sit causa: vt vel in hoc malum bono contrarium et dissimile sit.

¶ Ostensũ est aliud esse quod expetit: aliud vero quod agit. Ostensum est pauloante. nam O
quod expetit/ et nos natura mouet: bonũ est. quod autẽ agitur: propter ignorantiam plerumq; malum/ et lapsum est.

¶ Destinatione/pulchritudine/vita/sensu. Destinatione/intentione/proposito et signo ad P
qd vere dirigat. Et hui⁹ vocabuli destinatio: varius est interpretis nũc hic/nũc alibi vsus

Lucas.12. ¶ Eos in sententia peccantes scriptura vocat. Lucas cap. duodecimo. Quis putas est fi- Q
delis dispensator et prudens: quẽ constituit dñs supra familiã suã/ vt det illis in tẽpore tritici mensurã: beatus ille seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit ita facientem. Vere dico vobis quoniã super omnia que possidet constituet illũ. Q si dixerit seruus ille in corde suo/ morã facit dñs meus venire: et ceperit percutere seruos et ancillas/ et edere et bibere ⁊ inebriari: veniet dñs serui illius in die qua non sperat/ et hora qua nescit ⁊ diuidet eum/ partẽq; eius cum infidelibus ponet. Ille autẽ seruus qui cognouit voluntatẽ dñi/ et non se preparauit/ et non fecit secundũ voluntatẽ eius: vapulabit multis. qui autẽ nõ cognouit/ et fecit digna plagis: vapulabit paucis. Et de eisdem qui in scientia peccant et circa boni notionẽ haud

Psalm⁹. 35. latentẽ infirmant. Psalmus tricesimus quintus. Dixit iniustus vt delinquat in semetipso non est timor dei ante oculos eius. quoniã dolose egit in conspectu eius: vt inueniat iniquitas eius ad odium. verba oris eius iniquitas et dolus: noluit intelligere vt bene ageret.

Jacobus.1. ¶ Quod iuxta scripture fidem dat omnibus omnino congrua. Epistola Jacobi cap. pri- R
mo. Si quis autẽ vestrum indiget sapientia: postulet a deo qui dat omnibus affluenter/ et non improperat. et dabitur ei.

Liber de iusto/diuinoq; iudicio. ¶ Sed hec in iis que scripsimus de iustitia/iudicioq; diuino. Liber de iusto/diuinoq; iudi- S
cio non habet. deus iustus seculorũ iudex vt restituatur tribuat.

¶ De ente in quo etiam de exemplaribus. Cap. V.

t Ransceundũ iam ad eminentissimã (eius/ qui vere est) substantialẽ appellationẽ. iuxta theologie fidem explicandã: si prius admonuerimus nos nequaꝙ intendere supremã illã ineffabilẽq; substantiã qua parte est supersubstantialis exponere. id eni et ineffabile est: et cognitionẽ nostrã omnino expositionẽq; refugit/ et ipsã vnionẽ antecellit/ sed substantificum diuine/ principalisq; substantie (ad ea que sunt omnia) laudare progressũ. Nam boni quidẽ diuina appellatio/ cause omniũ processus omnes exponens: et ad ea que sunt/ et que nõ sunt extendit. et super omnia que sunt et que nõ sũt eminet. Porro vite denominatio ad viuentia cuncta porrigitur et supra viuentia est. sapientie

Bonitas
Vita
Sapientia

quocꝫ appellatio ad ſpiritalia omnia et rationalia/ſenſibiliacꝫ pertendit̄/ et ſuper hec om=
nia eſt.has itacꝫ laudare noſtra cupit oꝛatio (que pꝛouidentiā explicent) diuinas appella=
tiones.necꝫ enī ipſam eminentē ſubſtantiis omnibus bonitatē/ et deitatē/ et ſubſtantiā/ vi=
tamcꝫ ac ſapientiā ſuperſubſtantialis ipſius deitatis pollicet̄ eloqui: que ſuper bonitatem
T deitatē/ ⁊ ſubſtantiā vitamcꝫ et ſapientiā in occultis (vt ſcriptura ait) ſuperne locata eſt.ſed
patentem: beneficamcꝫ pꝛouidentiā/ ſupꝛemācꝫ bonitatē et bonoꝛū omniū celebꝛat cauſā
et quod eſt/ et vitā et ſapientiā ſubſtantie effectricē/ et cauſam viuificam/ ſapientiecꝫ indul=
103 tricem: iis que ſubſtantie/ ac vite/ et mentis/ et rationis/ et ſenſus capacia ſunt. ¶ Non autē Idē ens bo=
aliud eſſe bonū docet aliudcꝫ quod eſt/ et aliud vitā/ ſiue ſapientiam: necꝫ plures cauſas/ ⁊ num vita ſa=
alioꝛū alias effectrices deitates ſuperioꝛes/ ⁊ inferioꝛes.ſed vnius dei bonos pꝛoceſſus om pientia.
V nes/ ⁊ eas (que celebꝛant̄ a nobis) diuinas appellationes.et hanc quidē omnino vnius dei
pꝛouidentie eſſe enunciatricē alias vero generalioꝛū/ et alias magis particulariū eiuſdem
104 interpꝛetes dici. ¶ Ac dixerit quiſpiā cuius rei gratia cum deus vitā/ vitacꝫ antecellat ſa=
pientiā/ et iis que ſunt ſolū ea que viuunt/ et viuentibus ſenſibilia et iis que rationalia/ et ra
tionalibus angelici ſpiritus pꝛecellunt: et circa deū ſunt magis que illi appꝛopꝛinquant.at
tamē opoꝛtebat que maioꝛa munera a deo acceperūt: pꝛeſtātioꝛa quocꝫ eſſe/ ceteriſcꝫ pꝛe=
eminere. Atqui ſiquidē ſubſtātia ⁊ vita carere ſpiritalia quiſpiā poneret: recte iſtud diceret̄.
ſin autē et ſunt diuini ſpiritus ſupꝛa reliqua que ſubſiſtunt/ et viunt ſupꝛa viuentia reliqua/
intelliguntcꝫ et agnoſcunt ſupꝛa ſenſū/ ſupꝛacꝫ rationē: et ſuper omnia que ſūt pulchꝛū ac
bonū deſiderant ac capiunt ipſi magis circa bonū ſunt vt qui eo vberius fruunt̄/ maioꝛacꝫ
ex ipſo dona percipiunt.ſicuti et rationalia ſenſu pꝛeditis eminēt/ vincuntcꝫ rationis excel=
lentia: et vltra ſentiendi facultatem/ ea quocꝫ ſuperant et alia vita. eſtcꝫ vt reoꝛ equidē hoc
veriſſimum/ quodcꝫ vnius/ ⁊ infinitis muneribus pꝛediti dei participatione: felicioꝛa ſunt.
X illicꝫ et viciníoꝛa ſunt et diuinioꝛa: q̄ꝫ que minus illud perceperunt. ¶ Quoniam vero et de Ens ſiue qui
105 his ſatis dictū eſt: age bonū ipſū vt veraciter ens ⁊ oībus que ſunt ſubſtantiā largiēs/ lau= eſt.
dare pergamus ipſum qui eſt. Eſſentie totius ſuperſubſtantiali virtute fundatrix cauſa eſt
atcꝫ opifex: exiſtentis ſubſiſtentie/ ſubſtantie/ eſſentie/ nature pꝛincipiū: et menſura ſeculo=
rum/ atcꝫ tempoꝛū entitas/ et eternitas entiū/ et tempus eoꝝ que fiunt.eſſe autē iis que quo
modolibet ſunt: et generatio iis que quomodocuncꝫ gignunt̄. Ex eo enī qui eſt: ſeculū eſt/
et eſſentia/ et ens/ et tempus/ et generatio/ et quod gignitur et ea que in exiſtentibus ſunt ⁊
106 que quomodolibet ſubſiſtunt atcꝫ extant. ¶ Nam deus non quoquo pacto eſt ens: ſed ſim Rex ſeculoꝝ
Y pliciter et incircunſcripte totum in ſe eſſe pariter ambit/ et pꝛeambit ſuperappꝛehendens.
Idcirco etiā rex ſeculoꝛū dicit̄: vt in quo/ et circa quē totū eſſe/ et ens/ ſubſiſtenſcꝫ verſetur
Et necꝫ erat necꝫ erit/ necꝫ fuit/ necꝫ fit/ necꝫ fiet: imo vero necꝫ eſt: ſed iis que ſunt: eſſe ipſe
eſt.necꝫ ea que ſunt ſolū: verū ipſum quocꝫ eoꝛū eſſe ex eo eſt qui eſt ante ſecula. ipſe vero
107 eſt ſeculū ſeculoꝛū: qui ante ſecula eſt. ¶ Reſumentes itacꝫ dicamus vt iis que ſunt omni=
bus et ſeculis eſſe: ab eo eſt qui ante eſt.et omne quidē ſeculū ac tēpus: ex eo eſt.omnis au=
tem ſeculi/ ac tempoꝛis/ et omnis quod quomodolibet eſt: is qui ante eſt initiū/ ⁊ cauſa eſt.
omniacꝫ ipſo participant/ et a nullo exiſtente diſcedit: ipſecꝫ eſt ante omnia/ et omnia in ip
ſo conſiſtunt: pꝛoꝛſuſcꝫ ſi quid quomodolibet eſt: in eo qui ante eſt et eſt/ et noſcit̄ atcꝫ ſer=
108 uatur. ¶ Et ante ipſius participationes: eſſe pꝛepoſitū eſt.⁊ eſt ipſū per ſe eſſe antiquiuſq̄ꝫ
Z ipſam vitam/ ipſamcꝫ ſapientiā/ ⁊ ipſam ſimilitudinē diuinā eſſe/ aliiſcꝫ quibuſcuncꝫ parti=
cipantia: ante hec oīa ipſo eſſe participāt. imo et ipſa per ſe oīa (quibus ea que ſunt partici=
pant) ipſo per ſe eſſe participāt. Nullumcꝫ ens eſt/ cuius nō ſit ſubſtātia/ ⁊ ſeculū: ipſū/ atcꝫ
per ſe eſſe. Merito igit̄ reliquis aliis pꝛīcipalius vt qui eſt: deus ex antiquioꝛe aliis ipſius
donis celebꝛat̄. Etenī ipſe pꝛeeſſe et ſupereſſe ante habēs/ et ſupereminēter habēs: id ipſū
(dico ipſū per ſe eſſe) pꝛeeminere fecit.atcꝫ per idipſum eſſe (quidq̄d quomodolibet eſt) vt
109 ſubſiſteret effecit. ¶ Enimuero et rerū pꝛīcipia oīa: ipſius eſſe participatione et ſunt/ et pꝛinci
pia ſunt: et pꝛius quidē ſunt: et ſubinde pꝛīcipia ſunt. Et ſi velis vitā ipſam viuentiū: vt vi=
uentium initiū dicere/ et ſimiliū vt ſimiliū ſimilitudinē ipſam/ et coniunctoꝝ: vt coniuncto=

rum ipſam per ſeunionē/ ⁊ ordinatoꝝ: vt ordinatoꝝ per ſe ordinē/ et alioꝝ queq; huius vel
illiꝰ vel amboꝝ vel pluriū participatione gaudēt: et hoc/ aut illud/ aut ambo vel multa per
ſe participata. inuenies profecto ipſas participationes: primū ipſo eſſe participare. et coip
ſo eſſe primū exiſtentes: mox vero huius aut illius principia eſſe. et ipſo eſſe participando:
et exiſtere et pticipatas eſſe. ſi autē iſta/ participatione ipſius eſſe ſūt: multo magis et ea que 3
Bonitas ipſoꝝ participia ſūt. ¶ Primū igiꝰ ipſius eſſe munus ceteris preponēs ipſa ſuprema boni- 110
tas: ipſo eſſe antiquiore quidē ⁊ pma participationū celebraꝰ. eſtq; ex ipſa et in ipſa et ipſū
eſſe et principia rerū: et que ſunt omnia et que quomodocūq; ab ipſo eſſe ſunt cōtenta. idq;
imenſurate/ inuolute atq; vnice. namq; in monade omnis numerus vniformiter preeſt: ha-
Manuductio monadis et centri circuli betq; monas omnē in ſe numerū vnice. et omnis numerus: complicatus quidē in monade
eſt. quantū vero a monade progrediꝰ/ tantū diſcerniꝰ et multiplicatur. Et in centro omnes qq
circuli linee: in vnitione preextiterūt: habetq; punctum omnes in ſeipſo rectas lineas vni-
formiter iunctas ad ſe inuicē et ad vnū initiū/ ex quo proceſſere. atq; in ipſo quidem centro
perfecte cōiuncte ſunt. modice vero ab ipſo diſcedētes/ modice quoq; diſcernunꝰ: magiſq;
recedentes/ magis. prorſuſq; quanto centro viciniores ſunt: tanto ⁊ illi et ſibi inuicē iungū-
tur. quo vero ſe ab illo dimouent magis: eo etiā ab inuicē diſtant. Sed ⁊ in tota ipſa vniuer-
ſorū natura omnes nature cuiuſq; rationes collecte ſunt: per vnā inconfuſam vnionem. et
in anima vniformiter virtutes partiū omniū totius corporis gubernatrices: ꝯglobate atq;
cōplicate ſunt. nichil itaq; alienū a noſtro inſtituto facimus: ſi per exiles imagines ad auto-
rem omniū cauſā aſcendētes/ purgatiſſimis et mūdo ſuperioribus oculis inſpiciamꝰ om-
nia in omniū cauſa/ et ad iuicē cōtraria vniformiter atq; cohnite ¶ Eſt eni pricipiū rerū ex 111
quo eſt et ipſum eſſe/ et oīa que quomodolibet ſunt/ omne initiū/ oīs finis/ omnis vita/ im-
mortalitas omnis/ omnis ſapientia/ omnis ordo/ harmonia omnis/ omnis virtus/ omnis
cuſtodia/ firmitas omnis/ omnis diſtributio/ omnis intelligentia/ omnis ratio/ omnis ſen-
ſus/ habitus omnis/ omnis ſtatus/ omnis motus/ omnis vnio/ temperamentū omne/ om-
nis amicitia/ omnis continentia/ diſcretio omnis/ omnis diffinitio/ et alia queq; ab ipſo eſ-
ſe cum ſint: que ſunt omnia exculpūt. ¶ Ex eadē quoq; omniū cauſa duncunꝰ angeloꝝ ſan- 112
ctorū intelligibiles/ ſpiritaleſq; ſubſtātie. ⁊ animarū totiuſq; mundi nature: ⁊ que quoquo
pacto vel in aliis ſubſiſtere vel ſecūdū intelligentiā eſſe dicunꝰ. Deniq; ſanctiſſime ille anti-
quiſſime virtutes/ cū veriſſime ſint ⁊ veluti in valuis ſuperſubſtantialis trinitatis collocate:
ab ipſa et in ipſa vt ſint et ad dei effigiē ſint acceperunt. ⁊ que poſt illas inferiores ſunt: infe-
riore quoq; modo vt ſint habent. extremeq; extremo modo quantū ad angelos: quantum
ad nos autē excellenter et ſupermundane. Anime item et alia queq; ſunt omnia: eadem ra-
tione et vt eſſent et vt bene eſſent acceperunt. ſuntq; et bene ſunt: ab eo qui ante eſt vt et ſint
et bene ſint conſecuta. atq; in ipſo ſunt et bene ſunt: et cū ex ipſo initium ceperint/ in ipſo ſer-
uanꝰ/ atq; in ipſū finiunꝰ. ¶ Ac munera quidē ipſius eſſe honorabiliſſima preſtantioribus 113
ſubſtantiis diuidit: quas etiā eternas ſcriptura vocat. ipſū vero eſſe iis que ſunt oībus nū- rr
q̄ omnino deſtituiꝰ. et ipſū quoq; eſſe ex eo qui ante eſt duciꝰ. et ipſius eſſentia eſt: nō ipſe
eſſentie. atq; in ipſo eſſentia: non ipſe in eſſentia eſt. ipſeq; eſſentiā: non ipſū habet eſſentia.
et ipſe eſt ipſius eſſe ſeculū/ et initiū et modus atq; menſura: qui et ante eſſentiā eſt. et entis
et ſeculi et omniū: ſubſtātificū pricipiū/ et mediū/ ac finis eſt. ¶ Ideoq; in ſāctis litteris qui 114
vere ante eſt per omnē rerū multiplicaꝰ intelligentiā: atq; in ipſo et erat et eſt et erit et fit et
fiet ꝓprie laudanꝰ. Hec eni omnia iis qui cōuenienter intelligūt: per omnē intelligentiam
ipſum ſuperſubſtātialiter eſſe ſignificāt. et eorū que ſunt vbilibet/ cauſam. Nam ꝑfecto nō
iſtud quidē eſt/ illud vero nō eſt: neq; alicubi eſt/ alicubi nō eſt: ſed omnia eſt vt omniū cau-
ſa. et in ſe oīa initia/ omnes cōcluſiones et terminos rerum omniū cōtinens et ante habēs.
et ſuꝑ omnia eſt: vt qui ante omnia per ſubſtātie eminentiā preeſt. Idcirco ⁊ omnia ipſius
ſunt/ ſimulq; predicanꝰ: ⁊ nichil eſt omniū. omni figura/ ⁊ omni ſpecie preditū: formaq;/ ca-
rens/ ac ſpecie. pricipia et media et fines rerum immēſe et eminēter in ſe ante cōprehendit/
omnibuſq; eſſe per vnā et ſupreme cōiunctā cauſā ſine cōtaminatione infulget/ atq; infun-

115 dit. ¶ Si eni visibilis sol sensibiliū substantias et qualitates permultas licet/ atq differen= Manuductio solis
tes: ipse tamen vnus cum sit/ et vniformē infundendo lucem/ renouat/ nutrit/ seruat/ perfi=
cit/ discriminat/ ꝯiungit/ refouet/ fecundat/ auget/ imutat/ firmat/ implet/ sustollit/ viuifi=
catq omnia: et qdlibet ex oibus modo sibi cōgruo/ vnius eiusdēq solis est particeps. plu= Exemplaria que et paradigmata.
rimorūq participantiū sol vnus in seipso causas ante vniformiter cepit: multo magis om
niū exemplaria rerū: vna supersubstantiali vnitate in solis et omniū causa/ ante subsistere
116 est concedendū. quia et substantias producit: secundū quod a substantia excedit. ¶ Exem=
plaria vero esse dicimus rationes in deo substantificas rerū/ et singulariter ante subsistētes
tt quas predestinationes theologia vocat/ et bonas diuinasq volūtates/ eorū (que sunt) de=
vv finitrices atq effectrices: secundū quas ipse supersubstantialis deus que sunt omnia pre= Clemēs philosophus
117 destinauit atq produxit. ¶ Si autē et philosophus Clemens vult etiā ad aliquid dici exē=
xx plaria (que sunt in rebus) magis principalia: procedit quidē illi oratio nō per propria et ab
soluta/ et simplicia noia. Ceterū vt concedamus et hoc recte dici: meminerimus quid sacra
protestent eloquia. quia non ea tibi ostendi vt post illa incederes: sed vt per rationalē horū
yy scientiā ad omniū causā prout possumus prouehamur. Omnia igit ipsi/ que sunt secūdum
vnicā oibus eminentē vnitatē accepta sunt referenda: quandoquidē ab essentia substantifi
ci processus atq bonitatis inchoans/ et per omnia pergens/ et cuncta ex seipsa/ essentia im=
plens atq in oibus que sunt exultans: omnia quidē in se ante cōplectit/ per vnā simplicita
tis excellentiā omne renuens duplex. cuncta vero similiter continet secundū superexpansā
simplicē infinitatē suam: atq ab oibus vnice participat. quēadmodū et vox vna cū sit/ atq
118 eadem: a multis auribus vt vna percipit. ¶ Omniū itaq initiū et finis rerum est: qui ante
est. initiū quidē vt autor/ finis vero vt alicuius gratia. finisq omniū atq infinitas totius in=
finitatis/ et finis excellenter que velut opposita sunt. imo eni (vt sepe iam dictū est) que sunt
omnia: et ante habet/ et subsistere facit/ omnibus et vbiq presens. et secūdū vnū atq idē: et
secundū idē esse. et ad oia prodiens: et manēs in seipso. et stans: et se mouens. et neq stans:
neq se mouens. neq initiū habens: aut mediū/ vel finē. neq in aliquo subsistentiū est: neq
aliquid est subsistentiū. et neq ei vlla ratione cōpetit: aliquid eorū que eterne sunt/ aut que
temporaliter subsistunt. sed tempore et seculo et iis que in tempore et seculo sunt/ omnibus
eminenter excipit. quia et ipsū seculū/ et queq sunt/ et mensure rerū/ et queq sub mensuras
cadunt: per ipsum et ab ipso sunt.

Osee 13. septuaginta hñt. Eg[o] dñs de[us] tu[us] formās celū et cre[ans terram] cui[us] man[us] creauit oēm militi[am]... nō ostēdi ea tibi vt ābulares [post ea] et eduxi te de fra egypti. et d[eum]... me nō cognosces: et saluator [prae]ter me. Nūc vo id solū legit. dñs de[us] tu[us] ex fra egypti et dei[m]... me nescies: et saluator nō ē p[raeter me].

manuductio vocis.

¶ Quinti capitis scholia.

z ¶ In occultis (vt scriptura ait) superne locata est. Psalmus decimus septimus. Et ascēdit Psalm[us]. 17.
super Cherubin/ et volauit: volauit super pēnas ventorū. et posuit tenebras latibulū suum.
a ¶ Et hanc idem omnino vnius dei prouidentie esse enunciatricē. Hanc/ hanc dei appella
tionē scilicet bonitatē. Et que sint vniuersaliores dei nūcupationes/ queue particulariores
sequentia monstrabunt. Unū eni verū/ bonū/ essentia latissime se fundunt: vt etiā in mate=
ria (que est substantiarū vltima/ infimaq linea) se insinuent. illa siquidē et vna/ et vera/ et bo=
na est: et sensibiliū deniq essentia. et quantū vna/ vera/ et bona: et ipsa quoq tantū est. De=
inde vita. deinde sensus. deinde ratio. deinde sapientia/ et intellectus. ita vt inferior ente nū=
cupatio sit vita/ sed sensu latior/ vniuersaliorq. et sensus vniuersalior ratione: particularior
autem vita. et rursus ratio: latior itellectu. Intellectus autē iam fit nūcupationum dei (ad Platonici.
quas nostre mentis penetrat obtutus) cōtractissima: potestate autē et efficiētia vniuersalis=
sima. Et ex iis que proxime sequunt numero 104 habes modū ea refellendi quecūq ad=
ducunt a platonicis ad suū eterna lite impacatū problema confirmādum: vnum esse supra
ens ipsū/ supra bonū/ et pulchrū. Sed hic illa inserere ideo consiliū non fuit: ꝙ iis qui veri=
tatem videre possunt/ tristis sit omnis intelligentie prolapsio: ipsa veritate (vt peregrinan=
tes plano/ rectoq calle) contenti. tū ꝙ his religiosis diuini patris discussionibus (non aliter
ꝙ prophana sacris) āmiscenda talia profecto neq sint/ neq censuerim.
x ¶ Quoniā vero et de his satis dictū est. Idē itelligēdū est per ens/ ipsū ens/ ipsū esse/ ꝗ est.
y ¶ Iccirco etiā rex seculorū dicit. Paulus prima ad Timotheū Epistola cap. primo. Regi 1. ad Timo. 1

autē seculorũ/imortali/inuisibili/soli deo honor et gloria in secula seculorũ.

¶ Aliisqꝫ quibuscunqꝫ participantia. Aliis/ vt ipso sensu/appetitu/motu/ratione. Ita eni 3
ordo a rebus ipsis diuinos processus explicantibus sumptus esse videt̃. Essentia/vita/ sen
sus/appetitus/motus/ratio seu prudentia/intellectus siue sapientia. Et vnicuiqꝫ diuina si-
militudo adest: quantũ ipsi diuine imitationis participatio indulta est.

¶ Primũ igit̃ ipsius esse munus ceteris preponens ipsa suprema bonitas. Est enĩ ipsa su- z
prema et super omnia locata bonitas: a qua ipsum esse latissime profluit beneficum in oĩa munus. deinde vita minus cõmune. deinde sensus/ deinde ratio/ deinde intellectus: ea quidem proferens de eternitatis sue thesauro vt noua ⁊ vetera. Et hic primordialiũ participationũ ordo non in eis ipsis putandus est. nam reciproca sunt adinuicem omnia/ et in sũma equalitate et mutua conuersione omnia. sed in cõtemplatione nostra attendendus est: atqꝫ in contuitu animi primordiales/ rerũqꝫ effectrices omniũ diuinas participationes ex rerũ ipsarũ vestigiis peruestigantis sapienter.

¶ Et in centro omnes circuli linee: in vnitione preextiterũt. Ut enĩ numerus euolutio que- qq
dã est et explicatio monadis: qua id quod indiuiduũ est et simplex/ diuiduc se explicat. Ita linea euolutio quedã est puncti/ et puncti explicatio: qua indiuiduũ diuiduc explicat̃/ et simplex compositc/ et vnũ multipliciter. vnitas enĩ in numero/ punctũ in magnitudine/ deus in vniuerso. Intelligibilia numerus/ sẽsibilia magnitudo/ vniuersũ deiforme. ⁊ numerus: vnitas est euoluta. et linea: euolutus punctus. vniuersũ autẽ: deus euolutus. Et rursus vnitas: numerus cõplicatus. punctus: cõplicata linea. deus autẽ: cõplicatũ vniuersũ. sed neqꝫ numerus vnitas/ neqꝫ linea punctus/ neqꝫ vniuersũ deus: aut contra. Sic enĩ deus oĩbus preest ⁊ precellit: spiritalibus quidẽ vt speculo astans/ sue imagini: corporalibus autem vt corpora ipsa sue vmbre corporali. imo vero perinde oĩbus: vt ens/ per defectũ non enti.

2. ad Cori. 4 ¶ Quas etiã eternas scriptura vocat. Paulus scda ad Corinthios epistola cap. quarto. rr
Que enĩ vident̃: temporalia sunt. que autẽ non videntur: eterna sunt.

Apocalyp. 1. ¶ Ideoqꝫ a sanctis litteris qui vere ante est. Apocalypsis cap. primo. Gratia vobis ⁊ pax ss
Joannes. 1. ab eo qui est/ et qui erat/ et qui venturus est. Et Joannes cap. prĩo. Oĩa per ipsũ facta sunt

Ad roma. 8. ¶ Quas predestinationes Theologia vocat/ et bonas/ diuinasqꝫ volũtates. Paulus epi- tt
stola ad romanos cap. octauo. Scimus: quoniam diligẽtibus deum/ omnia cooperant̃ in bonũ: iis qui secundũ propositũ vocati sunt sancti. nam quos sciuit: et predestinauit cõformes fieri imagini filij sui. vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. quos autẽ predestinauit: hos et vocauit. et quos vocauit: hos et iustificauit. quos autẽ iustificauit: illos ⁊ ma-

Ad ephe. 1. gnificauit. Et ad Ephesios cap. primo. Qui predestinauit nos in adoptionẽ filioꝝ per ihesum Christũ/ in ipsũ secundũ propositũ voluntatis sue/ in laudẽ glorie gratie sue ¶ Et hoc in loco pius et profundus cõtemplator: eleuat̃ ad diuinas prescientias laudandas/ ad di-

De paradigmatis. uinas predestinationes adorandas. quia ille sunt primordialia exemplaria rerũ/ prima vt beatus vocat pater paradigmata/ prediffinitrices et bone dei voluntates. quinimo ille sũt sempiterna illa ratio/ sapientia et verbum: in quo omnia priusqꝫ fierent prediffinita et predecreta sunt/ et per quod facta sunt omnia. Et vt paradigmata colligamus in quibus salus

Ex quibꝰ prescĩetia ⁊ predestinatio cognoscuntur. viuentiũ et vita saluandorũ sita est: primũ est dei filius/ deinde primordialis bonitas/ primordialis amor/ obedientia/ mũditia/ iustitia/ clementia/ mansuetudo/ misericordia/ prouidentia/ intelligentia/ et similia: que facile per ista intelligunt̃. Primũ enĩ predestinati vocant̃ per regenerationis lauachrum in filialem adoptionẽ. Hec prima sanctificatio ad diuinã in se viuendo efformandã bonitatẽ/ ad geminũ amorẽ complendũ/ ad preceptoꝝ obedientiã/ ad cordis mũditiã/ ad iustitiã/ clementiã/ mansuetudinẽ/ prouidentiã/ sapientiã secundũ cuiusqꝫ captum atqꝫ sortem. Itaqꝫ qui regenerationis est filius/ bonitati inuigilans: quia deus bonus est. deum amans: quia optimus est. et quia filius semper patrem diligit: cuius nos factura in ipso ⁊ per ipsum in adoptionẽ reformata sumus. ⁊ proximũ: quia eũdem spiritalẽ patrẽ habet/ et eius frater est. adde etiam quia dei filius fieri voluit noster frater et proximus. preceptoꝝ obedientiã seruans: quia deus dei filius (in quo p̄destinati ⁊ fi-

lij sumus)semper facit volūtatē patris,mūdiciā colēs:q̄a deus summa puriras est et sācti-
ficatio nostra.iustus/ clemēs/ pacificus/ misericors/ ꝓuidus/ intelligēs: quia deus iustus/
clementissimus/ pacis largitor/ miserator/ omnibus prouidens/ et omnia in semetipso co-
gnoscens.talis predestinatus est: et nomen eius in celo scriptum est.et scriptura illa sunt di
uina paradigmata (in quibus deus omnia nouit/ ⁊ prenouit) et bone eius volūtates. ¶Et Lucas.6.
reuera cum dominus vite/ orat patrem.verūtamen non mea voluntas/ sed tua fiat. et cum
in loco campestri (qui huius inferioris mūdi figura est) turbas edocet/ discipulos ⁊ aposto
los: diligite inimicos vestros/ benefacite et mutuum date nichil inde sperantes: ⁊ erit mer-
ces vestra multa/ ⁊ eritis filij altissimi: q̄a ipse benignus est sup ingratos et malos.estote er-
go misericordes: sicut et pater vester misericors est.Hec tota paradigmatum est/ et vniuer
sa (qui inspicere valet) sacrosancta euangelica doctrina.Et cum magnus Paulus clamat Ad collo.3.
ad Collocēses.Viri diligite vxores vestras/ sicut et Christus dilexit ecclesiā.Mulieres vi- Ad collo.4.
ris suis subdite sint/ sicut domino: quoniā vir caput est mulieris. Domini quod iustū est et ad ephe.4.5
equū seruis prestate: scientes ꝙ dominū habetis in celo.Et ad Ephesios.Estote autē inui 1.Petri.1.
cem benigni/ misericordes/ donātes inuicem sicut et deus in Christo donauit vobis. Esto
te ergo imitatores dei sicut et filij charissimi.hec omnia: sācta paradigmata respiciunt. sed
ex paucis multa intelligite.¶Et qui regeneratus non fuerit/ in libro vite scriptus non est:
vtpote in quo soli filij in primo filio scripti sunt.Qui autē scriptus nō est: iam iudicatus est
et reprobus.et ita quoq; qui malus/ odiens/ inobediens/ immundus/ iniustus/ crudelis/
immansuetus/ auarus/ improuidus/ insipiens.non enim habet huiusmodi assimilationes:
in quarum primordiis et exemplaribus precogniti sumus et prediffiniti ad vitam et salu-
tem/ sed eorum priuationes.Delctum igitur est de libro viuentium nomen eius: et iam iu-
dicatus est et reprobus.Q; si eius obscure vite et priuationum boni plene/ penitētia duca-
tur: et eius rei potestatem a deo petat (cui proprium est misereri sēper/ et manū porrigere
lapso et ad reconciliationis admittere gratiam) et a deo petat bonitatem sibi indulgeri/ et
amandi perfectionē/ et mandatorum intransgressibilitatem.et fiat vir ille reconciliationis
filius: subinde bonitati studens/ geminam charitatē pro potestate sua amplectēs/ diuinis
preceptis obsequens/ et per alia diuinorū paradigmatū vestigia pro captu suo/ suaq; forte
incedens/ predestinatus est/ et scriptus in libro vite: qui prius scriptus non erat sed iudica-
tus et reprobus.¶Et in eterna sapientia (que eadem et prescientia et predestinatio est) nō
est altera pro electis/ et pro iis qui in reprobum sensum dantur scriptura: sed ⁊ electorum et
reproborum eadem est scientia.et nulla illic cōtingentia/ nulla varietas/ nulla mutabilitas
(note enim sapientie: scriptura eterna) sed in nobis cōtingentia/ varietas/ mutabilitas. vt
qui interdum deo indultore a quo solo omne bonum: diuinas in nobis exprimimus ima-
gines/ quantum ipse dat/ et largitur.et tunc signati sumus.et illa signatio nostra/ illa scrip-
tura: sūma est suis vestigiis reddita veritas.humana enim scriptura imagines restituit ve
ritati: diuina autem veritatē imagini.¶Aliquando vero ex inconstantia et mobilitate no-
stra/ aut obscure mendacis turbe impulsu cadimus/ et illis diuinis vestigiis priuamur: et
tunc nostra noīa deleta sūt (et spōsus eternus nescit nos) ⁊ nichilominus tamē semper scri
pta si nobis resurgere sit cure/ et possumus (ex se enim potest nullus) sed deus est erector/ et
qui post casum firmat: et stantium et resurgētium fortitudo et virtus.¶Quo fit vt idem sit
in primordiis scientia et nesciētia si ita dicere possumus.apud nos vero diuersa: vt lumen
et tenebre/ vt gaudium et pena/ vt vita et mors.eam enim scientiam: in nobis tandē sequi-
tur immensa lux/ immensa gloria/ et vita eterna.ne scientiam vero tandem immēsus tene-
brarū horror/ et confusio/ ⁊ intermina supplicia/ morsq; secunda¶Et cui deus videre per-
miserit quo modo liber ille in quo signata sunt omnia purus sit: ⁊ omnis in eo scriptura/ et
omne nomen cum alio conuertat̄/ in vnoq; coincidant omnia/ imo omnia sint vnū/ idemq;
et simplicissimum ineffabile nomē: pariter intelliget cur qui in vno deliquit factus est om-
nium reus.Et non expauescet/ non trepidabit ad prescientie et predestinationis sancta no

mina: quin potius laudabit toto gaudio effusus diuinas prescientias/ prediffinitiones/ et
bonas dei voluntates. et concinet adoptiuus sanctum/ altum et sublime carmen filij. Ecce
Psalm⁹. 138 domine tu cognouisti omnia nouissima et antiqua: tu formasti me et posuisti super me ma-
num tuam. mirabilis facta est scientia tua ex me. et beatus est: qui potest hoc sanctum car-
men canere. et gaudebit tota mentis religiosa humilitate constratus ante deum: cognosce
re nomen suum in celo/ nomen verum/ nomē nouum quo nullus est dignus: sed deus ha-
Apocalyp. 2 bentium est dignitas/ et sufficiētia. nomen de quo dictum est. vincenti dabo calculum can-
didum/ et in calculo nomen nouum scriptum: quod nemo scit/ nisi qui accipit. Et si religio-
sa humilitas/ et sacrarum litterarum veneratio que nos docent quia nemo scit/ an sit amo-
re/ an odio dignus: non finit ipsum audere cogitare nomen suum scriptum esse in celis: su-
spirat tamen et sperat non ex suo cursu/ non ex sua voluntate/ sed ex sola miserentis dei pre-
ordinatrice bona voluntate/ partem tandem habiturū cum fidelibus. Non enim quia cur-
rimus aut volumus predestinati sumus: sed quia predestinati sumus et currimus hoc san-
ctum et pulchrum vite certamen/ et volumus. imo et currere posse/ et velle posse accipimus.
Perinde atq; non quia ambulo aut viuo: deus est motionū motus/ et viuentium omnium
vita quare et vite mee vita. sed quia deus est primordialis motus/ et prima vitalis/ viuen-
tiumq; vita: ego et ambulo et viuo/ et vt ambulē atq; viuam posse accipio. ¶ Unde fit vt
deus non eque causa esse dinoscatur reprobationis malorū: et proborum electionis. quin
reprobi ipsi sibiipsis sue reprobationis causa sunt: sua illicita desideria sectantes/ et multi-
plici suam imitationē euertendo diuina specie se priuantes (ad quas quidem diuinas spe-
cies percipiendas: quisq; pro captu suo vitam hanc temporalem/ cōmunemq; cum ceteris
hominibus lucem acceperant) non eterna/ bonaq; dei voluntas. verum probi sue electio-
nis non causa sunt nisi admodum exilis et parua: sed diuina bonitas. neq; enim quicq; ad
diuinorum paradigmatum participationem agere quisq; potest: cuius ipsa precipua cau-
sa non sit et autor/ et quod ex bona eius volūtate non pendeat. Malos enī deus odit quos
non nouit: illos autem non nouit qui eternaliter/ sempiternisq; rationibus scripti nō sunt.
at ꝙ illos odit/ ꝙ non noscit/ ꝙ scripti non sunt causa non est: sed ipsi et eorū ad priuatio-
nes/ ad non esse/ et malum degenerantes voluntates. qui hoc enim ignorat: Philosophiā
et amoris/ et sciētie/ et caloris ignorat. amor enim per se non odit: neq; scientia per se nescit/
neq; calor infrigidat. Et deus bonos amat quos cognoscit: illos autem cognoscit/ quorū
nomina in eterna sapiētia scripta sunt. Et illius amoris/ illius sciētie/ et primordialium no-
minum deus tota causa est. Opera autem nostra que facimus et quidquid possumus/ imo
potius que in nobis fiunt: idolum sunt in speculo. deus enim in bonis se speculatur/ et illos
videt. a malis autem faciem suam auertit: et speculum tetrum sine luce et sine imagine ma-
nent. ¶ Et cum duplex in hac nostra huius mundi per viam arctam peregrinatione callis
sit/ tramesq; bifidus: vnus quidem agendi/ et alter cōtemplādi: vtriusq; profecto vite atq;
semite sua exēplaria sūt. Et hec: pater/ filius/ spiritus/ dominus/ seruus/ rex/ subditus/ bo-
num/ verum/ pulchrū/ amor/ obedientia/ fortitudo/ temperātia/ largitas/ misericordia/ ma
gnificentia/ humilitas/ pacientia/ modestia/ māsuetudo/ benignitas/ iustitia/ amicitia/ pru-
dentia/ et omnino prouidētia: in agendo/ amministrandoq; sunt actiue vite paradigmata.
et illa intelligere oportet supramūdane. Et hec quoq; eadem in cōtemplando contempla-
tiue: et pleraq; alia. vt vnum/ ens/ viuens/ mouēs/ intelligens/ eternū/ potens/ fecundum/
plenū/ trinū/ superens/ superbonū/ superuiuēs/ et reliqua diuina nomina que beatissimus
pater colligit nō plane negātia. et cōtēplatrix vita sup paradigmata ascēdit: cū id qd inco-
gnoscibile est per oia cognitū/ laudat per infinitū/ immēsum/ incomprehēsibile/ inuisibile/
inaccessibile/ ignotum/ et similia. de quibus est theologia negatiua/ et diuina ignorātia: et
quorū deo digna cōtemplatione/ cōtēplatoris animus felix euadit. ¶ Et hic (fateor) mul-
tam aquā in angusto vasculo cōstringere molitus sum: quam rem materia ipsa refugiebat
iccirco quoq; factus contra propositū prolixior. Perstricta tamen sunt hec quanta breui-

tate nobis donatũ est: vt labentes erigãtur intelligẽtie/ ⁊ ad sacra primordialiũ rerum spe-
ctacula admittantur. Sed opus fuisset (ingenue fateor) ad hec sublimia prestãtiore duce:
et deus det/ vt secula nostra illuminẽtur. et operarios mittat sue lucis capaces: quia eius su
pereminẽs lux per omnia secula irradiat/ sed obscura natura non comprehendit. ¶ Et vt
adiectis paucis finẽ faciamus/ id attenta animaduersione dignũ est: idem hoc in libro esse
exempla/ exemplaria/ paradigmata/ scientie/ prescientie/ predestinationes/ bonas dei vo-
luntates/ diffinitiones/ prediffinitionesq rerum. Non q plures putandũ sit in deo esse vo-
luntates/ plures scientias/ presciẽtias/ sapientias/ et huiusmodi similia. hec enĩ omnia vnũ
sunt/ et superexcellẽter vnum. sed hec multitudo ex processu rerum ad ipsum superexcellen
ter vnum (vt ex lineis ad circuli centrum) intelligitur. omnes enĩ in centro sũt vnũ. Ex qui-
bus intelligere possis: que ea sunt exempla de quibus cap. quarto numero 54 legitur. Et
ipsius gratia/ ⁊ per ipsum/ et in ipso est principiũ omne a quo exempla ducunt. ¶ Id etiam
silentio pretereundum non est idiotas quosdam de his prediffinitionibus rerum/ contra
deum stulta loqui interdum solere: et eum ex magno benignitatis eius munere (q liberam
nobis fecerit voluntatis potestatem) accusare. Et non minus inter litteratos hec procella
cadere solet: et statim ex incompositione studiorum inter ephebos/ ⁊ impuberes (quorum
infirme vires vix adhuc lacte fouende sunt) hec materia ventilari. et ex cõtingentia nonnul
larum propositionũ/ protinus sine amminiculis (vt ferme fabulãtur pyreneum: sine alarũ
ope post musas volare voluisse) ad celi summa conscẽdere/ ⁊ an ipsi cenaturi sint circa sem-
per adorandam dei prescientiã multa delirare. Meminerint pyreneum stulte presumptio
nis dedisse penas: si fabula potius moueantur q̃ veritate. Et hec profecto licentia/ hec ve-
ro nomine impudentia: in studiis reprimẽda/ atq arcenda est. sinite studia illuminari. in lu
mine enim saluamur: in lumine nemo offendit. discantur logica in logicis/ in naturalibus
naturalia/ in moralibus vite instituta/ et diuina in diuinis. assurgere tamen in naturalibus/
et moralibus: interdum modeste et reuerenter licet. amminiculatiue autẽ discipline id pon
dus non ferunt. earum enim officiũ solum est: vt in aliis sint instrumẽta. in diuinis autem
assurrectiones: et naturales/ et ꝓprie sunt. ¶ Et ante idiotas sacramentũ de dilectione Ja
cob/ et odio Esau magnum apud Paulum mysteriũ: non proferatur. et eis quoq interdi-
catur ea de re quicq̃ temere loqui. non autẽ eos decet. Jacob enim electorum multitudo/
Esau autem multitudo reproborum: diuina quidem semper bonitate vt boni fiant (serua
tis rerum numeris/ ⁊ inditis proprietatibus) benignissime procuratrice. Et multi ex Esau
veniunt ad misericordie fontem: et salui fiunt. Verum non intelligũt ex Esau fieri Jacob:
et ex Jacob Esau. neq quod per prophetam dicitur. Miserebor eius qui fuit absq miseri Osee. 2.
cordia. dicam non populo meo populus meus es tu: et ipse dicet deus meus es tu. Dica-
tur potius talibus: quo modo benignissimus deus nunc similis solicito pro liberis patri/
nunc similis importune et supra modum vehementer amanti: Esau/ ⁊ reprobos vt electis
inserat et saluandis/ per suos precones prophetas dulciter inuitat. Per Esaiam cap. 44. Esaias. 44.
Reuertere (inquit) ad me quoniã redemi te. Et cap. 55. derelinquat impius viam suam/ et Esaias. 55.
vir iniquus cogitationes suas/ et reuertatur ad dominũ et miserebitur eius: et ad deũ no-
strum quoniã multus est ad ignoscendum. Per Hieremiã cap. tertio. Vulgo dicit si dimi- Hieremi. 3.
serit vir vxorẽ suam/ et recedẽs ab eo duxerit virum alterũ: nunquid reuertetur ad eam vl-
tra? nũquid polluta erit/ et contaminata mulier illa? tu autem fornicata es cum amatori-
bus multis: tamen reuertere dicit dominus ⁊ ego suscipiam te. Et iterum. Frons mulieris
meretricis facta est tibi/ noluisti erubescere: ergo saltem a modo voca me pater meus es tu/
dux virginitatis mee tu es. Et per Malachiam cap. tertio. Ego enim deus/ et nõ mutor. Malachi. 3.
Reuertimini ad me et ego reuertar ad vos. Et iterum. Et attendit dominus et audiuit: et
scriptus est liber monumenti coram eo timentibus dominũ/ et cogitantibus nomen eius.
et erunt michi dicit dominus exercituũ in die qua ego facio in peculium. et parcam eis si-
cut vir parcit filio suo seruienti sibi. et conuertimini: et videbitis quid sit inter iustum et im-
pium/ et inter seruientẽ deo et non seruientẽ ei. hec et similia poterunt eos cõsolari: que pri

ma sui intelligētia purgant/ et dei benignitates et bonas eius in nos voluntates declarāt.
¶ Et ad eos qui in re litteraria versantur dicendū: vt meminerint non ex instabilitate sem=
per fluctuantiū rerum/ non ex euentu rerum incerto/ indeterminatoqꝫ ad eternas prescien
tias stabilissimas/ certissimas et rerum omniū prediffinitrices causas esse ascendendū. sed
pietate/ religione/ veneratione/ et sobria oratione: diuina paradigmata esse viam. que sem=
per a nobis et ab iis que supra nos sunt sint benedicta. Et hec pro introductione diffusius
ꝙ par sit: dicta esse videbuntur.
¶ Que sunt omnia predestinauit/ atqꝫ produxit. Predestinauit/ prescripsit/ prediffiniuit. vv
¶ Si autem et philosophus clemens. hunc volunt esse clementem qui tertius a petro sedit xx
Ad philip. 4 pontifex. Et de quo Paulus ad Philippenses cap. quarto. Etiā rogo ⁊ te germane com=
par: adiuua illas que mecum laborauerunt in euāgelio cum Clemente/ et ceteris adiutori=
bus meis: quorū nomina sunt in libro vite. Et exemplaria in rebus principalia quedā no
minabat: vt mysterialia. sed illam significationē minus in proposito congruentem: nō ap=
probat beatus pater. Neqꝫ quidē illa diuina signa pricipalissima sunt/ precipueqꝫ sequen=
da: sed ea que per illa intelligūtur/ que et vera sunt exemplaria. Ubi autem Clemēs id di=
Deutero. 29. cat non constat. Et deuteronomio cap. vicesimo nono ita scribitur. Custodite ergo verba
pacti huius: et implete ea vt intelligatis vniuersa que facitis.
¶ Omnia igitur ipsi que sunt secundū vnicam. Ipsi/ ipsi omniū cause. Et quod paulopost yy
infra subiungitur. atqꝫ in omnibus que sunt exultās. id est quod per prophetā dicitur: psal=
Psalm⁹. 103 mo centesimo tertio. Sit gloria domini in seculum: letabit̃ dñs in operibus suis.

¶ De vita. Cap. VI.

Vita Ed de his quidē in aliis oportunius dicat̃: nunc vero celebrāda laudibus est vi= A
s ta eterna: ex qua ipsa vita/ et vita omnis est: et a qua in omnia que vitā quomoli= 119
bet hauriūt viuere pro modo cuiusqꝫ diffundit̃. Nempe et ipsa immortaliū ange
lorum vita/ et imortalitas ⁊ cōstantia illa angelici sempiterni motus nunqꝫ deficiēs: ex ipsa
et per ipsam est atqꝫ subsistit. quo circa viuentes semp immortalesqꝫ dicūtur/ et rursum nō
immortales: (quia nō ex se habent vt imortales sint/ ⁊ sempiterne viuant) sed ex viuifica/ et
vite omnis efficiente/ atqꝫ cōtinente causa. Et sicuti in ente dicebamus: ꝙ ipsius quoqꝫ esse B
ipsa est seculū ita et hic rursus ꝙ vite ipsius quoqꝫ supereminens illa/ et diuina vita vite est
autor atqꝫ substātie. Et vita oīs/ ac vitalis motus ex vita illa ducitur: que est supra omnem
vitā et omne totius vite principium. Ex ipsa: et anime immortalitatē habent: et animātes
omnes/ et plante iuxta extremā vite harmoniā vt viuant acceperūt. qua sublata: iuxta elo= C
quium oīs deficit vita. et ad quam ipsa quoqꝫ que participāde/ ipsius infirmitate defecerūt
si rursum cōuertantur: rediuiua fiunt. ¶ Ac largit̃ primum quidē ipsi per se vite: vt sit vita. 120
et omni vite ⁊ particulari: vt sit vnaqueqꝫ idipsum ꝓprie quod esse a natura habet. Atqꝫ su
percelestibus quidē vitis spiritalē et diuinā/ immutabilēqꝫ immortalitatē: et nusqꝫ vergen=
tem/ aut inclinantē sempiternū motum/ sese etiā per bonitatis copiam ad demonū vsqꝫ vi=
tam superextendēs. neqꝫ enim vita illa ab alia prouenit causa. sed ex ipsa: et ꝙ sit vita/ et ꝙ
perseuerās sit habet. Sed et viris quoqꝫ vt ꝓmiscuis ꝙtum licuit angelicā cōdonans vitā:
superabūdantia pietatis/ a se auersos nos cōuertit/ atqꝫ ad se reuocat. ¶ Et quod vero lon 121
ge diuinius est nos totos (animas dico et socia corpora) ad perfectā vitam ⁊ immortalita=
tem transferre pollicetur. quod veteribus quidē: preter naturā fortasse videatur. michi ve=
ro/ tibiqꝫ/ et veritati et diuinū/ et supra naturā vt est videtur. supra naturā nostram dixerim
visibilem: nō supra omnipotētē illi per se et diuine vite equalē. ipsi quippe (vt que sit vitarū
omniū natura: maximeqꝫ sacratiorū) nulla vita preter naturā/ aut supra naturā est. Itaqꝫ D
Simon magus. dementissimi Simonis hac de re cōtradictorū libri: procul a choro diuino/ tuaqꝫ sancta aīa
pellātur. fugit enī illū puto (et quidē/ cum sapientē se existimaret) nō oportere eum qui re=
cte sentiat manifesta sensus ratione inniti adiutrice/ cōtra inuisibilē omnium causam. ⁊ hoc E
est qđ ei dicēdū: id esse preter naturā dicere. ipsi enī nichil ꝯtrariū est. ¶ Ex ipsa viuificātur 122
et cōfouentur: et animātes cūcte/ atqꝫ arbores. et siue spiritalē dixeris/ siue rationalem/ siue

sensitiuam/siue nutritiuam/siue vegetatiuā/siue quālibet vitam/ aut vite initium/ aut vite substantiā: ex ipsa et viuit et viuificat que supra omnē vitam est/ et in ipsa secundū causam vniformiter ante subsistit. Nam vita illa suprema et principalis: et vite omnis est autor / et fecundat/ et replet/ et diuidit vitam. et omni ex vita predicāda est: pro omniū fecunditate vi tarum. vt omnigena/ omnisq; vita intelligētia comprehensa/ laudataq;. vt nullius egens. imo vite affatim plena per se viuens. et vt supra omnem vitam/ vt vitam viuificans/ vitaq; superior: siue quomodocūq; ineloquibilem vitam quisq; humano more laudare velit.

¶ Sexti capitis scholia.

A ¶ Nunc vero celebrāda laudibus est vita eterna. Deus et vt vita/ et vt vita eterna frequē-
ter in sacris litteris celebratur. Ut vita. Deuteronomium cap. tricesimo. Ipse est enim vita Deutero.30.
tua/ et longitudo dierū tuorum. Et prima epistola Joannis cap. primo. Quod fuit ab initio/ 1. Joānis.1.
quod audiuimus/ quod vidimus oculis nostris/ quod perspeximus: et manus nostre con
trectauerūt de verbo vite et vita manifesta est. Ut vita eterna. Epistola ioannis eodē in lo 1. Joannis.1.
co. Et vidimus et testamur/ et annunciamus vobis vitam eternā: que erat apud patrem/ et
apparuit nobis. Et cap. quinto. Hic est verus deus/ et vita eterna. 1. Joannis.5

B ¶ Et sicuti in ente dicebamus. Cap. precedēte numero 113.

C ¶ Qua sublata iuxta eloquiū oīs deficit vita. Psalmus centesimus tertius. Auertente te Psalm⁹.103
manū tuā turbabunt: aufceres spiritū eorum et deficient/ et in puluerem suum reuertentur.

D ¶ Itaq; dementissimi Simonis hac de re cōtradictorij libri. De huius Simonis magi de- Simon ma-
mentia: Clemens/ Egesippus/ Justinus/ Hireneus/ et Eusebius scripta reliquere. qui se gus.
deū ementiebatur: et qui nitebatur sententiā apostolorū dei Petri/ et Pauli de futura resur
rectione cum corporibus/ euertere. Inquit enī diuinus Paulus prima ad Corinthios epi 1. ad Cori.15
stola cap. decimo quinto. Seminatur corpus animale: surget corpus spiritale. Oportet enī corruptibile hoc inducre incorruptionē: et mortale hoc induere immortalitatem. Et hanc regenerationem nostram ex mortuis negabat Simon perditionis filius: posse cū corpori bus fieri/ quia id esset contra naturam.

E ¶ Et hoc est quod ei dicendum. Id Simoni dicendum est: velle contra incomprehensibi lem dei potentiam ex iis que nature cursu/ potentiaq; surgunt/ atq; cognita sunt initi/ et cō tendere: id profecto contra naturam esse. non autem illam ipsam omnium omnipotentem causam ea operari: que sunt supra nostram naturam.

¶ De sapientia/ sensu/ ratione/ veritate/ fide. Cap. VII.

123 Se vero ipsam si placet verā/ perennēq; vitā: et vt sapientē/ et vt sapientiā ipsam Sapientia.
F a celebremus/ imo vt toti sapiētie substantiā largientē/ et supra omnē sapientiam/
intelligētiamq; longe eminentē. Non enī solum est sapiētie exuberās deus/ et sa-
pientie eius nō est numerus: sed et supra sermonē omnē/ et mentē/ et sapientiā locatus emi Paulus apostolus hierothei et Dionysij cōmunis pceptor.
G net. intellexit hoc mirabiliter profecto diuinus vir cōmunis noster/ nostriq; preceptoris sol: qui stultum dei sapiētius hominib⁹ dixit. Non modo quia humana mens oīs/ firmitati et stabilitati diuinarū/ exactissimarūq; intelligentiarū cōparata: error quidā est. verum quia
H etiā solenne theologis est: passione reciproca/ in deo que sūt priuationis asserere. Ita et inuisibilem aiunt sancte littere clarissimā lucem/ eumq; qui celeberrimus est/ et eum qui multis insignis nominibus est: ineffabilē et sine nomine appellāt. presentēq; oibus/ et qui inuenitur ex oibus: incōprehensibilē/ atq; inuestigabilē dicunt. hoc modo nunc quoq; diuinus apostolus stultitiā dei laudare perhibetur: quod in ea irrationabile/ indignumq; videtur: ad
I ineffabilē/ rationemq; omnē precellentē referens veritatē. ¶ Uerū (quod in aliis dixi) que
124 supra nos sunt si more nostro accipiamus/ familiaribusq; inuersemur/ sensibus diuina nostris cōferentes: fallimur/ qui diuinū illud arcanū/ iuxta visibilē speciē persequamur. Cum scire profecto debeamus animū nostrū partim habere intelligendi virtutē/ per quam intelligibilia aspicit: partim vnionē mentis nature precellentē/ per quā iis que sunt supra se iungitur. hac itaq; diuina oportet intelligam⁹ nō humano more: sed toti integre a nobis ipsis
K excedentes atq; prorsus in deū transeuntes. Prestat enī dei esse: q̄ iuris nostri. Sic deniq;

tradi diuina nobis poterunt: si cū deo fuerimus. ¶ Hanc itaq̧ irrationabilē ꝛ amentē stul= 125
tamq̧ sapiētiam/ eminentia singulari predicātes: dicamus/ oīs sensus et rationis/ omnisq̧
sapiētie et intelligētie autorem esse. ipsius esse omniū consiliū: atq̧ ab ipsa omnē scientiam
intelligētiāq̧ profluere/ et in ipsa omnes esse thesauros sapiētie et sciētie abscōditos. Atq̧ L
vt ab iis que supra iam diximus nō discedamus: causa illa supreme atq̧ omniū omnino sa
piens/ sapientiā ipsam et totā et particularē subsistere facit. Ex ea intelligibiles angelicorū
spirituū/ intellectualesq̧ virtutes: simplices/ et beatas intelligētias habent: nō in diuisibili
bus/ aut a diuisibilibus/ siue sensibus/ siue verbis latioribus diuinā colligētes sciētiā: dum
neq̧ cōsortio aliquo ad hec ipsa agglutinantur/ et materia omni ac multitudine persistunt
pure. spiritaliter/ ꝛ extra materiā/ vniceq̧ intelligibilia diuina penetrant: estq̧ in eis spirita
lis virtus/ et operatio impermixta/ et imaculata irradiata mūdicia: cōtemplatioq̧ diuino=
rum sensuū indiuidua et spiritalis. et que augustiore illo singulari ad diuinū/ ac sapientissi=
mum et sensum et verbū pro viribus format. ¶ Per diuinā item sapientiā: et anime ratio= 126
nandi vim habent/ discursione ꝛ longo ambitu ad rerū veritatē annitentē. atq̧ in eo singu=
laribus illis spiritibus inferiores: ꝙ diuiduis/ atq̧ omnigenis varietatis vtuntur signis. in
eo vero ꝙ plurima in vnum colligant: intelligētiis quoq̧ equalibus angelis (ꝗ̄tum fas est
animabus ad id aspirare) illustrari promerētur. Ac sensus ipsos quoq̧ si quis sapientie ali M
qua ex parte dicat esse participes: non errabit/ extraq̧ propositū aget. Certe et demonicus
sensus: ex ipsa ducit inꝗ̄tum sensus est. inꝗ̄tum vero sensus est irrationalis/ frui eo quod
appetit nesciēs/ ac nolens: rectius a sapiētia defectio potest appellari. ¶ Sed enim ꝙ sapi 127
entie ipsius ꝛ omnis mentis ꝛ omnis rationis/ ac sensus omnis: diuina sapiētia et initium/
et causa sit/ et substātia/ et perfectio/ et custodia/ et finis dictum sit. Verū deus ipse qui est
plusq̧ superq̧ sapiēs. quo modo sapiētia/ sensus/ et ratio/ et cognitor laudatur? quomodo
eni intelligibile aliquid sentiet: cū intellectualibus operationibꝰ careat? aut quomodo sen
sibilia noscet: qui sensu omni superior eminet? Atqui scire illū omnia scriptura testatur/ ni= N
chilq̧ diuinā scientiā fugere: verum (quod sepius dixi) diuina digne deo sunt intelligēda.
Sane animi/ sensusq̧ priuatio: excellētiam in deo/ non defectū signat/ sicq̧ accipi oportet.
quēadmodū etiam irrationale ei applicamus/ qui supra rationem est: et imperfectionē ei
qui summe perfectus est excellētia et duratione. ꝛ intangibilē/ inuisibilēq̧ caliginem inac=
cessibilis lucis/ per excellentiā visibilis luminis ¶ Itaq̧ diuina mens omnia cōtinet/ cūctis 128
supereminēte sciētia: secundū omniū causam/ omniū in se notionem ante cōplexa/ priusq̧
angeli fierent sciens/ angelosq̧ producēs. et alia omnia in intimis/ ꝛ ab ipso (vt sic loquar)
initio noscens: atq̧ ad substantiā ducēs. Et hoc arbitror id signare quod dicitur: qui nouit O
omnia anteq̧ fiant. nō enim ex iis que sunt ea quidē discens diuina mens nouit: sed ex se et
in se secundū causam/ omniū notionem et scientiā atq̧ substantiā anticipat/ ꝛ ante compre
hendit: non singula ex cuiusq̧ specie ducens: sed secundū vnicam cause cōplexionē oīa sci
Manuductio a luce. ens et continens. sicuti et lux secundū causam in seipsa tenebrarū scientiam preambit: non
aliunde ꝙ̄ ex luce tenebras noscens ¶ Seipsam itaq̧ diuina sapiētia noscens/ omnia scit: 129
materialia sine materia/ et indiuidue que diuisionem admittūt/ et vnice plurima: vno ipso
cuncta sciens et ꝓferens. Nam si secundū vnā causam deus oībus esse impartit: vna eadē
profecto causa sciet oīa/ vtq̧ ex seipso sint/ et in ipso ante subsistāt. neq̧ ex iis que sunt eoꝝ
capiet notionē: sed et ipsis singulis sue et aliorū aliis sciētie erit indultor. Non habet itaq̧
deus peculiarē scientiā sui/ aliā vero cōmunē omnia cōprehendentē: ipsa eni seipsā omniū
causa cognoscēs/ qua tandē ratione que ab se sunt/ et quorū est causa ignorabit? Hac itaq̧
deus cuncta cognoscit: non rerū/ sed sui ꝓfecto scientia. Namq̧ et angelos ea scire que in P
in terra sunt/ scriptura testatur: nō ea sensu hauriētes quequidē sunt sensibilia/ sed propria
ad dei effecti imaginē mētis virtute atq̧ natura ¶ Ad hec q̄rendū quomodo nos deū sci= 130
mus? qui neq̧ intelligibilis/ neq̧ sensibilis/ neq̧ omnino quicq̧ intelligibiliū est. Forte id
veraciter dicemus: nos deū nō ex ipsius natura cognoscere (id nempe ignotū est: omnēq̧
superat rationē ac sensū) sed ex creaturarū omniū ordinatissima dispositione vt ab ipso ꝓ=

ducta/et imagines quasdã ac similitudines diuinorũ ipsius exemplariũ pre se ferẽte: ad id
quod oĩa transcendit via et ordine pro viribꝰ scãdimus in oĩum eminẽtissima priuatione/
atq; in omniũ causa. Idcirco ⁊ in oĩbus deus agnoscit̃: ⁊ seorsum ab oĩbus/et per scientiã
et per ignorationẽ noscitur deus. estq; ipsiꝰ et intelligẽtia/et ratio/et notio/et tactus/ et sen
sus/ ⁊ opinio/et imaginatio/et nomen/et alia omnia: et neq; intelligitur/neq; dicitur/ neq;
nominatur/neq; est aliquid coꝝ que sunt/neq; in aliqua creatura cognoscitur. ⁊ in omnibꝰ
omnia est: atq; in nichilo nichil. et ex oĩbus cunctis agnoscitur/ et ex nullo nemini. Enim=
uero ⁊ ista de deo rectissime dicimus: et ex substantijs oĩbus celebratur iuxta omniũ ratio=
nẽ quarũ est autor. et est itẽ augustissima dei sciẽtia que per ignorationẽ scitur/in cõiuncti
one illa que superat sensum: quãdo mens omnia alia transiliens/et seipsam demũ linquẽs:
cõiuncta fuerit lucidissimis radijs/inde atq; illic inscrutabili sapiẽtie profundo illustrata. ⁊
Q ex oĩbus quidem (vt dixi) ipsa noscenda est: ipsa eni est/iuxta scripture fidem effectrix om=
niũ/et semper cũcta coaptans/ ipsiusq; omniũ indissolubilis cõuenientie atq; ordinis cau=
R sa: semper priorũ fines sequentiũ initiis iungens/ vnãq; mundi conspirationẽ et cõgruen=
131 tiam decentissime moliens. ¶ Ratio quoq; deus dicit̃ in sanctis litteris: nõ modo quia et Ratio siuẽ
rationis et sensus et sapientie indultor est/sed quia et omniũ causas in se vniformiter ante verbum
S cõplexus est/et quia per omnia pergit penetrans (vt scriptũ est) vsq; ad omniũ finẽ. Et su=
pra hec etiã quia supra simplicitatẽ omnẽ diuina expandit̃ ratio: estq; ab oĩbus supra oĩa
T supreme substantie ratione absoluta. Hec ratio est simplex/ vereq; subsistens veritas: circa
quã vt liquidã et nusq; oberrantem scientiã omniũ/ diuina fides est stabilis credentium se= Veritas. Fides
V des: que hos in veritate locat/ in ipsisq; veritatẽ impersuasibili identitate certam et simpli=
132 cem veritatis notionẽ habentibus iis qui crediderunt. ¶ Nam profecto si scientia cogno=
scentiũ et cognitorum cõiunctrix est/ignorantia vero mutationis semper et ex se ignoranti
X sue diuisionis est autor: cum qui in veritate credit iuxta scripture fidem nichil remouebit
a vere fidei autore: in quo constantiã ĩmobilis atq; ĩmutabilis identitatis habebit. Nouit
enim penitus is qui veritati cõiunctus est: ꝙ bene se habeat etiã si plures illum corripiant/
quasi amẽtẽ et extra se factũ. fugit eni (quẽadmodũ et par est) illos quomodo velut ex erro
re ille per intemeratã veritati fidem extra se fit/ extasimq; patitur. Porro nouit ipe seipsum
veraciter/ nõ (quod illi aiunt) insanire: sed ab instabili ac variabili circa latissimã erroris va
rietatem motu/per simplicẽ et semꝑ secundũ eadem et eodẽ modo se habentem veritatem Testimoniũ
Z euasisse liberũ. Ita deniq; nostratis diuine sapiẽtie principes/ac duces: pro veritate mo= de martyribꝰ
riũtur omni die testimoniũ perhibẽtes (vt dignũ est) et verbo ⁊ omni opere/singulari chri
stianorum/ vereq; scientie: omnibus hanc esse et simpliciorem et diuiniorẽ/ imo ipsam esse
solam veram et vnicam et simplicem diuinam notionem.

¶ Septimi capitis scholia.

F ¶ Non eni solũ est sapientie exuberans deus. Psalmus centesimus quadragesimus sex= Psal. 146.
tus. Magnus dñs noster et magna virtus eius: et sapientie eius non est numerus. Et psal Psalmꝰ 144
mus centesimus quadragesimꝰ quartus. Magnus dñs et laudabilis nimis: et magnitudi
nis eius non est finis.
G ¶ Intellexit hoc mirabiliter profecto diuinus vir. De diuino Paulo id intelligit̃ qui bea=
ti patris et Hierothei cõmunis extitit preceptor. Epistola ad corinthios prima cap. primo
Nos autẽ predicamus Christũ crucifixũ: iudeis quidem scandalũ/ gentibus autẽ stulticiã
Ipsis autẽ vocatis: iudeis/ atq; grecis Christũ dei virtutẽ/ atq; sapientiã. quia quod stultũ
est dei: sapientius est hoĩbus. et quod infirmũ est dei: fortius est hominibus.
H ¶ Ita et inuisibilẽ aiunt sancte littere clarissimã lucem. Deus qui eterna sapiẽtia est: vt lux
clarissima in sanctis litteris celebrat̃/ vt ĩuisibilis/ vt celeberrimi nominis multorũq; nomi
nũ/ vt ĩeffabilis/ vt presens oĩbus/ vt incõprehẽsibilis/ et inuestigabilis. Vt clarissima lux. Joannes. 1.
Joannes cap. primo. Est lux vera que illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mundum
Vt inuisibilis. Prima ad timotheũ epistola cap. primo. Regi autẽ seculorũ/ ĩmortali/ inui= 1. ad Timo. 1
sibili/ soli deo honor ⁊ gloria in secula seculorũ. Celeberrimi nominis. Psalmus centesimꝰ Psalmꝰ. 112

duodecimus. A solis ortu vsqꝫ ad occasum: laudabile nomen dñi. Et multorũ esse nominũ
Exodus.3. ex his sine magno impendio cognoscit̃ ꝙ dicit̃ Exodi cap. tertio. Ego sũ qui sum: deus pa
Exodus.6. trum vestrorũ / deus Abraam / deus Jacob / hoc michi nomẽ in eternũ. Et cap. sexto. Ego
dñs qui apparui Abraam / Jsaac / et Jacob in deo oipotente: et nomen meũ adonai nõ in=
Exodus.15. dicaui eis. Et cap. decimo quinto. Oipotens nomen eius. Et esaias cap. septimo. Et voca
Esaias.7. bitur nomen eius emanuel. Ego dñs hoc est nomen meũ. Et quid molior multas dei nun=
cupationes adducere. vt eni paradysus / vt consitus ortus verno tempore suaue spiranti=
bus floribus: ita quoqꝫ sacre littere passim veris et sanctis dei noibus picte / respersеqꝫ sunt
Psalm⁹.138 Jneffabilis. Psalmus cẽtesimus tricesimus octauus. Et omnes semitas meas preuidisti:
Sapientie.9 quia non est sermo in lingua mea. Et sapiẽtie cap. nono. Quis eni hominũ poterit scire cõ
Prouer.8. silium dei / aut quis poterit cogitare quid velit deus. Ut presens oibus. Prouerbiorũ cap.
octauo. Quando preparabat celos aderã: quãdo certa lege et gyro vallabat abyssos. quã=
do ethera firmabat sursum: et librabat fontes aquarũ. quando circundabat mari terminũ
suũ: et legẽ ponebat aquis ne transirent terminos suos. quando appendebat fundamenta
Psalm⁹.138 terre: cũ eo eram cuncta cõponens. Et delicie mee esse cũ filiis hominũ. Et psalmus cente=
simus tricesimus octauus. Si ascendero in celũ tu illic es: si descẽdero ad infernum / ades.
si sũpsero pennas meas diluculo: et habitauero in extremis maris. et eni manus tua dedu=
cet me / et tenebit me dextera tua. Ut incõprehẽsibilis et iuestigabilis sepe ex sentẽtia Pau
Ad roma.11. li ad romanos cap. vndecimo adductũ est. O altitudo diuitiarũ sapientie et scientie dei: ꝙ̃
Esaias.40. incõprehẽsibilia sunt iudicia eius / et inuestigabiles vie eius. Et esaias cap. quadragesimo.
Nec est inuestigatio sapientie eius.
¶ Uerũ (quod in aliis dixi) ꝙ̃ supra nos sunt. cap. precedẽte numero 123 in simonẽ magũ J
2.Regũ.24. ¶ Prestat eni dei esse ꝙ̃ iuris nostri. Sic eni Dauid secundo regũ vicesimo quarto. Meli= K
us est inquit vt incidã in manus dñi (multe eni misericordie eius sũt) ꝙ̃ in manus hominũ.
¶ Et in ipso omnes esse thesauros sapientie et sciẽtie absconditos. Paulus epistola ad co= L
Ad colo.2. lossenses cap. secundo. vt consolent̃ corda ipsorũ instructi in charitate: ⁊ in omnes diuitias
plenitudinis intellectus in agnitione mysterii dei patris / et christi ihesu. in quo sunt omnes
thesauri sapientie / et scientie absconditi.
¶ Ac sensus ipsos quoqꝫ si quis sapiẽtie aliqua ex parte dicat esse participes. Nomine sen M
sus intellectũ / mentẽqꝫ intelligimus. hac eni significatione sepe vtit̃ interpres / et sacre vtũ=
tur littere. Scimus (inquit Joãnis eloquiũ) quoniã filius dei venit: et dedit nobis sensum
vt cognoscamus deum verum.
1.Joãnis.3. ¶ Atqui scire illum omnia: scriptura testat̃. Prima Joannis epistola cap. tertio. Quoniã N
si reprehenderit nos cor nostrũ: maior est deus corde nostro / et nouit omnia.
Daniel.13. ¶ Et hoc arbitror id significare quod dicit̃. qui nouit omnia anteqꝫ fiant. Daniel cap. deci= O
mo tertio. deus eterne qui absconditorũ es cognitor: qui nosti omnia anteqꝫ fiant.
¶ Namqꝫ et angelos ea scire que in terra sunt scriptura testat̃. Et p̄phete et Apocalypsis P
Apocalyp.2. id aperte mõstrant. Apocalypsis cap. secũdo. Et angelo ephesi ecclesie scribe. hec dicit qui
tenet septem stellas in dextera sua / qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum:
scio opera tua et laborẽ / et patientiã tuã. et ꝙa nõ potes sustinere malos: et tentasti eos qui
se dicunt esse apostolos / et nõ sunt. Scio tribulationẽ tuã et paupertatẽ tuã / sed diues es: et
blasphemaris ab iis qui se dicunt esse iudeos ⁊ non sunt / sed sunt synagoga sathane. Et ita
de septem ecclesiis. Que eni dñs mandat: ex sequẽs preco / ⁊ legatione fũgens nõ ignorat.
¶ Ipsa eni est iuxta scripture fidem effectrix omniũ / et semper cuncta coaptans. Jd ex pro Q
Prouer.8. uerbiorum cap. octauo paulo ante adductũ est. Cum eo eram cuncta cõponens.
Joannes.1. ¶ Ratio quoqꝫ deus dicit̃ in sacris litteris. Joannes cap. primo. Jn principio erat verbũ R
Psalm⁹.32. et verbũ erat apud eum. Psalmus tricesimus secundus. Quia rectũ est verbum dñi: et oia
opera eius in fide. diligit misericordiã et iudiciũ: misericordia dñi plena est terra. verbo do=
Psalm⁹.118 mini celi firmati sunt. Et psalmus centesimus decimus octauus. Jn eternũ domine verbũ
Esaias.40. tuũ permanet in celo. Esaias cap. quadragesimo. Uerbũ autẽ domini manet in eternum.

Et verbũ perq̃frequenter in sacris reperit̃ litteris. Et sancti Theologi verbũ/ rationem sermonẽ idem intelligunt/ verbisq̃ illis promiscue vtunt̃/ et promiscue vertunt interpretes q̃uis vsitatius legat̃ verbũ. Et qđ hic ratio: et in modo allegatis locis dicit̃ verbũ: versum est in epistola ad hebreos cap. quarto sermo. Ad hebre.4.

S ¶Per omnia pergit penetrans (vt scriptum est) vsq̃ ad omniũ finẽ. Sapiẽtie cap. octauo. Attingit ergo a fine vsq̃ ad finẽ fortiter: et disponit oĩa suauiter. Sapiẽtie.8.

T ¶Hec ratio est simplex/ vereq̃ subsistẽs veritas. De⁹ vt veritas/ vt verax/ vt verus/ vt fidelis a sãctis Theologis celebrat̃. Ut veritas. Joãnes cap. decio q̃rto. Ego sũ via ꝛ veritas. Joannes.14 Psalm⁹ cẽtesim⁹ decim⁹ sextus. Quoniã cõfirmata est sup nos misericordia ei⁹: et veritas dñi manet in eternũ. Ut verax. Paulus ad romanos cap. tertio. Est aũt deus verax. Ut verus. Pria Joãnis epistola cap. quĩto. Et scimus q̃a filius dei venit: et dedit nobis sensũ vt cognoscamus deũ verũ/ et simus in vero filio eius. hic est verus deus/ et vita eterna. Et id quoq̃ iam supra adductum est. et Apocalypsis cap. tertio. hec dicit sãctus et verus: qui habet clauem Dauid. Ut fidelis etiã celebrat̃. Deuteronomiũ cap. tricesimo secundo. Deus fidelis et absq̃ vlla iniquitate: et iustus et rectus. Paulus ad hebreos cap. secundo. nusq̃ eni angelos apprehendit: sed semẽ abrae apprehendit. Unde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret et fidelis pontifex ad deum. Et cap. decimo. Fidelis eni est qui repromisit. Apocalypsis cap. tertio. hec dicit amen/ testis fidelis/ et verus: qui est principiũ creature dei. Et ab illa sũma/ et diuina fide omnis fides sursũ in operib⁹ et nutibus: et deorsum in verbis/ sermonibus/ et factis tenorẽ/ constantiãq̃ seruat. Psalm⁹.116 Ad roma.3. 1. Joãnis.5. Apocalyp.3. Deutero.32. Ad hebre.2. Ad hebre.10 Apocalyp.3

V ¶In ipsisq̃ veritatẽ impersuasibili identitate. Impersuasibili/ supra omnẽ persuasionem/ omnemq̃ excedentem credulitatem.

X ¶Eum qui in veritate credit (iuxta scripture sacre fidem) nichil remouebit a vere fidei autore. Cõtemplari licet diuinũ Paulũ ad romanos cap. octauo vere fidelẽ et fideliũ omniũ feruẽtissimũ solicitatorẽ. Quis ergo nos (inquit) separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia/ an fames/ an nuditas/ an periculũ/ an persecutio/ an gladius? certus eni sum quia neq̃ mors/ neq̃ vita/ neq̃ angeli/ neq̃ principatus/ neq̃ virtutes/ neq̃ instantia/ neq̃ futura/ neq̃ fortitudo/ neq̃ altitudo/ neq̃ profundũ/ neq̃ creatura alia poterit nos separare a charitate dei: que est in Christo ihesu dño nostro. Ecce eni vera fides: hanc constantiã et insuperabilẽ imobilitatẽ in cordibus vere credentiũ operat̃. et hanc fidei insuperabilitatẽ sancti duces nostri apostoli in cordibus vere sanctorũ alte infigebãt. qua inuicta constantia fidelissimi Christi milites armati: omnes olim hominũ contemptus/ ludibria/ risus/ verbera/ carceres/ pectines/ accensas ad teneriora membra faculas/ decerpentes vngulas/ flagra/ ferreas (quibus supra ardentes prunas versarẽtur assati) crates/ frixorias sartagines/ asperatas pice ꝛ plumbo accẽsas fornaces/ scorpionũ sagittas/ rotas/ nouaculas/ eculeos/ contemptibiles cruces/ leonũ truculentissima ora/ et omnia tormentorũ machinamenta. q̃ quis Mezentio et Busyride crudelior nostri generis suggerẽte hoste excogitare poterat: contemnebãt/ calcabant. oĩbusq̃ demũ superatis per vere fidei inuictam/ insuperabilemq̃ constantiã euadebant victores. quibus iã perpetuo euo fruenda: superata tellus sydera donat. O secula nostra felicia si pietas/ religio/ et sancta/ infractaq̃ fides (que cum illis ad celi sũma cõscendit) paulisper ad nos inclinaret̃/ suoq̃ reditu corda fida firmaret. Et ab illis reuera et ab eorũ rege (in cuius manu et fides/ et omnis potestas) iugiter petenda est. Ad roma.8.

Z ¶Ita deniq̃ nostratis diuine sapientie principes ac duces. Illi nostre diuine sapientie principes ac duces: sanctissimi sunt apostoli/ quorum nomina sunt. Petrus/ Paulus/ Joannes/ Jacobus/ Andreas/ Philippus/ Thomas/ Bartholomeus Mattheus/ Jacobus Alphei/ Simon/ Thadeus. Et hoc in loco pius pater testimoniũ de sanctis martyribus affert. Et nemo est qui nesciat sanctos duces nostros precioso martyrio (tanq̃ suauitatis incensum) deo consecratos. Petrus eni apostolorũ caput/ et vt beatus pater ait Theologorũ columen: in cruce appensus inoxiam deo exsoluit animã. Paulus omniũ solicitudo ecclesiarũ/ gentiũ doctor (cuius in filio dei genitura sumus) gladio de mũdo triumphat. Testimoniũ martyrum. Petrus Paulus

Joannes — Joannes magnus mũdi sol exulat in pathmo: cuius lumẽ quo eo in exilio eluxit/ mũdi an-
gustie nõ capiunt. dira venena sorbet: sed virgineũ cor/ sed sacratissimũ caput supra pectus
ihesu reclinatũ dira venena damnare nequeunt. neqꝫ efferuentissimũ oleũ: sacrata (que in-
Jacobus — trorsus diuina charitas vrebat) membra violare. Et Jacobũ (qui genua ad deum flecten-
do: callos instar camelorũ contraxerat) cũ iudaica stulticia deorsũ precipitare conat᷑: sudi-
Andreas — bus supra celũ eleuat. Andreas vero per crucem (mundo superato) regem martyrũ/ dñm
Philippus — glorie ⁊ suũ gloriosũ fratrẽ ad celos ocyus assequit᷑. Philippũ phryges per crucis trophe
Thomas — um: celi ciuibus adiunguut. Mirant᷑ Indi Thomã nũqꝫ tam clarũ sydus intuiti: quẽ dum
sacrificuli idolorꝫ/ cultris et lanceis crudeliter impetunt: clarissimis intulerunt astris. Ecce
Bartholo. — dũ armeni diuinũ Bartholomeũ (cui cum angelis familiare fuit in terris colloquiũ) mor-
Mattheus — tali cute spoliant: imortalitatis veste induunt. Mattheum autem post hostie laudis perce
pta sacramenta: horridus ethiops martyrio deo sacrat/ facitqꝫ de terreno celestem sacer-
Jacobus — dotem. Et cũ Jacobo zebedei filio: de mortali trunco caput disiungit᷑/ imortali capiti (qui
Simon thadeus — Christus est) in vita eterna inserit᷑. Simon et Thadeus indiuidui fratres postcaqꝫ pontũ
egyptum/ et caldeicas oras diu peruasere (terrificis monstris magorum et demonũ supe-
ratis) dũ a cõiuratis nigre cohortis cultoribus adoriunt᷑: socias animas/ cãdidissimas co-
lũbas de mortali carcere soluentes ad celũ euolare permittunt. Et ne silẽtio pretereamus.
Matthias — Matthias (qui sacrũ apostolorũ suppleuit duodenariũ) dum saxis obruit᷑ angulari lapi-
di Christo indissolubiliter agglutinat᷑. Et huic sacro martyrũ suorũ choro: deus in sanctis
Dionysius — suis mirabilis: suũ sanctũ antistitẽ Dionysiũ post flagra/ post ferreas crates/ post clibanos
⁊ fornaculas accensas postqꝫ secures porrecta misericordie sue manu adiũgens supra ce-
los euehit: locũ vnde ad deum eleuatus est mitibus oculis semper aspicientẽ ⁊ monumen-
ta sui ad omniũ studiorũ illuminationẽ in terris relinquentẽ. Unde sue et omnis sapientie
ante oĩa indultrici bonitati semper gratie sint.

De virtute/ iustitia/ salute/ redẽptione: in quo ⁊ de equalitate et inequalitate. Cap. VIII.

V Erum enĩ quoniã diuinã veritatẽ/ supremãqꝫ sapientiã vt virtutẽ theologi cele- 133
brant/ et vt iustitiã/ salutẽ quoqꝫ ipsã/ ⁊ redemptionẽ appellant: age ista pro vi-
ribus diuina nomina explicare pergamus. Nempe enĩ ꝙ deitas sũma virtute A
Virtus — omni (quomodolibet aut est aut intelligit᷑) eminentissime superior sit: neminẽ reor qui di-
uinis litteris sit inuersatus ignorare. plurimis enĩ in locis scriptura sacra: etiã dominatio- B
nẽ illi virtutũ quoqꝫ celestiũ assignans tradidit. Quomodo igit᷑ illam theologi etiã vt vir-
tutẽ laudant: que virtute omni longe eminenter excipit᷑? aut quomodo in ipsa virtutis acci
pimus nomen? Dicamus ergo quoniã virtus est deus: qui omnẽ in se virtutẽ supreme ha
bet et tempore et excellentia: et vt omnis virtutis autor/ omniaqꝫ per virtutem nusqꝫ incli-
nantem atqꝫ incirconscriptã producẽs/ et sicut eius que est virtus siue vniuersalis siue par-
ticularis causa efficiens. et vt infinite virtutis: non modo ꝙ virtutem proferat omnẽ/ verũ
et ꝙ supra omnẽ/ ⁊ ipsam quoqꝫ virtutem sit. et ꝙ excellentissime possit: et infinite infinitas
preter eas que sunt/ alias proferre virtutes. eo ꝙ nullo modo possint vel infinite vel in infi-
nitũ producte virtutes: supreme infinitã vim ipsius potentissime virtutis obtundere. Ac 134
vero ineloquibili/ et incognito/ atqꝫ incogitabili modo supereminentis omnia virtutis sue
siue per potentie copiam: infirmitatẽ quoqꝫ corroborat/ extremasqꝫ substantias cõtinet/ ac
potenter firmat. sicuti et in iis que sensuũ sortita sunt potentiã: cernimus superlucentia lu-
mina ad hebetiores quoqꝫ acies penetrare. maioresqꝫ crepitus aiunt in aures quoqꝫ obtu-
siores/ et haud facile sonitus haurire idoneas: ingredi. Quod enĩ audiendi officio peni-
tus vacat: neqꝫ auris est. ⁊ quod omnino non videt: neqꝫ acies est. hec deniqꝫ infinite potẽs
diuina distributio: in omnia que sunt se intendit/ atqꝫ permeat. et nichil est in rebus: quod
non sit virtuti alicui percipiende idoneũ/ sed aut spiritalẽ/ aut rationalẽ/ aut sensibilem/ aut
vitalem/ aut substantialẽ habet virtutẽ. ipsum quoqꝫ esse (si fas sit dicere) virtutẽ vt sit a su-
persubstantiali virtute consequit᷑. Ex ipsa sunt altissime angelicarũ distinctionũ virtutes. 135
ex ipsa vt et sint sine lapsu habent: omnesqꝫ spiritales suos/ atqꝫ imortales sẽpiternos mo-

tus/ipsamqꝫ constantiã/boniqꝫ desideriũ inuiolabile ab infinite bonitatis virtute percepe=
runt: ipsa illis largiente vt possint/ et ista sint/ et semper esse desiderent/ ipsumqꝫ desiderare
posse: vt sẽper possint. Procedunt ipsius indeficientis virtutis effectus ad homines quoqꝫ
et animantes/ et arbores/ totamqꝫ mundi naturã: ⁊ cõiuncta corroborant ad amicitiã mu=
tuam ac societatem. et que discreta sunt vt sint singula iuxta rationẽ propriã ac diffinitionẽ
inconfusa atqꝫ impermixta custodit: mundiqꝫ ordines et dispositiones in proprio cõseruat
136 bono. ¶ Atqꝫ imortales angelicarũ vnitatũ vitas inuiolabiles/ et celestes luminariũ/ side=
rũqꝫ substantias atqꝫ ordines: imutabiles seruat. ac seculum vt esse possit indulget: tempo=
rũ quoqꝫ orbitas progressu distinguit/ et reditu colligit. ignisqꝫ vires inextinguibiles facit:
et aquarũ fluenta peremnia. aereã quoqꝫ fusionẽ terminat: et terrã super nichilum firmat/
eiusqꝫ viuificos partus incorruptibiles custodit. elementorũqꝫ congruentiã et temperãtiã
inconfusam/ atqꝫ indiuiduã seruat: et anime ac corporis continet nexũ. arborꝫ quoqꝫ virtu=
tes quibus nutriunt̃ et crescunt: mouet. substantialesqꝫ omniũ roborat vires: et mundi in=
dissolubilẽ constantiã tutat̃/ deificũqꝫ ipsum statum condonat: virtutẽ vt hoc possint (iis q̃
in deum trãseunt) prestans. Prorsusqꝫ nichil in substantiis est: quod ipsius oĩpotens diui
na virtus non tuet̃/ atqꝫ cõtineat. Quod enĩ omnino nulla virtute fulcit̃: neqꝫ est/ neqꝫ ali=
137 quid est/ neqꝫ est penitus ipsius vlla positio. ¶ Atqui inquit Elymas magus si est oĩpotẽs
E deus: quomodo a vestro theologo aliquid non posse dicit̃? beatum insimulans paulũ qui
D ait deum seipsum negare non posse. Illud autẽ si adiũciam vehementer timeo ne vt amens
ridear: qui puerorũ ludentiũ structuras/ et supra arenã fundatas/ ⁊ infirmas euertere mo=
liar/ atqꝫ huius rei diuinũ sensũ veluti arduũ aliquid ac perdifficile intẽtius aperire aggre=
diar. Nempe enĩ seipsum negare: a veritate decidere est. porro veritas deus est: et a verita=
te cadere a deo est cadere. Si igit̃ veritas deus est: veritatisqꝫ negatio est a deo prolapsio:
a deo cadere deus non potest. et non esse (vt sic dixerim) non est: et non posse non potest/ et
non nosse secundũ priuationem non nouit: id sapiens ille non intellexit: imitat̃qꝫ athletas
imperitos/ qui sepe imbecillos sibi aduersarios esse suadentes/ contraqꝫ absentes ipsos for=
titer adumbrata pugna dimicantes/ ⁊ aerem cassis ictibus constanter ferientes: aduersari=
os ipsos superasse arbitrant̃/ seqꝫ victores buccinãt̃/ cum neqꝫ illorꝫ nouerint vires. At nos
diuinũ ipsum paulum pro viribus assequentes: eum qui supra virtutem est deum vt oĩpo=
tentẽ celebramus/ vt beatum solumqꝫ potentẽ/ vt dominantẽ in virtute sua seculo. vt qui
in nullo a substantiis exciderit: imo queqꝫ sunt omnia excellenter et ante tẽpora habeat su=
persubstantiali virtute sua. qui iis que sunt oĩbus/ vt esse possint et hoc sint: excellentis vir=
E tutis copia et exuberãti profusione largitur. ¶ Iustitia vero rursus deus vt oĩbus secun=
138 dũ merita retribuens dicit̃: mensurãqꝫ et pulchritudinẽ et ordinẽ ac dispositionẽ/ omnesqꝫ
distributiones atqꝫ ordinationes iuxta verissimã ac iustissimã diffinitionem singulis segre
gans/ et omnibus quibusqꝫ proprij operis autor existens. Cũcta enĩ diuine iustitie legibus
ordinat/ atqꝫ determinat: et omnia ex oĩbus mera atqꝫ impermixta custodiens/ pro singu=
lorum meritis iis que sunt omnibus cõgrua cuiqꝫ largitur. Hec vero si recte dicuntur/ qui
diuinã iustitiam insimulant: dum non aduertunt/ suã iniustitiã apertissime damnant. Aiunt
enĩ imortalitatẽ inesse debere mortalibus: imperfectisqꝫ perfectionẽ. et iis que ex se mouẽ=
tur necessitatẽ qua aliunde moueant̃: mutabilibusqꝫ idẽtitatẽ. et infirmis: que perfecte vir=
tutis sunt adesse oportere. item sempiterna esse temporalia/ ⁊ imutabilia que natura mouẽ
tur. temporariasqꝫ voluptates oportere esse eternas: ⁊ omnino que aliorꝫ sunt aliis reddũt.
verum in hoc operepreciũ est cognoscere diuinã iustitiã verã esse iustitiã/ ꝙ oĩbus que sua
139 sunt tribuit pro singulorũ merito: et cuiusqꝫ naturã in suo ordine seruat/ atqꝫ virtute. ¶ At
dixerit quispiam non esse iustitie: ꝙ viri sancti sine adiutorio dimittant̃ a pessimis conteri.
Ei dicendũ ꝙ siquidẽ terrena que carnalibus in studio sunt diligũt: ij quos sanctos appel=
lat/ diuino amore prorsus exciderunt. et nescio quo pacto sancti appellari possint: qui ama
bilia veraciter ac diuina iniuriis afficiũt. dum ea que neqꝫ amari/ neqꝫ haberi in studio me=
rentur: minus plane honeste congerunt/ minusqꝫ reprobant. Sin autẽ que vere sunt amãt

Elymas magus.

Ubi hic deus et a deo frequẽter dicit̃ originale habet nomẽ dei on: hoc est ens ⁊ qui est. et nõesse/ nõposse/ nõnosse nominaliter intelligũtur.

Iusticia.

letari conuenit eos qui aliqua cupiunt/quando fruunť optatis. An vero non tunc magis
angelicis propinquant virtutibus: cũ diuinorũ desiderio pro viribus ab omni carnalium
affectione discedunt: atqꝫ ad hoc viriliter multũ exercenť: dũ pressuras/casusqꝫ varios ho=
nesti gratia tolerãt. Itaqꝫ (vt verũ dixerim) hoc magis est diuine iustitie propriũ nequaqꝫ
emollire atqꝫ eneruare optimorũ quorũcunqꝫ masculũ sensum largitione carnaliũ. neqꝫ si
quis id conetur agere: eos sine adiutorio linquere sed illos in preclaro/inflexibiliqꝫ statu so
Salus. lidare/eisqꝫ cum sint huiusmodi secundũ merita reddere. ¶ Hec deniqꝫ diuina iustitia salus 140
quoqꝫ omniũ predicať: propriã cuiusqꝫ et sincerã ab aliis substantiã/ ⁊ ordinẽ seruans atqꝫ F
custodiens/causaqꝫ pure existens proprie in quibusqꝫ actionis. Si quis vero salutẽ laudet
(vt etiã ne a deterioribus quidẽ abstineat) cuncta saluando rapientẽ: ⁊ hunc ipsi laudatorẽ
profusissime salutis perlibenter admittemus. Et hanc vero primã vniuersorũ salutẽ ipsum
diffinire cupiemus que omnia in seipsis imutabilia/neqꝫ dissidentia et nusqꝫ deflectẽtia ad
deteriora: preseruet/custodiatqꝫ omnia sine pugna et bello/singula suis rationibus/ ordi=
nibusqꝫ distincta: ⁊ inequalitatẽ omnẽ/ ⁊ alienã actionem ex oĩbus eliminet/et cuiusqꝫ pro=
Redemptio. portiones ad id cõfirmet vt in diuersa cadere/aut cõmigrare nequaqꝫ possint. ¶ Verũ eni 141
profecto et hanc salutem non preter intentionẽ scripture sancte vt bonitate cuncta saluan=
te que sunt omnia: ab suorũ prolapsione bonorũ/redimentẽ: predicare merito possumus/
quantũ cuiusqꝫ saluandorũ admittit natura. idcirco etiã redemptionẽ illã theologi nomi= G
nant: ex eo ꝙ non sinit ea que vere sunt ad id cadere vt non sint: ex eo item ꝙ et si quid deli=
querint/et ab ordine suo aberrauerint/et iminutionẽ aliquã perfectionis bonorũ suorum
passa fuerint: hac etiam in parte a passione et imbecillitate ac priuatione redimit. implens
quod deest/et paterno affectu infirmitatẽ supplens/atqꝫ a malo erigens: imo in pulchro si=
stens/et quod effluxerat bonũ reparans/ac disponens/et ordinis quod deest in illo atqꝫ po
Equalitas. sitionis exornans/integrũqꝫ perficiens/ ⁊ ab oĩbus absoluens incõcinnitatibus. ¶ Sed de 142
his quidẽ ⁊ de iustitia dictũ est. secundũ quã omniũ equalitas/emetitur atqꝫ terminať: om= H
nisqꝫ inequalitas que secundũ priuationẽ est eius (que in ipsis singulis est) equalitatis: ex=
torris agiť. verũenim vero inequalitatẽ si quis differentias omniũ ad omnia in omnibus ac= I
cipiat: huius quoqꝫ iustitia seruatrix est: non permittens promiscua omnia fieri ac pertur=
bari/sed custodiens que sunt omnia secundũ speciem in qua singula queqꝫ esse acceperũt.
¶ Octaui capitis scholia.
¶ Nempe enĩ ꝙ deitas sũma virtute omni. Virtutis appellatione sacre littere deũ collau= A
Psalm°.139 dant. Psalmus cẽtesimus tricesimus nonus. Dñe domine virtus salutis mee: obumbrasti
Ad roma.1. super caput meũ in die belli. Et ad romanos cap. primo. Inuisibilia enĩ ipsius a creatura
mũdi per ea que facta sunt intellecta cõspiciunť/sempiterna quoqꝫ eius virtus/ ⁊ diuinitas
¶ Etiam dominationẽ illi virtutum quoqꝫ celestiũ assignãs tradidit. Psalmus vicesimus B
Psalm°.23. tertius. Quis est iste rex glorie: dñs virtutũ ipse est rex glorie.
Elymas.
Actuum.13. ¶ Atqui inquit Elymas magus. Hic est Elymas magus qui et barieu (idest filius malefi= C
cij) nominatus. de quo actuũ apostoloꝝ cap. decimo tertio hũc in modũ legiť. De Barna
ba ⁊ Paulo. Et ipsi quidem missi a spiritu sancto: abierunt seleutiã. ⁊ inde nauigauerũt cy=
prum. Et cum venissent salaminã: predicabant verbũ dei in synagogis iudeorũ. Habebãt
autem et Ioannẽ in ministerio. Et cum perambulassent vniuersã insulã vsqꝫ ad paphũ: in=
uenerunt quẽdã virũ magum pseudoprophetã iudeũ cui nomen erat Barieu: qui erat cũ
proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnaba ⁊ Paulo: desiderabat
audire verbũ dei. Resistebat autẽ illis Elymas magus (sic enĩ iterpretať nomẽ eius) que=
rens auertere proconsulẽ a fide. Saulus autẽ qui ⁊ Paulus repletus spiritu sancto/intuẽs
in eum dixit. O plene omni dolo/ ⁊ omni fallacia fili diaboli/inimice omnis iustitie: nõ desi
nis subuertere vias dñi rectas. et ecce nunc manus dñi super te: et eris cecus non vidẽs so=
lem vsqꝫ ad tempus. et cõfestim cecidit in eum caligo/et tenebre: et circuiens querebat qui
ei manũ daret. tunc proconsul cum vidisset factum: credidit ammirans super doctrina dñi.
¶ Beatum insimulans Paulum qui ait deum seipsum negare non posse. Paulus secunda D


ad Timotheū ep̄la cap. scdo. Si nō credimus: ille fidelis pmanet. negare seipsū nō potest.
E ¶ Iustitia vero rursus deus vt omnibus secundū merita retribuens dicitur. Et iustitia et
iustus frequenter in sanctis litteris de deo adducūtur. Iustitia. Psalmus centesimus deci- Psalmꝰ. 110
mus. Confessio et magnificētia opus eius: iustitia eius manet in seculum seculi. Et centesi- Psalmꝰ. 118
mo decimo octauo. Iustitia tua iustitia in eternū. Et sapientie cap. primo. Iustitia enī per- Sapiētie. 1.
petua est/ et immortalis. Iustus. psalmus septimus. Deus iudex/ iustus/ fortis/ et patiens. Psalmus. 7
Et decimo. Quoniam iustus dominus/ ⁊ iustitias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Et Psalmꝰ. 10.
he diuine nuncupationes/ quo magis homines ad iustitiam faciendam exemplaria diuini
tatis non ignorent: omnium ferme frequentissime occurrunt.
F ¶ Hec denicꝫ diuina iustitia/ salus quoqꝫ omniū predicat̄. Et vt salus/ vt saluator/ vt salu-
tare celebratur. Salus. psalmus vicesimus sextus. Dn̄s illuminatio mea: ⁊ salus mea quē Psalmꝰ. 26.
timebo. Saluator. Secūdus regum cap. vicesimo secūdo. Dn̄s petra mea/ et robur meū/ 2. Regū. 22.
et saluator meus. Iterum. Scutum meū et cornu salutis mee/ eleuator meus/ et refugium
meum: saluator de iniquitate liberabis me. Ioannes cap. quarto. Ipsi enim audiuimus et Ioannes. 4.
scimus: quia hic est vere saluator mundi. Et prima ad Timotheum epistola. cap. quarto. 1. ad Timo 4
quia speramus in deum viuum: qui est saluator omniū hominum. Salutare. Esaias cap. Esaias. 52.
quinquagesimo secundo. Et videbunt omnes fines terre: salutare dei nostri.
G ¶ Iccirco redemptionē illam Theologi nominant. Que possunt sacre littere diuine boni
tatis beneficia agnoscentes/ nunc redemptionē/ nunc redemptorē cū vocāt: qui in medio
terre omniū hominū operatus est salutem. Redemptionē. Paulus prima ad Corinthios 1. ad Corin. 1
epistola cap. primo. Ex ipso autē vos estis in christo ihesu: qui factus est nobis sapiētia/ et
iustitia/ et sāctificatio/ et redēptio. Redemptorē. Psalmus decimus octauus. Dn̄e adiutor Psalmꝰ. 18.
meus: et redemptor meus. Esaias cap. quīquagesimo quarto. Dominabit̄ tui qui fecit te: Esaias. 54.
dn̄s exercituū nomen eius/ ⁊ redēptor tuus/ sanctus israel: deus omnipotēs terre vocabit̄.
H ¶ Secundū quam omniū equalitas metitur atqꝫ terminatur. Equitatem et equalitatem.
deo sacra eloquia attribuūt. Equitatem psalmus nonus. Parauit in iudicio thronū suum: Psalmus. 9
et ipse iudicabit in equitate orbem terre. Equalitatem. Cum sapientie cap. sexto dicit̄. Non Sapientie. 6
substrahet personam cuiusqꝫ deus: quia est omniū dominator. quoniā pusillū et magnum
ipse fecit: et equaliter est illi cura de omnibus. Et cum dicit̄ ad Philippenses cap. secundo Ad philip. 2.
Qui cū in forma dei esset/ non rapinā arbitratus est esse se equalē deo: sed semetipsū exina-
niuit/ formā serui accipiens in similitudinē hominū factus/ ⁊ habitu inuentus est vt homo.
I ¶ Uerum enīuero inequalitatem: si quis differentias omniū. Hoc est si quis vocet inequa
litatem differentias/ et distinctiones rerum abinuicem.

¶ De magno/ paruo/ eodē/ altero/ simili/ dissimili/ statu/ motu/ equalitate. Cap. IX.

144 Q Uoniam vero/ et magnū/ et paruum autori omniū applicatur/ idemqꝫ et alterū/
simile quoqꝫ ac dissimile/ et status et motus: age et hec nominū diuinorū signa li
quide quantū possumus speculemur. Magnus itaqꝫ deus in sacris litteris predi Magnum
catur et in magnitudine/ et in aura tenui diuinā signante paruitatē. Atqꝫ idem dicitur sicu- Paruū siue in aura tenui
ti cum scriptura dicit: tu autē idem ipse es. Alter quoqꝫ quādo multiformis/ multisqꝫ figu- Idem
ris a sacris eloquiis fingitur. Et similis: vt similiū et similitudinis opifex. Et dissimilis om- Alterum
nibus: vt cui similis non sit. Et stans atqꝫ immobilis/ et sedēs in eternū. Et mobilis/ vt qui Simile
omnia penetret: et queqꝫ alia diuina nomina tantūdem valētia a sacris predicant̄ eloquiis Dissimile
Magnus quidem appellatur deus iuxta propriā ipsius magnitudinē: que magnis omni- Stans
bus suimet cōsortium tradit/ et extrinsecus super omnē magnitudinē funditur et supra ex- Mobile
panditur: omnem cōtinens locum/ omnē transcēdens numerū/ omnē transiliens infinita- Magnum
tem/ et per ipsius plenitudinis exuberantiam/ principaliaqꝫ ipsius dona qua parte ipsa ab
oībus participata/ per infinitam donoꝝ profusionē sine diminutione omnino perdurant/
eandēqꝫ habent plenitudinis exuberantiā/ neqꝫ participationibus minuuntur: sed magis/
ac magis exundāt. Magnitudo hec et infinita est/ et quantitate caret/ et numero. atqꝫ hoc
est excellentia secūdū absolutam/ et superne expansam incōprehēsibilis magnitudinis re-

Paruum. dundantiã. ¶ Paruũ vero siue tenue in eo dicitur: ꝙ molem omnẽ excedit/ atqꝫ distantiã/ 145
et ꝙ absqꝫ impedimento per omnia pergit. Enimuero omniũ causa pusillum est: nusqꝫ eni L
inuenies pusilli speciem imparticipatã. Ita igitur in deo pusillum accipiẽdum: vt quod in
omnia/ ⁊ per omnia sine impedimẽto pergat/ et operetur/ atqꝫ pertingat vsqꝫ ad diuisionẽ M
anime et corporis/ cõpagum quoqꝫ et medullarum/ et discernens cogitationũ et intentio-
num cordis/ imo eorũ que sunt omniũ. non eni est creatura inuisibilis in cõspectu eius. hoc
itaqꝫ pusillum et quãtitate caret et qualitate: tenetur nullo/ infinitum est/ et interminatum/
Idem. comprehendẽs omnia/ et ipsum comprehẽsibile nulli. ¶ Idem vero superlubstantialiter 146
eternũ est/ inuertibile in seipso manens/ semper secundũ eadẽ et eodem habẽs modo/ om-
nibus eodẽ modo presens: ipsumqꝫ secundũ seipsum in seipso firmiter et intemerate in pul
cherrimis excellentis identitatis finibus collocatum/ immutabile/ casui minime obnoxiũ/
forte/ et constãs/ inuariabile/ impermixtũ/ immateriale/ simplicissimum/ nullius egens ꝙ
augeri/ minuiqꝫ nõ possit. ingenitũ non quasi nondũ genitum/ seu quasi imperfectũ sit/ seu
ab hoc/ aut hoc non sit/ neqꝫ vt quod nusqꝫ/ nulloqꝫ modo sit: sed vt quod sup omnia inge-
nitum/ et absolute ingenitũ. semperqꝫ sit et in se perfectũ sit/ atqꝫ idem sit secundũ seipsum:
atqꝫ a seipso vniformiter eadẽqꝫ specie determinatũ: idemqꝫ illud ex se ipso omnibus par-
ticipare idoneis insinuans/ ⁊ alia cõnectens aliis/ copia identitatis et causa/ in seipso etiam
cõtraria eodẽ modo ante habens secundũ vnam atqꝫ vnicam totius identitatis superemi
Alterum. nentem causam. ¶ Porro alterum dicitur quia omnibus prouidẽtie ratione deus adest: et 147
omnia in omnibus pro omniũ salute fit/ in seipso et in sua identitate manens/ et nusqꝫ pro-
grediendo per vnam/ indeficiẽtemqꝫ operationẽ stans/ et seipsum virtute nusqꝫ inclinante
ad eos (qui conuersi sunt) in deum assumẽdos largiens. Alteritatem quoqꝫ variarum dei
iuxta multiformes visiones figurarũ: alia quedam per ea que videtur preter id quod vide
Manuductio ex aĩa sũpta. tur/ significare putandum est. Quemadmodũ enim si animã ipsam corporali specie velle-
mus effingere/ partesqꝫ ipi indiuidue applicare corporeas: aliter cogitaremus in ea partes
ei circũductas ab indiuiduo anime nõ discedẽdo. vt caput quidẽ intelligentiã/ ceruicẽ vero
opinionẽ/ vt in medio rationalis atqꝫ irrationalis positam: pectus iram/ ventrẽ cõcupiscen
tiam/ crura ⁊ pedes naturã diceremus: nominibus partiũ/ virtutũ signis vtẽtes. multo sa-
ne magis in eo qui supereminet oĩbus: alteritatẽ formarũ/ atqꝫ figurarum piis ⁊ deo con-
Figure gruis/ sacratioribusqꝫ explanationibꝰ vt purgemus oportet. ¶ Et si velis triplices figuras 148
Longitudo corporũ ei qui tactum/ figurãqꝫ refugit deo applicare: latitudo diuina dicẽda/ amplissima
Latitudo. Profundũ dei ad cũcta ꝓgressio. longitudo vero: virtus peruagãs oĩa. profundũ autẽ abdita illi vir-
tus/ atqꝫ ignoratio iis (que sunt) oĩbus incõprehẽsibilis. Uerũ enim ne imprudẽtes (dum
variis formis/ ac figuris exponẽdis insistimus) incorporalia diuina nomina signoꝝ carna
Significatiua theologia lium nominibus cõfundamus: de eis ipsis ꝑfecto in significatiua theologia iam diximus.
Simile. Nũc diuinã alteritatẽ/ nõ immutationẽ aliquã inuertibilis idẽtitatis suspicemur: sed mul-
tiplicationẽ ipsius singularẽ/ atqꝫ vniformes ad oĩa fecũditatis diuine ꝓcessus ¶ Eniuero 149
similẽ deũ si ita quispiã acceperit: vt totũ per oĩa sibi firmiter atqꝫ indiuidue eũdẽ/ atqꝫ cõ-
formẽ: aspernãda nõ erit similis in deo appellatio. Porro theologi eũ (qui est sup oĩa) deũ N
qua parte ipse est/ nemini similẽ esse aiunt. ipsum vero diuinã largiri similitudinẽ iis qui ad
ipsũ ꝯuertunt/ eũ imitãdo pro viribus qui supra diffinitionẽ omnẽ/ ac rationẽ est. Et est di-
uine similitudinis virtus: per quã que ꝓducunt oĩa/ ad autorẽ cõuertunt. Hec deniqꝫ deo
similia dicẽda sunt: et ad diuinã imaginẽ/ ac similitudinẽ ficta. nõ autẽ illis similis dicẽdus
est deus: quia neqꝫ homo est imagini sue similis. in iis nẽpe que sũt equalia: possũt et ipsa
sibi inuicẽ esse similia: et ad vtraqꝫ potest similitudo cõuerti/ vt sint inuicẽ ambo similia se-
cundũ pricipalẽ similis speciẽ. in causa vero atqꝫ causalibus: cõuersionẽ nequaqꝫ admitte-
mus. Nõ eni his solis aut illis vt sint similia donatũ est: sed oĩbus que similitudinẽ admit-
tunt/ vt similia sint deus autor est. Est aũt: ipsius quoqꝫ sue similitudinis opifex. et qđ est in
oĩbus simile: vestigio quodã diuine similitudinis simile est/ eorũqꝫ coniunctionẽ complet.
Dissimile. ¶ Et quid de hoc dicere oportet? ipsa nẽpe theologia ipsũ esse dissimilẽ ꝑdicat: ⁊ extra or- 150

dinē omniū: vt ab oibus alterū. et quod est pfecto mirabilius: nichil illi simile esse ait. Et
certe nō aduersaē istud pposite diuine similitudini. nam eadē deo et similia sunt/ et dissimi
lia. illud quidē quia pro viribus ei participat: qui nō potest participari. hoc autē quia cau=
salia autore suo multum inferiora sunt: et infinitis et non cōparandis mēsuris/ ab eo longe
151 absunt. ¶ Quid autem de diuino statu/ siue sessione dicemus? Quid? nisi q ipse in seipso Status.
deus manet in sua immobili identitate stabiliter fixus/ atq fundatus: secundū q eadem et
circa eadē eodemq modo operatur/ penitusq subsistit. nusq ex seipso migrādo/ et muta=
tione omni ac motu omnino carendo: istaq ineffabili modo. ipe enim est omniū status/ ac
sessionis autor: qui supra sessionē omnē/ ac statum est. et in ipso cōsistunt omnia: atq a bo=
152 norum suorū statu immota seruantur. ¶ Quid autē quando hunc procedere ad omnia/ Motus.
et moueri theologi dicunt/ qui est immobilis: nōne id quoq pie est intelligendū? Moue=
ri eni cum religiose putādum est: non per corruptionē/ aut immutationē/ aut variationem
seu successoriū/ localemue motū/ nō rectum/ non orbicularē/ non ex vtrisq constantē/ non
intelligibilem/ non animalem/ non naturalem: sed ex eo q ad substantiā perducat deus/ et
cuncta contineat/ et modis oibus omniū prouidentiā gerat/ assitq oibus: cuncta absolute
continens prouidētissimis suis (ad ea que sunt) processibus/ atq operationib⁹. Sed et mo= Motus dei rectus.
tus: imobilis dei digne et pie laudari con
ueniet. Ac rectum quidē intelligere opor
tet in deo/ indeflexibilē constātiam/ pro=
cessumq actionū nusq inclinātē/ et (que
ex eo prodit) omniū generationē. Porro Motus obliquus.
flexuosum pgressum: stabilē/ fecundūq
statū. Orbicularē vero: idētitatē/ et quod
cōtinet media atq extrema/ que ambiūt
atq ambiuntur/ et eoꝝ (que ab ipso pro=
153 cesserunt) ad ipsum conuersionem. ¶ Si Equalitas.
quis autē vel idētitatis in sacris litteris/
vel iustitie diuinā appellationem i equo
accipiat: dicēdū equū esse deū nō modo
vt indiuiduū et nullā in parte vergētē: sed
vt ad omnia et per omnia eque pergentē
atq vt ipsius/ ac per se equalitatis auto=
rem: per quā vt vniuersa per se inuicem
similiter permeent/ et vt participātia pro
cuiusq captu equa ratione participēt: et



eque pro meritis ad omnia diuina profluāt munera/ eque operatur. per id sane q equali=
tatem omnem intelligibilem/ spiritalem/ rationalem/ sensibilem/ substantialem/ naturalem
voluntariā: eximio et singulari modo in seipso ante cōprehenderit virtute illa sua superan
te omnia/ totius equalitatis autore

¶ Noni capitis scholia.

k ¶ Magnus itaq deus in sacris litteris predicaē. Ut pro sequētibus multa simul hic colli=
gamus: magnū/ paruum/ idem/ alterum/ simile/ dissimile/ stans/ sedēs/ mobile/ immobile/
equale/ inequale de deo sacre littere predicāt. Magnum. psalmus octagesimus quintus. Psalm⁹.85.
Quoniā magnus es tu/ et faciēs mirabilia: tu es deus solus. Et psalmus centesimus qua= Psal.146.
dragesimus sextus. Magnus dñs noster/ et magna virtus eius: et sapientie eius nō est nu
merus. Paruum/ siue in aura tenui. Tertius regum cap. decimo nono. Et ecce dñs trāsiit: 3.Regū.19.
et spiritus grandis/ et fortis subuertens montes et cōterens petras ante dominū. nō in spi
ritu dominus. et post spiritū commotio: non in cōmotione dominus. et post cōmotionem/
ignis: nō in igne dominus. Et post ignē sibilus aure tenuis: quod cū audiisset helias ope=
ruit vultum suū palio. et egressus stetit in hostio spelunce. Item et Esaias cap. nono. Par= Esaias.9.

uulus enim natus est nobis: et filius datus est nobis. et factus est principatus super hume=
rum eius: et vocabitur nomen eius admirabilis cōsiliarius/deus fortis/pater futuri seculi/
Psalm⁹.101 princeps pacis. Idem. psalmus centesimus primus. Tu autem idem ipse es et anni tui nō
1. ad Cori.12 deficient. Et Paulus prima ad corinthios epistola cap. duodecimo. Idem autē deus: qui
Joannes.14 operatur omnia in oibus. Alterum Joānes cap. decimo quarto. Et ego rogabo patrem:
et alium paracletum dabit vobis/ vt maneat vobiscū ineternum. Simile. Genesis cap. pri=
Genesis.1. mo. Et vidit deus ꝙ esset bonum et ait. faciamus hominē ad imaginem et similitudinē no=
stram: et presit piscibus maris/ et volatilibus celi/ vniuerseqꝫ terre/ omniqꝫ reptili quod mo
Psalm⁹.101 uetur in terra. et creauit deus hominē ad imaginē et similitudinē suam. Et psalmus cente=
simus primus. Similis factus sum pelycano: et factus sum sicut nycticorax in domicilio.
2. Parali.6. Dissimile. Secundus Paralipomenon cap. sexto. Non est similis tui deus in celo et in ter=
Esaias.40. ra. Et Esaias cap. quadragesimo. Cui ergo similem fecisti deum: aut quam imaginem po=
Psalm⁹.81. netis ei? Stans. psalmus octagesimus primus. Deus stetit in synagoga deorū: in medio
Psalm⁹.28. autem deos diiudicat. Sedens. psalmus vicesimus octauus. Dominus diluuiū inhabita=
re facit: et sedebit dominus rex ineternū. Mobile. psalmus quadragesimus nonus. Deus
Psalm⁹ 49. manifeste veniet/ dominus noster: et non silebit. Et psalmus decimus septimus. Inclina=
Psalm⁹.17. uit celos et descendit: et caligo sub pedibus eius. et ascendit super cherubin et volauit: vo
Sapiētie. 7. lauit super pennas ventorū. Et sapientie cap. septimo. Omnibus enī mobilibus mobilior
Malachias.3 est sapientia. attingit autē vbiqꝫ propter suam mundiciā. Immobile. Malachias cap. ter=
tio. Ego enim dn̄s: et non mutor. Et de equalitate et inequalitate in vltimo cap. preceden=
tis scholio dictum est.

Enimuero omniū causa pusillū est. Paruū in rerum principiis se declarat esse diuinum Quid enim in numeris vnitate minus esse potest: que nichilosecius omniū numeroꝝ tum diuiduorum/ tum indiuiduorū principium est. pares enim diuiduos: impares indiuiduos nuncupamus. Quid in habētibus molem puncto minutius est: et nichilominus magnitudinum principiū est. Itidem et instans temporū/ et momentū motuum/ et tonus superparticularium Phthongorū minimus: auditum suauiter feruentiū concentuū principiū. elementa/ elementorūqꝫ cōcretiones et contēperamenta/ ex quibus sensibiliū corporū deducūtur harmonie/ secundū nature minima fiunt: vel adeo vt nichil vsqꝫ accipere queas quātulumcūqꝫ pusillū sit/ quod nō nichil igneū/ aereum/ aqueumqꝫ/ et terreū non retineat. Et rerum omniū semina sigillo tamē omnipotētie mirifice impressa: parua sunt. Pusillū enim tritici granū per totam tēporis extensionē etiam si in immensum temporū series protraheretur similem relinquēdo sobolem nulla etiā successione desituram (quoad diuinū hoc vniuersum perseuerabit artificiū) suam insinuat potentiā/ et in paruo ꝓprietatē subesse diuinā. Et ipse mundi sator et saluator: nūc grano sinapis quod omniū leguminū minimū est/ regnum celorū: nūc seipsum paruo tritici grano cōparat. Et vt finē faciamus principia scientiarum parua sūt: ex quibus magnus cōclusionū (iis qui liberaliter instituti sūt) ampluscꝫ et dignus colligitur aceruus. Est ergo natura parui: merito diuina censenda. Et reuera et magni et parui eadem est diuinitas/ mensura eadem/ eademqꝫ veritas.

Ad hebre.4 Atqꝫ ptingat vsqꝫ ad diuisionē aīe et corpis. Alludit ad id diuini Pauli ad hebreos cap. M
quarto de sermone dei. Uiu⁹ est enī sermo dei et efficax/ et penetrabilior oī gladio ancipi=
ti: et pertingēs vsqꝫ ad diuisionē anime et spiritus/ cōpagum quoqꝫ ac medullarū/ et discre
tor cogitationū et intentionum cordis. et non est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius.
omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius.

Esaias.40. Porro theologi eū (qui est super omnia) deū. Id ex Esaia cap. quadragesimo in primo N
huius capitis scholio adductum est. Et rursus ex eodē cap. quadragesimo. Et cui assimila=
stis me et adequastis dicit sanctus. leuate in excelsum oculos vestros et videte quis creauit
hec: qui educit in numero miliciā eoꝝ/ et omnes ex noīe vocat pre multitudine fortitudinis
et roboris virtutisqꝫ eius: neqꝫ vnum reliquū fuit. deus sempiternus dn̄s qui creauit termī
nos terre et nō deficiet/ neqꝫ laborabit/ nec est inuestigatio sapientie eius. qui dat lasso vir=

tutem: et iis qui nō sunt fortitudinē/ ⁊ robur multiplicat. deficient pueri et laborabūt: et iu-
uenes in infirmitate cadent. qui autē sperant in domino: mutabūt fortitudinem/ assumen-
tes pennas sicut aquile. current ⁊ non laborabuut: ambulabunt et non deficient.
O ¶ Et quid de hoc dicere oportet: ipsa nempe theologia. Id in primo huius capitis scho-
lio dictum est.

¶ De omnipotente/ antiquo dierū: in quo et de seculo/ et de tempore. Cap. X.

154 t Empus iam admonet: vt preditum multis nominibus deū/ vt omnipotētem/ vt
P antiquū dierū celebremus. Eniuero omnipotēs dicit: ꝙ ipse sit (que potest oīa) Omnipotēs
omnium sedes/ omnia ꝯtinens/ atq; complectens/ ⁊ cuncta stabiliens/ fundans/
Q atq; cōstringens/ et hoc omne indisruptū/ atq; indissolutū in seipsa perficiēs. et ex se: veluti
ex omnipotēte radice/ cuncta producēs. atq; ad se: vt ad omnitenēs profundū/ vniuersa cō
uertens atq; cōseruans/ vt omniū sedes omnicapax. que cōtinentur oīa: vna cuncta excel-
lente virtute cōmuniens: neq; sinens ea ab se cadere. ne tanq; exactissimo domicilio mota
dispercant. Dicit autē omnipotēs summa illa diuinitas/ ⁊ vt omnia superās: et oībus (que
prouidētia regūtur) mere imperās. atq; vt oībus amabilis/ atq; desiderabilis perstans: et
immittēs oībus volūtarias leges/ dulcesq; partus diuini/ et omnipotētis/ ac tranquillissi-
R mi sue bonitatis amoris insinuās. ¶ Antiquus vero dierū deus predicat: ꝙ sit ipse omniū Antiquus
155 et seculū/ et tēpus/ et ante dies/ et ante seculū ac tēpus. Quis et tempus et diē et momētū/ dierum.
et seculū eum cōuenientissime appellare possimus: vt qui per omnē motum incōmutabilis
atq; immobilis sit. quiq; cum semp moueat: in seipso manet/ vt seculi et tēporis ac dierum
S autor. Quocirca et in sacris mysticarū visionū apparitionibus: ⁊ antiquus et nouus effin Iuuenis
gitur. seniore quidē antiquitatē eius que ab initio est: iuniore autē insenescibilitatē signā-
te ipsius. vtrisq; vero eū ab initio ad finē vsq; per cuncta procedere monstrantibus. siue (vt
diuinus noster institutor ait) vtroq; diuinā eminentiā subinsinuāte. seniore quidē eminen-
tiam tēporis: iuniore vero numeri prestabilitatē pre se ferente. vnū enim ⁊ que ab vno vici
156 nius pendēt: in longum progressis numeris/ et pricipaliora et prestabiliora sunt. ¶ Ope- Seculū siue eternitas
repreciū autē est vt reor: et seculi et tēporis naturā ex sacris litteris discere. non eni omnino
et absolute ingenita sunt/ ac vere eterna vbicūq; dicūtur eterna: sed incorruptibilia potius
T atq; immortalia et imutabilia/ et eodē modo sese habētia. sicuti cum dicit: eleuamini porte
eternales/ et similia. Sepe vero etiā antiquissima: seculi appellatione signantur. ⁊ tota rur-
sus interdū nostri fugacis tēporis series seculū appellatur. verū seculi proprietas est anti- Tempus
quum/ et imutabile/ et totū impartibiliter secundūq; totū esse metiens: tempus autē vocāt
V qd in generatiōe/ et corruptione/ et variabilitate/ ⁊ alias aliter se habet. Idcirco nos quoq;
quibus est hic diffinitū tempus: seculi fore participes theologia pollicet/ quādo incorrup-
X tibile et eodē modo semp habens attigerimus seculū. interdū vero et tēporale seculū scri
Y ptura cōcelebrat/ ⁊ seculare tempus. quāq; scimus magis apud eā et rectius que sunt/ seculi:
157 et que nascūtur/ temporis appellatione et dici et intelligi. ¶ Non itaq; simpliciter deo qui
ante secula est: coeterna putāda sunt que secularia seu eterna dicūtur. sed sacratissimis elo-
quiis tenaciter inherendo: secularia quidē ac tēporalia iuxta cognatos ac ꝓprios modos
intelligenda: media vero eoꝝ que sunt ⁊ que nascuntur queq; alicubi seculi alibi vero par-
ticipant tēporis. Eniuero deū et vt seculum ⁊ vt tēpus laudare cōuenit: quippe qui tēporis
totius ac seculi autor sit. et vt antiquum dierum: vt qui ante tempus/ et supra tempus sit/ et
Z momenta immutet et tempora. et ante item secula subsistat: quia et ante seculum et supra
seculum est. eiusq; regnum: regnum omnium seculorum Amen.

¶ Decimi capitis scholia.

P ¶ Euiuero omnipotēs dicit. Genesis cap. decimo septimo. Ego dn̄s omnipotēs: ambula Genesis.17.
coram me/ ⁊ esto perfectus. Et Exodus cap. decimo quito. Dominus quasi vir pugnator: Exodus.15.
omnipotēs nomen eius. Et operosum nimiū esset: velle adducere quotiens in sanctis elo-
quiis deus/ omnipotens appelletur.
Q ¶ Et hoc omne indisruptum/ atq; indissolutū in se ipsa perficiens. In seipsa/ in seipsa sede

Daniel.7. ¶Antiquus dierum deus predicatur. Daniel cap. septimo. Aspiciebam donec throni po R
siti sunt: et antiquus dierum sedit. vestimentum eius candidum quasi nix: et capilli capitis
eius/ quasi lana munda.
Daniel.7. ¶Et antiquus et nouus effingit. Antiquus ex Daniele cap. septimo nunc auditũ est. No= S
4. Esdre.2. uus autẽ/ et iuuenis ex Esdra libro quarto cap. secundo. Et in medio eorũ erat iuuenis sta=
tura celsus/ eminẽtior oĩbus illis: et singulis eorũ capitibus imponebat coronas/ et magis
exaltabat. ego autẽ miraculo tenebar. Et dixi angelo: ille iuuenis quis est/ qui eis coronas
imponit/ ⁊ palmas in manus tradit? Et respondens dixit michi. ipse est filius dei quẽ in se=
culo confessi sunt.
¶Non enĩ omnino et absolute ingenita sunt/ ac vere eterna/ vbicũqꝫ dicũtur eterna. Pro T
per se/ vere/ ⁊ absolute eterno interdũ sacre vtuntur littere: aliquãdo vero alio modo. Pro
Ad roma.16 vere et absolute eterno Paulus ad rhomanos cap. decimo sexto. Quod nũc patefactum
est per scripturas prophetarũ secundũ preceptũ eterni dei: ad obeditionem fidei in cũctis
gentibus cogniti/ soli sapienti deo per ihesũ christũ. Pro nõ vere et absolute eterno secun=
2. ad Tessa.1 da ad Tessalonicẽses epistola cap. primo. Qui penas dabũt in interitu eternas a facie dñi/
et gloria virtutis eius: cũ venerit glorificari in sãctis suis/ et ammirabilis fieri in omnibus
qui crediderunt.
¶Iccirco nos quoqꝫ quibus est diffinitum tempus: seculi fore participes theologia polli V
Lucas.20. cetur. Lucas cap. vicesimo. Illi vero qui digni habebuntur seculo illo et resurrectione ex
mortuis/ neqꝫ nubent/ neqꝫ ducent vxores/ neqꝫ vltra mori poterunt.
¶Interdũ vero et tẽporale seculũ scriptura cõcelebrat et seculare tẽpus. Paulus epistola X
Ad Titum.1 ad Titũ cap. primo. Et agnitionẽ veritatis que secũdũ pietatẽ est: in spem vite eterne. quã
promisit qui nõ mentitur deus ante tẽpora secularia. Hoc in loco certe tempora secularia:
Psalm⁹.80. secula sunt tẽporalia que principiũ/ finemqꝫ capiũt. Et psalmus octagesimus. Inimici dñi
mentiti sunt ei: ⁊ erit tempus eorũ in secula. Hoc in loco tẽpus seculare: seculũ/ euũqꝫ termi=
ni/ finisqꝫ mesciũ denotat. quo boni in vitã eternã perpetuo euo durabũt. mali vero in sup=
plicium/ et tormentũ interminũ. ⁊ tunc illis sua oberit immortalitas: qꝛ penis deficere/ mo=
riqꝫ non poterũt. Et tũc quoqꝫ immortalitatẽ mortalitatis forte cõmutari posse optabũt:
sed id nichil ipsis prodesse valebit. nodus enĩ indissolubilis sunt. nisi ipse mortaliũ/ imor=
taliumqꝫ pater nodum (quem ipse indissolubilem nexuit) solus dissoluat.
¶Quãqꝫ scimus magis apud eam/ et rectius. Eam/ eam sacram scripturam. Et supermun= Y
dana vocat que sunt: mundana vero/ et temporalia que gignuntur.
¶Et ante item secula subsistat. Deum ante secula subsistere/ et regnũ eius regnũ omnium Z
Psalm⁹.73. seculorum esse. Psalmus septuagesimus tertius. Deus autẽ rex noster ante secula: opera=
Psal.144. tus est salutem in medio terre. Et psalmus cẽtesimus quadragesimus quartus. Regnum
tuum regnũ omniũ seculorũ: et dominatio tua in omni generatione et generationem.

¶De pace/ et quid sibi vult in deo ipsum esse/ que sit ipsa vita/ que ipsa virtus/ et que hunc in modum dicuntur. Cap. XI.

Se itaqꝫ diuinã cõplectentẽqꝫ omnia pacem: pacificis efferamus laudibus. hec 158
Pax. a est enĩ que cuncta cõnectit/ concordiamqꝫ omniũ atqꝫ consensũ gignit et efficit: A
cuius rei gratia ipsam quoqꝫ desiderant omnia. vt que diuisibilem ipsorũ mul=
titudinẽ: ad totam cõuertit vnitatẽ. intestinũqꝫ mundane machine bellum (quo federe mi=
rabili cõgruat) efficit. Diuine participatione pacis: antiquiores vnientiũ virtutũ et ipse ad
seipsas/ et ad inuicẽ cõiungunt atqꝫ ad vnã omniũ principatũ gerẽtem pacem/ etiã et que
sibi subiecta sunt iungunt. ipsaqꝫ et ad se et ad inuicem: et ad vnũ atqꝫ perfectũ omniũ pa=
cis initiũ/ autoremqꝫ stringunt. hec non per partes cuncta perlustrans que diuisa sunt: ve=
luti vectibus quibusdã astringentibus conciliat/ finit/ terminat/ atqꝫ cõmunit. nec permit=
tit diuisa in infinitũ/ interminatũqꝫ diffundi: neqꝫ inordinata/ et sede carentia/ deoqꝫ desti=
tuta/ suiqꝫ egressa vnitatẽ/ inuicẽ confuse misceri. ¶De ipsa ergo (quicqd tandẽ illa est) di= 159
Joseph iust⁹ uina pace/ quiete/ et silentio (quam sãctus iustus ineloquibilitatẽ vocat/ et ad omnẽ nosci= B

bilem processum (imobilitatē) quo pacto quiescat/agatq; silentiū/ vtq; in se et intra se sit et
tota ad se totam eminenti ratione iungat̃/et neq; dum in se ingredit̃ seq; multiplicat: suam
liquit vnionē/sed et procedit ad omnia/tota intrinsecus manens per excellentiā cuncta su-
perātis vnionis: neq; dicere cuiq;/ neq; cogitare/ neq; fas est/ neq; possibile. Verū enim
istud quoq; vt neq; eloquibile/neq; noscibile ipsi applicantes cuncta sane transilienti: par-
ticipationes eius (que et intelligi/ et dici possunt: et id quoq; vt possibile est viris/ et nobis
160 potissimū qui multis bonis viris inferiores sumus) inspiciamus. ¶ Ac primū quidē id di-
cendum ꝙ ipsius per se pacis et vniuerse et particularis illa est autor: omniaq; ad inuicem
temperat/atq; cōmiscet iuxta inconfusam ipsorum vnionē. per quā absq; diuisione vlla/di-
stantiaq; cōiuncta: integra nichilominns in sua queq; specie durant. nichil aduersantium
admixtione turbata: neq; quicq; confederatricis illius diligentie ac puritatis offendentia.
vnā igit̃ quādā ac simplicem pacifice cōiunctionis intueamur naturā: sibi et eis atq; inuicē
161 cuncta iungentē/seruantēq; omnia: inconfuse continendo ea/et mera et incōmixta. ¶ Per
quam diuini spiritus suismet intelligētiis inserti: iis quoq; que intelligunt cōiungunt̃. rur-
susq; ad incognitam scandunt (eorū que menti supereminent) cōiunctionē. per quam ani-
me varias suas nectentes rationes/atq; ad vnā spiritalem puritatem congregantes proce
dunt: sibi congrua via atq; ordine per spiritalem/indiuiduāq; intelligentiā ad cōiunctionē
illam (que omnē intelligentiā superat) annitentes ob quā vna omniū/ indissolubilisq; con-
nexio: iuxta diuinā ipsius subsistit congruentiā. concentuq; mirabili et concordia perfecta
atq; consensu coaptat̃: dum et sine confusione colligit̃/ ⁊ sine diuisione atq; dissolutione cō
162 tinet̃. ¶ Nimirū/perfecte pacis integritas/ad ea que sunt omnia per simplicissimā ipsius ⁊
et meram vnifice vittutis presentiam penetrat: cōiungens omnia/et extremis extrema per
media connectens per vnam quidem cognatā amicitiā copulata. atq; vltimis quoq; mun-
dane machine molitionibus: vt se fruant̃ indulgens. cognataq; efficiens omnia: vnitatib⁹
identitatibus/insitionibus/collectionibus. quandoquidem diuina pax nulli diuisioni per-
stat obnoxia/et in vno indicat omnia/et per omnia pergit/et nusq; a propria identitate di-
scedit. sane ad cuncta ꝓcedit/suiq; participationē omnibus tradit pro singulorū modo: ac
pacifice copia fecunditatis exuberat/manetq; per vnionis excellentiā tota ad totam et per
163 totam seipsam supreme cōiuncta. ¶ Et quo pacto dixerit quispiam cuncta desiderant pa-
cem? quando plurima alteritate ac discretione gaudent: neq; sponte quiescere volunt. At-
qui si alteritatē ac discretionē qui sic loquit̃/cuiusq; rei proprietatē dicit (cum hanc et eoꝝ
que sunt: ne vnū quidē quod existens est vnq; perire velit) ne nos quidē id refragabimur:
verum idipsum quoq; pacis desideriū esse statuemus. amant eni omnia ad seipsa et habe-
re pacem/et esse coniuncta: atq; in eo esse statu vt a seipsis et a suis moueri/decidereq; non
possint. Eniuero perfecta illa ⁊ cuncta perficiens pax: mere atq; ipermixte per singula pro
prietatis custos/atq; seruatrix est/pacificis prouidentiis suis omnia seditione et cōfusione
vacua et ad seipsa et ad inuicem seruans/cunctaq; stabili et constante virtute ad propriam
ipsorum pacem atq; imobilem constantiā figens. Nempe eni si que mouent̃ omnia nō fe-
riari/ocioq; torpere sed operari semper pro eorum motu cupit: id ꝓfecto diuine omniū pa-
cis desideriū est. que oīa in seipsis ne possint cadere seruat: et cunctorū que mouentur pro-
prietatē/ac mobilē vitā (ne dimoueat̃/neue decidat) custodit. dumq; mouent̃ ad seipsa pa-
cem seruātia/et eodē modo semꝑ habentia: que sui sunt muneris peragunt. Ceterū si alte-
ritatem ex pacis prolapsione venientē dicat: asseratq; nō esse amabilē oībus pacem. Ma-
xime quidē nichil est: quod omni prorsus cōiunctione deciderit. quod eni penitus instabi-
le et infinitū ⁊ nusq; cōsistens/prorsusq; indiffinitum est: neq; ipsum est/neq; in iis que sunt
164 est. ¶ Verū si eos dicat pacē/pacisq; bona aduersari: qui litibus/et furoribus/et immuta-
tionibus atq; instabilitatibus gaudēt. Illi quoq; perexiguis quibusdā pacifici desiderij si-
mulachris detinētur: dum perturbationibus variis agūtur/quas imperite desiderāt siste-
re. et arbitrātur se pacē habere: si semꝑ fluentibus voluptatibus hauriēdis insistāt. pertur-
banturq; si eis (que seipsos obtinuere) frustrent̃. Quid vero de christi pacē profundēte cle

mentia dicemus: per quam discimus non vltra bellare neq; nobiscum/ neq; adinuicē/ neq;
aduersus angelos: sed cū ipsis potius diuina pro viribus agemus/ iuxta Jhesu prouiden
tiam. qui omnia in omnibus operatᷣ: facitq; pacem a seculo predestinatā. et nos sibi in spi=
ritu reconciliat: et per se/ ipsi quoq; cōciliat patri. De quibus excellētissimis donis in theo=
logicis informationibus satis disseruimus: astipulantibus assertioni nostre sacris eloqui=

Liber theologicarū/ institutionum. Quid ipsum esse. Ipsa vita. Ipsa sapiētia. Quid ipa/ atq; per se virtus/ et reliqua que ī huc modum dicūtur

is. ¶ Uerum enī quando alias quoq; me per epistolā rogasti: quid nam esse putarē ipsum 165
esse/ ipsam vitam/ ipsamq; sapientiā: dixistiq; te multū moueri q aliquando deum/ ipsā di=
xerim vitam/ aliquando vite ipsius autorē: operepreciū existimaui sancte vir dei: hac te de
nobis cōcepta hesitatione liberare. ac primū quidē vt que alias latius diximus: nūc quoq;
paucis repetamus. Non sibi aduersatᷣ deum ipsam virtutem/ ipsamq; vitā dicere/ et ipsius
vite seu pacis seu virtutis autorem. nam partim quidē ex iis que sunt/ et ex iis maxime que
primo sunt condita: vt omniū que sunt autor appellatᷣ. partim vt ipse qui super omnia etiā
primo cōdita/ supreme et supersubstātialiter est. Quid autē (inquies) ipsū esse/ aut ipsā vitā
dicim⁹: aut queq; absolute esse ac principaliter et ex deo prio subsistere ponimus: At istud
quidem curuū non est/ sed rectum. simplicemq; habet explanationē. neq; enī substantiam
aliquā diuinam seu angelicam esse dicimus ipsum atq; per se esse/ quod quidē causa est vt
sint que sunt omnia: verū ipsum quoq; esse quod supersubstantiale est/ initium/ et substan=
tia/ et causa est. neq; viuificam deitatem aliam preter supremā illam/ diuinamq; vitā omniū
que viuunt/ et ipsius quoq; vite causam. neq; (vt breuiter dixerim) dicendū est principales C
rerum conditrices essentias celestes/ atq; substantias (quas non defuerunt qui creaturarū
deos/ atq; opifices sibi protinus effingerent: et dicere auderent) quos vt vere/ proprieq; di=
xerimus/ neq; ipsi nouerunt (quippe qui non sunt) neq; patres eorū. Ceterū ipsum esse/ ip=
samq; vitam/ et ipsam deitatē dicimus: principaliter quidē ac diuine et secundū causā vnū
pricipia cuncta excellens/ et supersubstātiale principiū/ et causam: participabiliter vero vir
tutes illas prouidentissimas ex deo minime cōmunicabili prouenientes ipsam scilicet sub=
stantificationē/ ipsamq; viuificationē/ et ipsam per se deificentiā. quibus dum congruo sibi
modo creata participant: et existentia/ et viuentia/ et diuina et sunt et merito predicantᷣ/ et
eodem item modo alia. Quo circa etiā eorū que prima sunt: autor esse qui supreme bonus
est dicitur. Deinde ipsorū integre omniū: deinde ipsorū particulariū/ tū eorum que integre
ipsis plene q; participāt/ tum vero eorū que ipsis ex parte comunicabūt. ¶ Et quid me plu= 166
ra de his dicere necesse est: quandoquidē nō nulli ex nostris diuinis preceptoribus/ ipsius D
quoq; bonitatis ac deitatis autorem eū dicunt qui supreme bonus ac sūmus est deus: ipsā
bonitatē ac deitatē esse dicentes/ benificū illud atq; deificū ex deo proueniens donū/ ipsāq;
pulchritudinē pulchritudinis effectricē largitatē/ et totam pulchritudinē et particularē pul
chritudinē et omnino pulchra et in parte pulchra/ et queq; alia eodē modo dicta sūt/ atq; di
centᷣ: prouidentiasq; ac bonitates que a creaturis participantᷣ indicantia/ ex deo nequaq;
participabili profusione copiosa procedentes atq; emanantes. vt qui autor est omniū: vl=
tra omnia profecto sit. et qui omnē substantiam/ naturāq; transcendit: eis prorsus emineat/
que substantie ac nature quomodocunq; participant.

¶ Undecimi capitis scholia.

Ad ephe. 2.

¶ Age igitᷣ diuinā complectentēq; omnia pacem. Deū vt pacem celebrari ex beato Pau= A
lo ad Ephesios cap. secundo iam didicimus. Ipse est pax nostra. in vno nouo homine fa=
ciens pacē. et veniens euangelizauit pacē vobis qui longe fuistis: et pacem iis qui prope.

Actuum. 1.

¶ Quam sanctus iustus ineloquibilitatē vocat. Hic sanctus iustus est: de quo actuū apo= B
stolorū cap. primo legitᷣ. Et statuerunt duos: Joseph qui vocatᷣ Barsabas qui cognomi=
natus est iustus/ et Matthiā. et scriptis huius iusti caremus. et vtinā non tantū licuisset ho
sti nature: monumenta pietatis huius sancti viri et ceterorū piorum (qui illa etate: sicut
nouelle oliuarū in circuitu mense dñi floruerunt) valuisset extinguere.

Timeus platonis

¶ Neq; vt breuiter dixerim: dicendū est principales rerū cōditrices essentias celestes/ atq; C
substantias. Hoc in loco pius pater refutat gentilia quedā que in Timeo de creatione mū=

di inserta sũt.in quo introduci videnť pricipales rerũ essentie vt cõditrices: quas ita deoꝝ
opifex alloqui fingiť.tria adhuc genera mortaliũ nobis generãda restant:absq; hoꝝ gene=
ratione celũ imperfectũ erit.omnia eni animantiũ genera ambitu suo nõ continebit.conti=
neat autẽ oportet:si est mũdus omnino perfectus futurus.hec vero si a me fiant solo/ vitaq;
donenť:diis adequabunť.quapropter accedite vos secundũ naturã ad animaliũ genera=
tionẽ:ita vt vim imitemini meam/ qua in ortu vestro sum vsus.atq; eius quidẽ animalis qđ
in ipsis tale futurũ est vt cum imortalibus appellatione cõueniat/ diuinũq; vocetur/ princi=
patũq; teneat/ et iustitiã simul ac vos vltro colat:ego vobis semen et initiũ tradam.vos ce=
tera exsequi par est: vt imortali nature mortalem attexentes faciatis/ generetisq; animalia
subministrantesq; alimenta augeatis/ et consumpta rursũ recipiatis.eius filii cum paren=
tis ordinẽ cognouissent: eum protinus imitabanť.Jtaq; accepto ab illo mortalis animan=
tis imortali principio sui effectorẽ imitati:ignis/ aeris/ aque/ terre particulas (quas rursus
redderent) a mundo mutuabanť/ easq; inter se copulabant.haud iisdem illis indissolubili=
bus vinculis:quibus ipsi fuerant colligati.sed talibus que propter paruitatẽ cerni nõ pos=
sent: crebrisq; huiusmodi clauis cõiunctis/ vnũ ex oĩbus corpus efficiebant.Et hec et simi=
lia que gentiliũ (ne vanas fabulationes dicam) continent errorẽ: moliunť quasi ab iis (qui
a diis ipsis geniti) dicta fuissent confirmare. Priscis itaq; viris (inquiũt) hac in re credẽdũ
est: qui diis geniti vt ipsi dicebant parentes suos optime nouerant.impossibile sane: deorũ
filiis fidem non habere/ licet nec necessariis/ nec verisimilibus rationibus eorũ oratio cõ=
firmeť.quem passum gentilitatis stulticie plenũ beatus pater ridens: cõtra/ de diis opifici
bus ait: quos vt vere/ proprieq; dixerimus neq; ipsi nouerunt (quippe qui nõ sũt) neq; pa=
tres eoꝝ.Sed preter officiũ egisse merito fortasse arguemur/ qui ꝓphana sacris imiscueri
mus: verũ iccirco hic declaranť prophana/ vt a sacris arceanť/ et ne homines melioris vi=
te partes pia mẽtis sectantes religione: in hec non admoniti incidant/ tempusq; inani/ cas=
soq; studio conterãt.Et ꝙ prius dictũ est platonẽ posse ipune legi: de iis que eius sũt intel=
ligi volumꝰ.neq; eni Timeũ/ neq; Parmenidẽ/ neq; Cratylũ ex eiꝰ sentẽtia deprõpta esse
certũ est: sed stilũ/ verboꝝq; elegãtiã platonis esse.alioqn in plerisq; dialogis pleraq; iuue=
nies ipura/ a pia mẽte/ sacroq; ritu regenerata/ atq; expiata salubribꝰ vndis/ ꝓtinꝰ reiiciẽda.
D ¶ Quãdoquidẽ nõnulli ex nostris diuinis ꝓceptoribꝰ. Jd ꝓpť beatũ Hierotheũ dictũ est

¶ De sancto sanctorũ/ rege regũ/ dño dominorũ/ deo deorũ. Cap.XII.

167 Erum enim vero quoniã quecunq; de his dicenda erant/ congruũ (vt reor) finem
E v acceperunt: laudare iam cõuenit infinitis noĩbus preditum.et vt sanctũ sancto=
rum/ et regem regum/ et regnantẽ in seculũ et in eternũ et vltra/ et dominũ dño=
rum/ deumq; deorũ.Ac primo quidem dicendũ/ quid ipsam sanctitatẽ esse putemus: quid
regnum/ quid dominationẽ/ quidue deitatẽ/ et quid scriptura hac geminatione nominũ si=
gnificare velit.Jtaq; sãctitas quidẽ est vt secundũ nos loquamur: omni scelere libera per= Sanctitas
fectaq; ⁊ penitus incoinquinata mundicia.Porro regnũ est omnis termini/ et ornatus/ le= Regnum
gisq; et iuris/ ordinisq; distributio.Dominatio vero: non modo inter deteriores eminẽtia: Dominatio
verũ omnis quoq; honestorũ ac bonoꝝ perfecta possessio/ veraq; indemutabilis firmitas.
F vnde et a libera potestate dominandi facienda: et dominatio/ et dñs/ et dominãs diciť. At Deitas
deitas grece Theiotes itidem: ꝙ prospiciat cuncta prouidentia bonitateq; mirabili/ et cir=
cũ omnia currat/ cunctaq; contineat/ et se omnia repleat/ atq; vniuersa trãscendat que pro=
uidentia illius vtunť. Hec igitur in supereminente omnibus causa absolute laudanda sũt
appellandũq; illam excellentem sanctitatẽ et dominationẽ/ regnũq; supremũ/ et simplicis=
simã deitatẽ. Ex ipsa eni continuo ac repente exorta est et distributa omnis mera diligẽtia
totius sincere mũditie: omnis rerũ ordo/ lex/ atq; distinctio: incõcinitatẽ ⁊ iequalitatẽ atq;
incongruentiã eliminans/ et ad ordinatissimã idẽtitatẽ/ ac rectitudinẽ gestiens: et que ipsi=
us participationẽ promeruerunt circũagens.omnis perfecta/ bonoꝝq; omniũ exacta pos
sessio.omniũ benigna prouidentia inspectrix/ et omnia cõtinẽs que prouidenť: seipsam ad
168 eos qui cõuertunť in deũ assumẽdos clementer insinuãs. ¶ Quoniã vero exuberãter ple=

Sãctus sanctorum. nissimus est omniũ autor: per vnã excellentẽ cuncta excellentiã / sanctus sanctorũ predicat /
Rex regum. et reliqua similiter per exuberantissimã causã / precipuãq; eminentiã. ac si dicamus quantũ
Dñs dñorũ. excellunt iis que nõ sunt: ea que snnt sancta / aut diuina / aut dominãtia siue regnantia: quã
Deus deorũ. tumq; rursus participantibus eminent / participationes ipse: tantũ iis que sunt oĩbus / is
qui super omnia ẽ superior emicat / participantibusq; omnib⁹ atq; participationib⁹ ĩparti
cipalis autor. Sanctos autẽ et reges et dominos et deos scripture appellant: que in singu-
lis sunt magis principales distinctiones. per quas secunde atq; sequentes diuina percipi-
entes munera: distributionis illarũ simplicitatẽ circa suas multiplicant differentias. quarũ
prime varietatem: prouide / ac diuine ad suam colligunt vnitatem.

¶ Duodecimi capitis scholia.

¶ Et vt sanctũ sanctorum / et regem regũ / et regnantem in seculũ / et in eternũ et vltra / et do E
minũ dominorũ / deũq; deorũ. His excellentiis sũma diuinitas / que omnẽ excellentiã sup-
excellẽter superat: in sacris eloquiis celebrat / coliturq;. In primis vt sanctus sanctorũ: sũ-
Daniel. 9. mus deus celebrat. Daniel cap. nono. Angelus Danieli. Tu autẽ animaduerte sermonẽ
et intellige visionẽ. Septuaginta ebdomades abbreuiate sunt super populũ tuum et super
vrbem sanctã tuã / vt cõsũmet preuaricatio: et finẽ accipiat peccatũ / ⁊ deleatur iniquitas / et
adducat iustitia sempiterna. et impleat visio / et prophetia / et vngat sanctus sanctorũ. Et
quotiens in symbolis sanctus sanctorũ dicat in Exodo / Leuitico et aliis sacris libris lon-
1. ad Timo. 6 gum esset colligere. Rex regum. Paulus prima ad Timotheũ epistola cap. sexto. Preci-
pio tibi corã deo qui iustificat omnia / et christo iesu qui testimoniũ reddidit sub pontio pi-
lato bonã confessionẽ: vt serues mandatũ sine macula / irreprehensibile: vsq; in aduentum
dñi nostri Jesu Christi. quem suis temporibus ostendet: beatus / et solus potens / rex regũ /
Psal. 144. et dñs dominantiũ. Regnans in seculũ. Psalmus cẽtesimus quadragesimus quartus. Re
gnũ tuũ regnũ omniũ seculorũ: et dominatio tua in omni generatione et generationẽ. Et
Psal. 145. Psalmus centesimus quadragesimus quintus. Regnabit dñs in secula: deus tuus syon in
Exodus. 15. generatione et generationẽ. Regnans in eternũ et vltra. Exodus cap. decimo quinto. Sã
ctuariũ tuũ dñe: quod cõfirmauerũt manus tue. dñs regnabit in eternũ ⁊ vltra. Dñs dñorũ.
Psal. 135. Psalmus centesimus tricesimus quintus. Cõfitemini dño dominorũ: quoniã in eternũ mi
Psal. 49. sericordia eius. Deus deorũ. Psalmus quadragesimus nonus. Deus deorũ / dñs locutus
Psal. 135. est et vocauit terrã. Et Psalmus centesimus tricesimus quintus. Confitemini deo deorũ:
quoniã in eternũ misericordia eius.

¶ At deitas grece theiotes itidem: q; prospiciat cuncta prouidentia / bonitateq; mirabili: F
et circum omnia currat. Unde deitatẽ / siue diuinitatẽ greci theioteta dicunt a theoreo / aut
theio. et theoreo prospicio et contemplor: theio vero qđ et theo significat curro. Sed gre-
ca a grecis vlterius sunt requirenda.

¶ De perfecto et vno. Cap. XIII.

Sta et de his dicta sufficiãt. iam vero ad id quod est validissimũ (si placet) diffe- 169
i rendũ: pergamus. de autore sane omniũ scriptura diuina et omnia / ⁊ simul oĩa G
predicat. et vt perfectũ ipsum / et vt vnũ celebrat. perfectum quidẽ est non solũ H
Perfectum. vt in seipso et per se perfectum / et seorsum vniformiter per seipsum separatũ / totũq; per to-
tum perfectissimũ. verũ et vt perfectionẽ superans: ex eo q; supereminet oĩbus. omnẽq; ter
minat infinitatẽ: et supra omnẽ expandit finẽ / atq; a nullo capit seu cõprehendit. sed per-
tingit ad omnia simul / et super omnia: indeficientibus largitionibus ⁊ nunq; desinentibus
operationibus. Perfectũ item dicitur et vt incrementa non capiens / semperq; perfectũ / et
vt iminui nescium: quippe vt in seipso omnia antea excellenter habens / atq; exuberans se-
cundũ vnã indesinentẽ et eandẽ / plenissimãq; et nunq; iminubilẽ largitatẽ. per quã omnia
Unum. perfecta cõsũmat: suaq; perfectione replet. ¶ Unũ vero deus est: quia omnia vnice est se- 170
cundũ vnicam eminentiã vnitatis / omniũq; vnũ est causa nunq; egrediendo / discedẽdoq;
ab vno. nichil enĩ ex iis que sũt: vnius expers est. ceterũ vt numerus oĩs / est monadis par-
ticeps / ⁊ vna dualitas / vnaq; dicitur decas et dimidiũ vnũ / et tertium / ⁊ decimũ vnum: sic

omnia et omnis omniũ particula/ vnius est particeps. et quia est vnũ: sunt cũcta que sunt
subsistentia. Neqꝫ enī vnũ illud omniũ causa/ vnũ ex pluribus: sed ante vnũ omne/ omnēqꝫ
multitudinē/ vniusqꝫ omnis ac multitudinis diffinitiuũ. neqꝫ enī est multitudo/ que vnius
sit expers: sed id quidē quod plura partibus est/ vnũ est toto. et quod plura accidentibus:
vnũ subiecto est. quodqꝫ plura numero aut virtutibus: vnũ est et specie. et quod plura spe-
ciebus: vnum est genere. et quod plura processibus: vnũ principio est. nichilqꝫ est in rebus
quod non vnius aliqua ex parte sit particeps. eius scilicet quod singulare per omnia: om-
nia et tota/ omnia etiā aduersantia singulariter quoqꝫ coapprehēdit. et sine vno quidē mul
titudo non est: erit vero vnũ sine multitudine/ sicuti ⁊ monadem ante omnē multiplicatum
numerũ ponimus. Et si oībus omnia cōiuncta/ counitaqꝫ quis ponat: erunt oīa toto vnum
Et id preterea sciendum: ꝙ secundũ vniuscuiusqꝫ speciē ante aīo preconceptā/ coniuncta
esse dicunẗ que cōiuncta sunt. estqꝫ vnũ: omniũ veluti elementũ. Deniqꝫ si vnũ tollas: neqꝫ
totum erit/ neqꝫ pars aliqua/ neqꝫ aliud quicq̄ꝫ in rebus. Omnia enī in seipso vnũ vniformi
J ter preaccipit/ atqꝫ cōplectiẗ. ¶ Hac nempe ratione sacra eloquia diuinitatē totam vt om-
171 niũ causā: vnius appellatione concelebrant. et vnus deus ac pater/ ⁊ vnus dñs Jesus Chri
stus: et vnus atqꝫ idem spiritus per excellens totius diuine vnitatis indiuiduũ/ eminentēqꝫ
simplicitatē: in qua sunt omnia singulariter collecta/ atqꝫ cōiuncta et ante supersubstantia-
liter cōprehensa. Quocirca et omnia ad ipsā iuste referunẗ/ atqꝫ redigunẗ: a qua et ex qua
et per quam/ et in qua/ et ad quam omnia sunt/ et constituta sunt/ et permanent/ et continē-
tur/ ac implenẗ atqꝫ cōuertunẗ. Nichil deniqꝫ in iis que sunt inuenies quod non vno (secũ-
dum quod omnis diuinitas supersubstantialiter nominaẗ) sit id quod est et perficiaẗ/ atqꝫ
172 seruetur. ¶ Et expedit vt nos quoqꝫ a multis ad vnũ virtute diuine vnitatis conuersi: vni-
ce laudemus totam atqꝫ vnā deitatē/ vnũ/ omniũ causam. quod ante omne vnũ omnemqꝫ
multitudinē/ et partem/ et totũ/ et terminũ et indeterminationē/ finemqꝫ/ ⁊ infinitatē est: qđ
omnia que sunt/ ipsũqꝫ esse determinat. quod omniũ et totorũ omniũ simul/ et ante omnia
et super omnia singulariterqꝫ est causa: quod super ipsũ vnũ est/ ipsũqꝫ quod vnũ est termi-
nat. namqꝫ vnũ quod est: inter ea que sunt cōnumeraẗ. Porro numerus: substantie parti-
ceps est. vnũ vero illud supersubstātiale: et vnũ quod est/ et omnē numerũ terminat. ipsũqꝫ
est et vnius/ et numeri/ et que sunt omnium: principiũ/ et causa/ et numerus/ ⁊ ordo. Jdcir-
co et vnitatis ac trinitatis appellatione celebraẗ: que est super omnia deitas. neqꝫ vnitas/
neqꝫ trinitas aut a nobis aut a quouis alio cognita est. verũ vt et ineffabilē ipsius vnionem
⁊ diuinā fecunditatē celebremus: trinitatis atqꝫ vnitatis sacratissima appellatiōe omne no
men excedentē appellamus/ subsistentibusqꝫ supersubstantialē nominamus. Porro nulla
monas aut trinitas/ neqꝫ numerus/ neqꝫ vnum/ neqꝫ fecunditas/ neqꝫ aliud quicq̄ꝫ condi-
tum/ aut creature alicui cognitum: arcanũ illud (quod sermonē omnē et intelligentiā supe-
rat) sũme deitatis que super omnia altissime eminet/ aperit. neqꝫ nomen ipsius est/ neqꝫ ser-
173 mo: sed inaccessibilis emicat. ¶ Et ne ipsius quidē bonitatis quasi cōgruũ illi nomen offe-
rimus: sed affectu ac desiderio aliquid de ineffabili natura illa intelligendi ac dicendi/ reue-
rentie plenũ in primis illi nomen dedicamus: in quo tamen a theologis non dissentimus:
licet multum a rerũ veritate destituamur. Jdcirco ipsi quoqꝫ ascensum qui fit per negatio-
nes pretulerunt: vtpote animā a cognatis sibi auertentē/ et per omnes diuinas intelligen-
tias incedentē. a quibus excipiẗ longe quod super omne nomen est/ omnēqꝫ sermonē/ atqꝫ
174 scientiam: postremo autē omniũ ipsi cōiungentē/ quantũ ⁊ nobis illi iungi fas est. ¶ Jstas Pia ⁊ humi
nos intelligibiles diuinas appellationes congessimus: et vt potuimus explanare studui- lis beati pa-
mus. non modo non satis digne ac diligenter id munus exsecuti (id enī veraciter ⁊ de se an tris cōclusio.
geli diceret) neqꝫ quidē angelicas laudes assecuti/ quandoquidē extremis etiā angelis pre- ⁊ libri pora-
stantissimi theologi nostri sint inferiores. neqꝫ theologis ipsis/ aut ipsorũ philosophiā asse tio.
quentibus et consequentibus pares: verũ ne iis quidē qui nostri ordinis sunt accedētes/ il-
lis ipsis longe inferiores sumus. itaqꝫ siquidem rite ista diximus/ et pro modulo nostro di-
uinis explicādis noībus satis animo inuigilauimus: autori bonoꝝ omniũ res tanta acce-

pta referat. qui dedit primo vt diceremus: deinde vt bene diceremus. Sed et si quid a nobis omissum est ex iis que tantūdem valent: illud quoq; eisdē rationibus/ eisdēq; intelligētie modis supplere oportebit. Porro si hec aut minus recte/ aut minus plene diximus/ et a veritate seu in toto seu in parte deuiauimus: erit humanitatis tue corrigere nō spōte ignorantem: scientiāq; tradere discere cupienti/ atq; ferre opem nō satis neruorū habenti/ et curare nolentē egrotare. et alia quidē ex teipso inuenta/ alia vero ab aliis mutuata/ cuncta autem a sūmo bono accepta: transfundere in nos. Nec pigeat amicū fouere beneficio. Vides nempe vt nos quoq; nichil ex traditis nobis sacerdotalibus rationibus ītra nos ipsos cōtinuimus: sed integras illas/ atq; in nullo violatas et tibi & sanctis aliis viris tradidim⁹. faciemusq; id quoad et nos dicere sufficiemus: & ij quibus dicit idonei erunt ad audiendū/ in nullo traditionē violantes/ nisi forte ad intelligēdū aut eloquendū infirmiores erimus.
Significatiā theologia — Verū ista quidem vt deo placitum erit: explicabūt. Erit autē iste spiritaliū dei nominationum quantum ad susceptum opus pertinet finis: transibimus autem nunc deo duce ad significatiuam theologiam conscribendam.

¶ Decimi tertij capitis scholia

¶ De autore sane omniū scriptura diuina et oīa/ et simul oīa predicat. Et oīa seorsū predicat: quādo ex omniū noībus autorē omniū celebrat. vt cap. primo huius libri diuinorū nominū dictū est: in quo ex supremorū noībus/ infimorū et mediorum (per que reliqua non expressa intelligunt) omniū autor celebrat. simul autē atq; collecte ipsū omnia esse predicat: B
Ad ephe. 1. — vt cum diuinus Paulus epistola ad Ephesios cap. primo ait. Et que sit supereminēs magnitudo virtutis eius in nos: qui credimus secundū operationē potentie virtutis eius. quā operatus est in Christo suscitans illum a mortuis/ & constituens ad dexterā suam in celestibus/ supra omnē principatū et potestatē/ et virtutē/ et dominationē: et omne nomen quod nominat non solum in hoc seculo sed etiā in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: et ipsum dedit caput super omnē ecclesiā/ que est corpus ipsius/ et plenitudo eius: qui omnia
Ad collo. 3. — in oībus adimplet. Et ad Colossēses cap. tertio. Nolite mentiri inuicē/ expoliantes vos veterem hominē cū actibus suis: et induentes nouū eū qui renouat in agnitionē dei/ secūdū imaginē eius qui creauit eū. vbi non est gentilis et iudeus/ circuncisio et preputiū/ barbar⁹ et scitha/ seruus et liber/ sed omnia/ et in oībus Christus.

¶ Perfectū quidē est/ non solū vt in seipso et per se perfectū. Perfectus merito dicit deus: D
Mattheus. 5 — qui omniū perfectio est/ atq; superperfectus. Mattheus cap. quinto. Estote ergo vos perfecti: sicut et pater vester celestis perfectus est.

¶ Hac nēpe ratione sacra eloquia diuinitatē totam/ vt omniū causam vnius appellatio- E
Ad ephe. 4. — ne concelebrat. Paulus ad ephesios cap. quarto. Vnū corpus/ et vnus spiritus sicuti vocati estis in vna spe vocationis vestre. vnus dn̄s/ vna fides/ vnū baptisma. vnus deus et pater omniū: qui super omnes et per omnia et in oībus nobis. Et prima ad Corinthios epi-
1. ad Cori. 8. — stola cap. octauo. Et vnus dn̄s Jhesus: per quē omnia/ et nos per ipsum.

¶ Diuini Dionysij Areopagite libri de diuinis noībus cū dei gratiarū actione et suorū sāctorū noīm semper bn̄dictiōe
Finis.

1541

¶Diuini Dionyſii Areopagite Athenienſium Epiſcopi et Galliarum apoſtoli ad Ti-
motheum Epheſiuum epiſcopum de myſtica theologia liber.

¶Compreſbytero timotheo Dionyſius preſbyter: quenam ſit diuina caligo. Cap.I.

1 Rinitas ſuperſubſtantialis deitate ac bonitate ſuperior/ diuine Chri-
ſtianorū ſapiētie preſul: dirige nos ad myſticorū eloquiorū ſupreme
A incognitū ⁊ luciđiſſimū/ atq; eminentiſſimū verticem. vbi ſimplicia et
t abſoluta atq; inuertibilia theologie myſteria ſecundū ſuperlumino-
ſam ſilentii in occulto docenti/ ſuperliquidiſſimāq; caliginē ſunt ado
perta: in dēſiſſimis tenebris eū qui plus excellētiſſime ſplendet ſuper-
illuſcentē ⁊ in refugiēte omnino tactū atq; inuiſibili/ honeſtiſſimis ful-
2 goribus/ ⁊ pluſq; pulchris excellēter implentē vacuos oculis ſpiritus. ¶Hec interim pau-
cis orauerim: tu vero timothee chariſſime intentiſſima cōtuendis ſpectaculis myſticis ex-
ercitatione: et ſenſus linque et intellectuales operationes/ et ſenſibilia et intelligibilia oīa/
et que non ſunt/ et que ſunt oīa. et vt illi iungaris qui ſup omnē ſubſtantiā/ omnēq; ſcientiā
eſt: ignote pro viribus teipſum intēde. eniuero abs teipſo atq; ab oībus libere/ ⁊ abſolute/
ac pure excedēdo: ad ſuperſubſtātialē diuine caliginis radium ſublatis omibus/ ⁊ abſolu-
3 tus ex oībus euolabis. ¶Hec autē caue: ne quis imperitus ac rudis exaudiat. eos autē ſic
appellauerim: qui viſibilibꝰ affixi/ nichil ſupra ea que obtutibus ac ſenſibus patent ſuper-
B ſubſtātialiter eſſe arbitrātur. putantq; ſcientia ſua illū aſſequi: qui poſuit tenebras latibulū
ſuū. Si vero eos qui ſunt huiuſmodi longe ſupereminent diuinorū myſteriorū notiones:
quid de illis dicemus qui lōge imperitiores/ ſupremā illā omniū cauſam ex infimis quoq;
creaturis effingūt: nichilq; hāc excellere fictis ab ſe impiis/ variiſq; ſcultilibus autumāt:
cum debuerint potius ipſi omniū cauſe/ omnes etiā rerū applicare atq; affirmare poſitio-
nes: rectiuſq; de ea illas omnes (vt que ſuper omnia ſit) negare. neq; arbitrari negationes
aduerſari affirmationibus: ſed longe prius ipſam ſupra priuationes eſſe/ que ſup omnē et
4 ablationē et poſitionē eſt. ¶Sic itaq; diuinus bartholomeus ait: et plurimā theologiam Diuinus bartholomeus.
C eſſe et minimā/ euangeliūq; et latum et magnū/ rurſuſq; cōciſum. Michi quidē illud miri-
fice intellexiſſe videtur: quia et plurimis verbis exprimit̃ bona omniū cauſa ⁊ breuibus ſi-
mul et nullis. vt que neq; verbum/ neq; intelligentiā admittat: ꝙ oībus ſuperſubſtātialiter
et excellēter emineat. ſoliſq; illis amoto velamine veraciter luceat: qui impura oīa et pura
tranſiliūt/ omnēq; omniū ſanctarū ſummitatū aſcēſum tranſcēdunt. cunctaq; diuina lumi
D na/ et ſonos/ ſermoneſq; celeſtes deſerētes/ caliginē ſubeūt: vbi veraciter ille eſt (vt ſcriptu
5 ra ait) qui ſupra oīa eſt. ¶Neq; eni ab re diuinus Moſes primū vt mundet̃ admonet̃/ et
E rurſus vt ab iis qui nō ſunt huiuſmodi ſeparet̃: et poſt omnē illā expiationē buc·inaꝝ clan
gores varios exaudit/ cernitq; lumina plurima/ plures atq; multifidos vibrantia radios.
mox vero ſegregat̃ a vulgaribus turbis: et cū electis ſacerdotibus ad ſummitatē aſcenſio
num diuinarū cōtendit. ibiq; nō ipſi cōgredit̃ deo/ neq; ipſū cernit (eſt eni inuiſibilis deus)
ſed locū vbi ſtetit. hoc autē reor inſinuat auguſtiſſima quelibet et ſuprema viſibilium atq;
intelligibiliū: rationes cōgruas/ ac ſigna quedā eſſe eorū que ſubiecta ſunt oīa tranſcēden
ti deo. per que: ipſius preſentia omnē intelligentiā ſuperans/ demōſtratur ſupra ſpiritales
ſanctiſſimoꝝ ipſius locorū ſummitates ſupergreſſa. Tum vero ipſa quoq; viſibilia atq; in-
tellectualia cōtemplator linquēs/ ingredit̃ ignorationis myſticā ꝑfecto caligiuem: in qua
omnia ſciētie et cognitionis preſidia terminās/ totus in eo fit (qui tactum penitus/ viſumq;
refugit/ tranſcenditq; omnia et qui nullius eſt/ neq; ſuimet/ neq; alterius) penitus autem
ignoto/ ſciētie omnis et cognitionis vacatione/ preſtantiore modo cōiunctus. et eo quoq;
ipſo ꝙ nichil cognoſcit: ſupra ſenſum/ mentemq; cognoſcens.

¶Primi capitis myſtice theologie ſcholia.

A ¶Secundū ſuperluminoſam ſilentij in occulto docētis/ ſuperliquidiſſimāq; caliginē ſunt
adoperta. De diuino ſilētio nō per priuationē et defectū dicto/ ſed per arcanorū ineloqui-
bilē manifeſtationē: ita vt ea que iam ſupviſum/ mentē/ et verbū videtur maneant ineffabi

Apocalyp. 8 lia. Apocalypsis cap. octauo. Et cũ aperuisset sigillum septimũ: factũ est silentiũ in celo. Et
2. ad Cori. 12 vidit diuinus Paulus ad sacrum celeste silentiũ raptus arcana verba: que nõ est amplius
potestatis viri eloqui. De caligine vero que superlucida / superimmẽsa / et inaccessibilis lux
est / improportionaliter omnẽ et rationalẽ / et intellectualẽ oculũ superexcedens: vt linea in-
Psalm⁹. 96 finita punctũ. Psalmus nonagesim⁹ sextus. Nubes ꝛ caligo in circuitu ei⁹: iustitia et iudi-
ciũ correctio sedis ei⁹. Et de illa superlucẽte caligine / ꝛ illuminãtibus tenebris symbolũ ha
Exodi. 14. betur Exodi cap. decimo quarto. Et erat inquit nubes tenebrosa: et illuminãs noctem. B
Psalm⁹. 17. ¶ Putantqꝫ sciẽtia sua illũ assequi qui posuit tenebras latibulũ suum. Psalmus decimus
septimus. Et ascendit sup Cherubin et volauit: volauit super pennas ventorum. et posuit
2. Regũ. 22. tenebras latibulum suum. Et secundus regum cap. vicesimo secundo. Posuit tenebras in
circuitu suo latibulum: cribans aquas de nubibus celorum. C
¶ Sic itaqꝫ diuinus Bartholomeus ait et plurimã theologiã esse et minimã. Hic diuinus
Actuum. 1. Bartholomeus est: de quo actuũ apostolorũ cap. primo legit. Et cũ introissent in cenacu-
lum ascenderunt vbi manebat Petrus / et Joannes / et Jacobus / et Andreas / Philippus /
et Thomas / Bartholomeus / et Mattheus. Et que vir iste diuinus / vnctusqꝫ dei aposto-
lus / angelorum vt memoria proditum est familiaris collocutor: diuina litterarum monu-
menta scripta reliquerit / ad nostrorum temporum cognitionem non peruenerunt. Jhesu
superna bonitas det: vt ne omnino perierint. D
Ad ephe. 4. ¶ Ut scriptura ait qui supra omnia est. Paulus ad Ephesios cap. quarto. Unus deus et
pater omnium qui super omnes. E
Exodi. 19 ¶ Neqꝫ enim ab re diuinus Moses. Exodi cap. decimo nono legit. Quo pacto deus qui
in caligine descẽsurus erat preceperit populũ sanctificari et lauari in quo intelligere prom-
ptum est vt Moses ad caliginem itidem lotus cum electis sacerdotibus vno quidem / aut
pluribus (nam cum Aaron legitur) cõscẽderit. Et de buccine clangoribus / ꝛ variis lumini
bus illic ammonemur. Exodus autẽ nunc sic habet. Jam nũc veniam ad te in caligine nu-
bis: vt audiat me populus loquentẽ ad te / et credat tibi in perpetuũ. Uade ad populum et
sanctifica illos hodie et cras: lauentqꝫ vestimẽta sua / ꝛ sint parati in diẽ tertium. in die enim
tertio descendet dominus coram omni plebe super montem sinai. descenditqꝫ Moises de
monte ad populũ: et sanctificauit eum. Jamqꝫ aduenerat dies tertius / ꝛ mane inclaruerat.
et ecce ceperũt audiri tonitrua / ac micare fulgura / et nubes densissima operire montẽ. clan
gorqꝫ buccine vehemẽtius perstrepebat: et timuit populus qui erat in castris. cumqꝫ edu-
xisset eos Moises in occursum de loco castrorum: steterunt ad radices montis. totus autem
mons sinay fumabat: eo ꝙ descendisset dominus sup eum in igne / et ascenderet fumus ex
eo quasi de fornace. eratqꝫ omnis mõs terribilis: et sonitus buccine paulatim crescebat in
maius / et prolixius tendebat. descẽditqꝫ dñs sup montẽ sinai in ipso mõtis vertice: et voca
uit Moisem in cacumen eius. cui ait dñs / vade descende: ascendesqꝫ tu et Aaron tecũ. Et
Exodus. 20. cap. vicesimo. Cũctus autẽ populus videbat voces et lãpades / et sonitũ buccine / montẽqꝫ
fumantẽ: et perterriti / et pauore cõcussi steterunt procul dicẽtes Moisi: loquere tu nobis
et audiemus. nõ loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait Moises ad populum: no
lite timere. vt enim probaret vos: venit deus. et vt terror illius esset in vobis: et nõ peccare-
tis. stetitqꝫ populus de longe: Moises autẽ accessit ad caliginem in qua erat deus.

¶ Quomodo oportet et cõiungi / et laudes referre autori omniũ cũcta excellẽti. Cap. II. 6

D hanc nos perlucidam / liquidissimãqꝫ caliginem admitti oramus: ꝛ per visus /
a scientieqꝫ priuationẽ videre / ac scire eum qui aspectum omnẽ / scientiãqꝫ trãscen-
dit. et hoc ipsum non videre / et nõ scire: est veraciter videre ac scire / et eum etiam
qui substantia superior est supersubstantialiter ex omnium que sunt ablatione celebrare.
Manuductio ex sculptili. veluti qui natiuã effigiem ex quauis materia faciunt / omnia tollentes que impedire pos-
sint liquidum latentis decoris intuitũ: ipsamqꝫ in seipsa pulchritudinẽ occultam sola subla F
tione pandẽtes. Oportet autem vt reor ablationes contra / ac positiones collaudare: illas
enim a primis inchoantes / et per media ad extrema descendentes ponebamus: hic autem

ab extremis ad prima gradibus factis ascendẽtes/ oĩa tollimus: vt ignoratione illã velamine amoto noscamus/ que a noscibilibus cũctis in iis que sũt oibus operta mõstrat/ supersubstantialeq; caliginẽ illam intueamur: que ab omni in substãtiis emicante luce occultat.

¶ Secundi capitis scholia.

f ¶ Illas eni a primis inchoantes. Illas/ illas positiones. ⁊ in pmo capite diuinoꝝ nominũ hunc beatus pater posuit ordinem. incepit ab ente siue qui est/ nomine dei: subinde adiungens vitam/ lucem/ deum/ veritatẽ in hec finiens sol/ stella/ ignis/ aqua/ spiritus roris/ nubes/ petra. In negatiua autem theologia: ablationes a nouissimis/ infimisq; rebus incipimus. et cur ponendo et auferendo diuerso procedamus modo: causam post modũ dicturus est/ cap. tertio huius numero 9.

¶ Quenam in theologia sint affirmantia/ que negantia. Cap. III.

7 Taq; in eo quidem opere quod de theologicis institutionibus scripsimus: que — Liber theologicarũ institutionum.
i sint affirmãtis theologie in primis ꝓpria celebrauim⁹ quomodo diuina illa benignissimaq; natura: vnica/ quomodo item trina dicit. que nam secundũ hãc sit patris/ quenam filij appellatio: quid itaq; istud est/ aut quid significare vult sancti spiritus
6 theologia. quo pacto ex spiritali/ indiuiduoq; bono in cordis intimo/ bonitatis exorta sunt lumina. quo item modo in ipso et in seipsis atq; inuicẽ coeterna mansiones germinatione permanẽt/ nusq; ab se excedẽdo persistũt. quomodo supersubstãtialis Jhesus humane na
h ture veritatẽ/ substantiãq; suscepit. ⁊ queq; alia a sacris litteris exposita: in memorato ope
I re celebrata sunt. Porro in libro de diuinis nominib⁹ quomõ bonus appellet: quomodo ens/ quomodo vita/ et sapiẽtia/ et virtus/ et istiusmodi cetera ad spiritalẽ diuinãq; appellationem pertinẽtia: diximus. in significatiua autẽ theologia/ quenã sint a sensibilibus ad diuina deducte appellationes: que forme diuine/ quenam diuine figure/ que mẽbra et instrumenta/ que diuina loca/ qui ornatus/ qui furores. que tristitie/ et ire/ quenã ebrietates ⁊ crapule/ que iuramenta/ et que maledictiones/ qui somni et que euigilationes. et si que alie si — Significatiua theologia.
k gnificatis figurationis: sacratius ficte formationes exprimunt. ¶ Et te arbitror deprehen
8 disse: vt sint extrema ꝓlixiora prioribus. oportebat eni theologicas institutiones/ diuinorumq; explicationẽ nominũ minus habere verboꝝ/ breuitatiq; studere magis: q̃ significatiuam theologiã. Nam quãto ad altiora cõtendimus: tantũ ipso cõtuitu intelligibiliũ/ verba contrahi necesse est. Queadmodũ nunc quoq; caliginẽ illã subeũtibus (que omnẽ intelligentiam superat) non breuitas/ sed defectus omnino sermonis/ atq; intelligẽtie occurret.
l atq; illic quidẽ a supremo ad infima deriuans oratio: pro quãtitate descensus/ ad congruã latitudinẽ extendebat. nũc vero ab inferioribus ad id quod supremũ eminet cõscendens: pro modo ascensus breuiat. et post ascensum omnẽ/ omnino obmutescet: atq; ineloquibili
9 illi tota iunget. ¶ Sed fortassis inquiras/ cur a primo positiones diuinas ichoare pergentes: diuinã ablationẽ ab extremis inchoamus? Ob id scilicet q; cum id ponamus quod super omnẽ positionẽ est: eius rei significantẽ affirmationẽ oportuit ponere/ que sibi propinquior sit. cum vero id tollimus/ quod omni ablationi eminet: ab iis que magis ab eo distãt auferre. An vero non magis est vita et bonitas: q̃ aer et lapis? et magis nõ crapulat et nõ furit: q̃ non dicitur et non intelligitur?

¶ Tertij capitis scholia.

6 ¶ Quo pacto ex spiritali/ indiuiduoq; bono. Psalmus quadragesimus quartus. Eructauit cor meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Joãnes cap. decimo quinto. Cum autẽ venerit paracletus/ quẽ ego mittã vobis a patre spiritũ veritatis qui a patre ꝓcedit: ille testimonũ perhibebit de me. Ecce a summo bono/ summoq; patre exorta leguntur ineffabilis diuinitatis lumina. Et de mãsionibus coeternarũ germinationũ in inuicẽ. Joãnes cap. decimo quarto. Nõ creditis quia ego in patre et pater in me est? alioquin ꝓpter opera credite. et ego rogabo patrẽ: et aliũ paracletũ dabit vobis (vt maneat vobiscũ in eternũ) spiritum veritatis/ quem mundus non potest accipere. quia non videt eum: nec scit eum. in illo die cognoscetis: quia ego sum in patre meo: et vos in me et ego in vobis. — Psalm⁹. 44. Joannes. 15. Joãnes. 14.

¶ In memorato opere celebrata sunt. In memorato opere/in libro hypotyposeon. vnde H
et hic deprehensu ꝙ facillimū est: ꝙ sacrata/ ⁊ omnium scitu dignissima: illic discutiebãtur.
et quanta diuinarum opum sapientia: illo cum sacro opere periclitata est.
¶ Porro in libro de diuinis noibus. De bono in libro de diuinis nominibus cap. quarto. I
De ente cap. quinto. De vita cap. sexto. De sapientia. cap septimo. De virtute cap. octauo.
¶ Et te arbitror deprehẽdisse vt sint extrema plixiora prioribus. Priora vocat librū theo K
logicarū informationū/ institutionūq;. Posteriora vero/ significatiuã theologiã. quo ex lo
co conijcere potes: grande et propensum opus fuisse diuinam illã significatiuã theologiã.
¶ Atq; illic quidẽ a supremo. Illic/ in significatiua theologia. L
¶ Quod nil sensibilium est: qui sensibilis omnis eminenter est autor. Cap. IIII.

Dicimus itaq; vt omniū causa sup cūcta cum sit: neq; sine substãtia/ neq; sine vita M
D est/ neq; ratione: neq; mente caret/ neq; corpus est/ neq; figura/ neq; species. neq;
qualitatẽ/ aut quantitatẽ/ aut molem habet: neq; in loco est/ neq; cernit̃/ neq; ta=
ctum sensibilẽ habet: neq; sentit/ neq; sensibilis est/ neq; temeritati et perturbationi est ob=
noxia a carnalibus agitata passionibus: neq; inualida est sensibilibꝰ subiecta casibus/ neq;
indiga luminis est/ neq; immutationem aut corruptionem seu diuisionẽ siue fluxum admit
tit: neq; aliud quicquam sensibilium/ aut est/ aut habet.

¶ Quarti capitis scholia.

¶ Dicimus itaq; vt omniū causa sup omnia cum sit. In sacro diuinorū nominū opere pro M
maiori parte beatissimus pater/ per positiones et theologiã affirmatiuã: deū pie contẽpla=
ri et laudare docuit. idem quoq; hoc in loco per ablationes/ ⁊ theologiã negatiuã facit. Et
ab vltimis remouet/ sensimq; ad summa auferendo perducit. vbi cognoscere operepreciū
est diuinas/ excellẽtesq; negationes: excellẽtibus/ absolutisq; affirmationibꝰ oppositas nõ
esse. verū in ipso quod sup oĩa eminenter collocatū est: simplicissimo/ absolutoq; bono: ne=
gationes affirmationibus cõspirãt/ atq; coincidũt. Et ad hãc diuine philosophie pietatẽ:
dialecticoꝝ affirmationes et negationes: que inter se opposite sunt/ repugnantiãq; admit=
tunt/ locum nõ habent. verū potius illi diuine et supermūdane sapiẽtie officiunt plurimū/
impedimẽtoq; sunt. Et cui nox clarior die nõ apparuerit: nõdū est ad huius sacre philoso=
Psalmꝰ. 138 phie vestibula admissus. Et nox inquit illuminatio mea in delicijs meis. Et diuinis atq; su
pramūdane ĩstitutis viris: negatiua theologia securior/ ⁊ amenior ad deū laudãdū est via.
⁊ remissius ꝯstrictiusq;: atq; angustius per affirmationẽ se ĩtelligũt/ deū ⁊ cognoscere ⁊ lau
dare. humane vero ĩstitutis affirmatiua securior ⁊ delectabilior est semita/ vt qui in negati
ua ad excellẽtiã nõ surgãt: sed recidãt ad suarū et vsitatiorū (vt ita dicam) negationū defe=
ctus. Proinde nõ defuerũt qui cum hec duo vltima sacrati patris capita perlegissent ex hu
mana ⁊ casui semp prona fragilitate auderent sacratissimū patrẽ ad diuinã caliginẽ (longe
melius ꝙ Moses) admissum/ ad quã diuine negationes ducunt impietatis verbis incesse=
re/ insimulare/ insectari ignorãtes se blasphemū os in celū ponere. Sed pia mens nichil ta
le audeat. Verū ante oĩa eum suppliciter oret cui nox sicut dies illuminabitur: cuius tene
Psalmꝰ. 138 bre sicut et lumẽ eiꝰ/ vt suis diuinis amminiculis eū adiuuet/ quo possit ad eius incõprehẽ
sibilitatẽ laudandã accedere. neq; putauerit vnꝙ se satis vna vocula ipsum qui innomina=
bilis est posse nomiare: et vno mẽtis cõceptu/ vna ratione/ vna affirmãte positione se posse
eum qui incõprehensibilis est cõprehẽdere. tantū eni abest ꝙ vt queat punctū infinitam li=
neam mẽsurare. est eni suprema illa immensitas (vt diuinus Paulus nos ad diuinas nega
Ad ephe. 1. tiones eleuat) supra omne nomẽ quod nominat̃/ nõ solum in hoc seculo: sed etiã in futuro.
vides igit̃ quo pacto magnus ille Paulus omne nomẽ nomiabile: et in hoc/ et in altero se=
culo: de summo illo bono omnẽ mentẽ/ omneq; verbū trãscendẽte (quod et idẽ incõprehẽ=
Diuinꝰ igna sibili benignitate ad nostra descẽdit: in mūdo visum/ conuersatū/ pro hominū salute homo
tius epl'a. 1. factū) paucis auffert. Diuinus ille Paulus de quo deo dignus Ignatius. Possū iquit in=
telligere celestia/ angeloꝝ scilicet atq; archangeloꝝ ordines/ principatuū diuersitates/ vir
tutum et dominationū differẽtias/ thronorū atq; potestatū distãtias/ eternorū magnificen

tias/Cherubin et Seraphin excellẽtis ſpiritus ſublimitatẽ/domini regnũ/⁊ ſuper hec oĩa omnitenẽtis dei incõparabilitatẽ.hec igiꝝ ego cognoſcẽs:nõ omnino perfectus aut diſcipulus eſſe poſſum:qualis Paulus autẽ Petrus.hec ergo ſacroſancta negatiua theologia ſacre ignorationis dux(que ſciẽtias ſupereminet oẽs)nõ maledictis laceſſẽda eſt:ſed ſummopere venerãda.vt que ꝓpinquius perducit ad eũ qui vbiqꝫ et nuſqꝫ eſt:et qui in oĩbus/ et in nullis cognoſci gaudet / in omnibus cognitus omniũ notorum notiſſimus / pariter et ignotorum ignotiſſimus.

11 ❡Quod nil intelligibiliũ eſt:qui intelligibilis oĩs rei autor eſt. Cap.V.

Urſus autẽ aſcẽdẽtes dicimus:vt neqꝫ anima eſt/neqꝫ ſenſus: neqꝫ imaginatio-
r nẽ/aut opinionẽ/aut rationẽ/aut itelligẽtiã habet.neqꝫ ratio eſt/ neqꝫ itelligẽtia / neqꝫ diciꝝ/neqꝫ intelligiꝝ:neqꝫ numerus eſt/neqꝫ multitudo/neqꝫ ordo/ neqꝫ magnitudo/ neqꝫ paruitas/neqꝫ equalitas/neqꝫ ſimilitudo/neqꝫ diſſimilitudo:neqꝫ ſtat/neqꝫ moueꝝ.neqꝫ agit quietẽ:neqꝫ virtutẽ habet/neqꝫ virtus eſt:neqꝫ lux eſt.neqꝫ viuit/neqꝫ vita eſt.neqꝫ ſubſtãtia eſt/neqꝫ ſeculum/neqꝫ tẽpus:neqꝫ tactus eſt ipſius ſpiritalis/ neqꝫ ſcientia/neqꝫ veritas eſt.neqꝫ regnum/neqꝫ ſapiẽtia/neqꝫ vnum/neqꝫ vnitas/neqꝫ deitas aut
N bonitas:neqꝫ ſpiritus eſt q̃tum ſcire ipſi poſſumus.neqꝫ filij/neqꝫ patris eſt denominatio neqꝫ aliud aliquid ex iis que nobis aut alteri cuiqꝫ in mundo eſt cognitũ:neqꝫ aliquid eorũ que nõ ſunt/neqꝫ eorum que ſunt eſt.neqꝫ ea que ſunt illã ſciunt:ſicut ipſa eſt. neqꝫ ſcit ipſa que ſunt:ſicuti ſunt.neqꝫ ſermo ipſius eſt/neqꝫ nomẽ/neqꝫ ſciẽtia/neqꝫ tenebre/neqꝫ lux eſt neqꝫ error/neqꝫ veritas/neqꝫ eſt ipſius vlla omnino poſitio/neqꝫ ablatio.ceterũ cum eorũ que poſt ipſam ſunt poſitiones et ablationes faciamus:ipſam neqꝫ ponimus/neqꝫ auferimus.Nam et ſup omnẽ poſitionẽ eſt perfecta et ſingularis omniũ cauſa / et ſup ablationẽ omnem excellentia ipſius illius:qui ſimpliciter abſolutus ab omnibus et vltra omnia eſt.

❡Quinti capitis ſcholia.

N ❡Neqꝫ filij/neqꝫ patris ẽ denomiatio.Neqꝫ paternitas eſt/neqꝫ(ſi ſermo patiꝝ)filialitas.

❡Dionyſij Areopagite de myſtica
theologia ad honorẽ eius qui
ſuum thronũ inacceſſibilẽ
collocauit:et inacceſſi-
bilem lucem in-
habitat Fi-
nis.

❡Diuini Dionyſij epiſtolarum index.

¶ Diuini Dionysij Areopagite Atheniensis episcopi et Galliarũ apostoli epistole.

¶ Ad Caium cultorem Epistola. I.

Tenebre luce vanescunt: eoqꝫ magis quo maior fuerit copia luminis. A
ignorantiã / agnitiones excludunt: atqꝫ eo itidẽ magis quo ille fuerint
plures. Hec autẽ per eminentiã et nõ per priuationẽ dicta accipe. & ve- B
re prorsus euũcia: ꝙ lateat ꝓfecto eos (qui hanc habent) vera illa lux /
rerũqꝫ sciẽtia / ea scilicet que dicit in deo ignoratio: et que illi superemi-
nent tenebre. totoqꝫ ille operiũtur lumine: omnẽqꝫ scientiã fugiũt. Ac
si quis cõspicatus deũ / id ipsũ quod vidit intellexit: nõ ipsum intuitus est / sed eius aliquid
ex iis que sunt / & in noticiã cadũt. Ceterũ ipse (ꝙ supra mentẽ omnẽ / atqꝫ substantiã locatus
emineat) eo ipso ꝙ omnino / neqꝫ sciri / neqꝫ esse dicit: et supersubstãtialiter est / et sup omnẽ
mentẽ / atqꝫ intelligentiã noscit. prestansqꝫ illa & perfecta ignoratio: eius vera cognitio est /
qui oibus noscibilibus eminet.

¶ Scholia prime epistole diuini Dionysij areopagite.

¶ Argumentũ. Caius monachus per epistolam sciscitatus est: quid diuina esset ignoratio A
Cui beatus pater hac epistola vt in hac materia par est satisfaciẽs: primũ finit diuinã igno-
rationẽ scientiã esse eius lucis que lateat habentẽ / scientiã tenebrarũ que toto lumine oper-
te omnẽ cognitionẽ fugiunt omni cognitioni absconse. rursum diuinã ignorationẽ veram
cognitionem eius esse: qui omnibus supereminet cognoscibilibus.

¶ Hec autẽ per eminẽtiã et non per priuationẽ dicta accipe. Quãqꝫ hec prima epistole ꝑticu- B
la: tenebre luce vanescũt / eoqꝫ magis quo maior fuerit copia luminis. ignorantiã agnitio-
nes excludũt: atqꝫ eo itidẽ magis quo ille fuerint plures: de tenebris nostris / et ignorantia
nostra que per defectũ dicit vera est. id tamẽ presenti in loco altius / diuiniusqꝫ accipi opor-
tet nõ per priuationẽ / & defectũ dictũ: sed per eminentiã. Quãdiu enĩ aliqua lux rerũ quarũ-
cũqꝫ mẽti nostre suffulget: diuine tenebre latent. et quãdiu alicuius rei cognitio mentẽ subit:
ad diuinã nõ ꝑtingit ignorãtiã. et quo magis quod contẽplat mens apprehẽdit: eo magis
a diuina illa ignoratione discedit. hec beatus pater ad questionẽ Caij monachi addurit.

¶ Ubi aduertendũ est tẽporibus apostoloꝝ statim fuisse monachos: de quibus et beatus
pater in secunda parte sexti capitis ecclesiastice hierarchie meminit. et item aduertendum
eosdẽ esse monachos / cultores / & therapeutas. Et operepreciũ ẽ ex historia extra nostros /
eorũ etiã qui tẽporibus apostoloꝝ fuere: de eisdẽ paucula ammonere. Philo iudeus qui il-
la etate viuebat: fidele christianis primitiue ecclesie in libro de contẽplatiua vita perfert te-
stimoniũ. Therapeute inquit primũ renũciant cũctis facultatibus suis. Et qui se ad huiusce
philosophiam dedunt: bonis suis ad aliorum vtilitatẽ in quorum re est cedunt / omnes vite
solicitudines procul abiicientes. extra vrbes in consitis locis / aut agellis vitã ducunt. dissi-
milis vite consortia deuitant: rati id arduũ virtutis iter volentibus ingredi id ipsum esse im-
pedimentũ. Et in multis orbis regionibus id genus hoim reperit. nam & oportebat huius
perfecti boni participem fieri omnẽ greciã / barbariãqꝫ omnẽ. In egypto tamen per singu-
la queqꝫ territoria maior copia increbrescit / maiorqꝫ numerus: et maximopere circa alexan-
driam. Quibus singulis in locis consecrata est orationis domus: que semmon / & honesto-
rum cõuentus appellat. in quã prorsus nichil eorũ que ad cibũ potũqꝫ pertinẽt / et reliqua
humani corporis officia: verum tantũ legis codices / prophetarũ volumina / hymnosqꝫ in
deum / et id genus similia inferũt. in quorũ intelligẽtiis et exercitationibus imbuti: ad per-
fectam vitam indefessa cura assurgũt. Ab ortu autẽ solis ad solis occasum: totũ id tẽporis
interuallũ in suoꝝ studioꝝ exercitationibus consumũt. quibus ad diuinã philosophiã: per
sacras litteras ꝓfundius imbuunt. Patrũ leges ad allegoricam quandã intelligentiã de-
ducuut: formas quasdam / et imagines esse ducẽtes ea que in lege scripta sunt / sed latentis
introrsus et ꝓfundi cuiusdã / diuiniqꝫ mysterij. et legẽ hi viri corporeo animali cõparant: ꝙ
littera vt corpus sit: anima vero spiritalis quidã et iuisibilis sensus in littera occultus / quẽ
a suis autoribus edocti: sublimius / atqꝫ generosius veluti per speculũ inspicientes cõtem-

De pmartis Christianis Pontificibus Sacerdotibus Ministris Cultoribus Plebe sãcta Et primũ de cultoribus ex hystoria.

Determinatio philonis iudei.

plātur. Habēt enī ij viri determinationes quasdā et interpretatiōes priscoꝝ virorum: qui
sue secte autores extitere. et quos hanc figuratiue intelligētie normam eis ipsis tradidisse:
ꝙ plurimis scriptoꝝ suoꝝ cōstat monumētis. Itaqꝫ nō modo subtilius intelligūt hymnos
veterū: verū et ipsi nouos in deū cōponūt/ oībus cum metris tum sonis/ honestaqꝫ admo-
dum/ et suaui cōpage modulātes. Cōtinētiā vero veluti fundamētū quoddā: primū iaciūt
in anima. et ita demū reliquas sup hāc pergunt extruere virtutes. Nullusqꝫ inter eos cibū/
potumqꝫ ante solis sumit occasum: tēpus lucis philosophie lectionibus/ curā vero corpo-
ris tenebris cōmittētes. et coꝝ nonnulli etiā post triduū in cōmunionē cibi veniunt: vtpote
quos contēplationū auiditas vehementius perurgens detinet. hi namqꝫ inter eos qui eru-
ditionibus sapientie ⁊ profundiore sacrorū voluminū intelligentia rapiunt (haud secus ꝙ
auidiuscule famescētes ciborū copiis) lectione expleri/ exaturariqꝫ nequeunt. quīimo acri-
us inflammant. adeo etiā vt neqꝫ quarto neqꝫ iam quinto: sed sexto demū die non tam de-
sideratū/ ꝙ pernecessariū corpori indulgeant cibum. Preterea vero preter viros (quos iā Cultrices/et
memorati sumus) sunt et femine quedā: quarū cōplures iam grandeue virgines sunt/ inte- p̄marie chri
gritatē casti corporis non necessitate aliqua/ verū pura deuotione seruantes. dū sapientie sti famule.
studiis semetipsas gestiunt non animo solū/ sed et corpore consecrare: indignū putātes li-
bidini mancipare vas ad recipiendā sapientiā preparatū/ et edere mortalē partū a quibus
diuini verbi sacrosanctus/ purus/ et imortalis expetitur cōtactus/ ex quo posteritas relin-
quatur corruptionis/ mortisqꝫ non obnoxia. Et viri seorsū habitant: idētidem ⁊ mulieres
seorsum a viris secretos/ seiunctosqꝫ cōuentus habētes. Vinū quidē omnino: nec gustu at-
tingūt/ nec carnē quālibet. tantū aqua illis poculū: et panis cū sale/ vel olusculis cibus. mi-
nistros/ sacerdotes/ et pōtifices habēt: mysteria illis rite exhibentes. hec ex Philone iudeo
qui apostolorū tēpore vixit hic ideo adiecta sunt: vt homines intelligant ꝙ pura/ sancta/ ⁊
imaculata erat primariorū ad regnū dei vocatorū et vita/ et philosophia: amplius etiam ꝙ
vir iudeus qui ad eorū secretiora non admittebat: sua colligere potuerit historia. ¶ Et nō
defuerunt nōnulli qui propter hec et similia de primariis christianis monumenta: omnes
a principio fuisse therapeutas arbitrarent. Sed satius ex beato patre cap. sexto ecclesiasti-
ce hierarchie veritatis huius rei determinatio intelligenda est: christianos ea etiā tempe-
state in pontifices/ sacerdotes/ ministros/ therapeutas et plebē sanctam partiens atqꝫ diri-
mens. quod ⁊ idem epistola octaua que est ad Demophilū monachū rursum cōmemorat.
norat enī singula queqꝫ (vt sic dicā) penitius/ atqꝫ intimius ꝙ Philo iudeus qui ad christia-
norū secretiora (vt dictum est) nō admittebat. Et fuerūt qui idem opinarent: quia aposto-
licoꝝ actuū cap. quarto scriptū sit. Multitudinis autē credētiū erat cor vnū/ et aīa vna: nec Actuum.4.
quisqꝫ eorum que possidebat aliquid suū esse dicebat: sed erant illis omnia cōmunia. quot-
quot enī possessores agrorū/ aut domorū erant: vendentes afferebant precia eorū que vē-
debant/ et ponebant ante pedes apostolorū. sed non satis animaduertunt id dictum esse de
iis qui erant hierosolymis/ de discipulis/ et iis qui se discipulis adiunxerāt. quorū ꝙ pluri-
mi dn̄m adhuc in terris versatū: et viderant et audiuerāt. et id non est therapeutas esse atqꝫ
monachos: verū potius domini discipulos/ discipulorū socios/ et imitatores. Si enī longi-
us in actibus progredimur: legem⁹ cap. nono quo pacto Paulus infert Damascū in do- Actuum.9.
mū iude christiani. Lidde tabita possidebat: vnde elemosynas plurimas faceret. Petrus
in domo simonis coriarij hospitio suscipit. Et cap. decimo fidelis legit Marci mater: do- Actuum.10.
mū habens et familiā curans. Et cap. decimo sexto. Lidia Philippis cum tota familia re- Actuum.16.
generata domū habet: Paulū ⁊ Barnabā hospitio suscipit. si iudicastis me inquit fidelem
domino esse: introite in domū meā/ et manete. et coegit eos. Et Paulus ad Corinthios scri- Ad corin.6.
bens. nūquid domos non habetis inquit ad manducandū et bibendum. Et dat precepta
beatissimus Paulus de dominis et seruis/ viris et vxoribus/ patre liberis/ et familia curā-
da: que cultoꝝ non sunt ⁊ oībus diuisibilibus vitis abrenunciantiū. sed plebis sācte ⁊ alioꝝ
sacroꝝ statuū. et mirabili ꝓuidētia/ et ordine pontifices/ prophetas/ presbyteros/ et mini-
stros ecclesiis (vt in actibus legit) disponebāt. cū enī inquit constituissent illis per singulas Actuum.14.

Ad titum.i. ecclesias presbyteros/ et orassent cũ ieiunationibus: cõmẽdauerũt eos dño/ in quem credi-
derunt. Et Paulus Titum. et constituas per ciuitates presbyteros. Ex his igitur satis pa-
tere puto: in primatiua ecclesia fuisse pontifices/ sacerdotes/ ministros/ monachos/ et plebẽ
sanctã: queadmodũ hunc nobis sacrũ ordinẽ diuine mõstrauit beatissimus pater. Et vide-
tur hic ordo in primitiuis ecclesiis fuisse. Solus põtifex in secretiorẽ adytũ sanctaqꝫ sancto-
rum intrabat. sacerdotes et sacroꝝ ministri: intra adytorum septa cõtinebant. cultores qui
et monachi ad adytorum valuas proxime astabant. hos sequebat plebs sancta virorũ nu-
dato vertice orans: omnis inquit diuinus Paulus vir orans aut prophetans velato capi-
te deturpat caput suũ. caput eni viri Christus est. viros sancte velate sequebant mulieres.
mulier inquit Paulus orans aut prophetans non velato capite: deturpat caput suũ. caput
eni mulieris vir est. inter quas si cultrices et famule erant: frontẽ in ordine sanctaꝝ mulierũ
a viris separato tenebãt. ⁊ liberi qui tantuli essent masculi ad patres: femelle ad matres ac-
cedebant. qui vero nondũ regenerati essent/ apostate/ imundi/ et penitentes extra sacra de-
lubra extorres arcebant. neqꝫ quicq̃ imũdũ sinebat locum sacrũ introire: orationibus/ thy-
Exodus.19. miamatũ odoribus/ et sacramẽtoꝝ participationibus ordinatũ. cõstitues inquit terminos
populo per circuitũ: ⁊ dices ad eos cauete ne ascendatis in montẽ/ nec tangatis fines illius
omnis. qui tetigerit montẽ morte morietur: siue iumẽto fuerit/ siue homo nõ viuet. Et statim
a principio in prima sponse Christi ecclesie prole: videt dies dñica spiritalibus sacrificiis/ ⁊
Apocalyp.i. congregationi fideliũ deputata. de qua ioannes euãgelista in apocalypsi. Ego inquit Jo-
annes frater vester/ et particeps in tribulatione ⁊ regno et patiẽtia in Jhesu Christo: fui in
insula que appellat pathmos propter verbũ dei et testimoniũ Jhesu. fui in spiritu in dñica
Ignatius.i. die. Itidem meminit et Ignatius. Congregato igit in illa beatissima die (que verũ sabba-
tum est fideliũ/ atqꝫ in spiritu regeneratoꝝ) sacro principatu/ ministris/ et plebe sãcta: pon-
tifex sacra peragebat. sacerdotes sãctũ panẽ/ et benedictionis calicẽ adoperta: sacris impo
nebãt altaribus. Hymnos cũ pontifice psallebant. illi proximi assistebant sacris in processi-
bus ad phani etiã nouissima per circuitũ: et ad sacrosãcta altaria regressibus/ aliisqꝫ sancti-
ficationibus. et ministri suo ordine sacerdotes assequebãt. Pontifex venerãdũ cõficiebat
sacramẽtũ: sanctissima signa in prospectũ faciens/ primus sacrorũ effectus particeps. mox
sacerdotibus proxime augustissimorũ sacrorũ cõmunionẽ faciebat. susceptis autem sacris
perfecti sacerdotes: sanctã cõmunionẽ ministris diuidebant. ⁊ post ministroꝝ perfectionẽ
iidem sacerdotes: supsubstãtialẽ panẽ/ ⁊ supbenedictũ calicẽ suo ordine therapeutis/ ⁊ ple-
bi sancte a supremis ad nouissima procedentes distribuebant. nulla tunc illis inerat confu-
sio. omnia tunc ad diuinorũ imitationẽ et ornatũ efficiebant. Ad quod quidem et instituen-
dum et inuiolabiliter perpetuo seruandũ: sanctissimi huius spiritalis vite duces/ diuinas il-
luminationes et spiritũ sanctũ acceperant ad quod rursum ex veteribus legis ceremoniis
iuuabant: ex vmbra lucem/ ⁊ ex vestigio veritatẽ peruestigantes sapiẽter. quã Philo iude-
us alegoricam/ figuralemqꝫ appellat intelligẽtiã. verũ amplius ex beatissimi patris sacris
operibus: que illoꝝ veroꝝ christianorũ/ et vita/ et dignitas/ ⁊ officia essent intelliges. Nũc
vero nobis inconsolabiliter/ ⁊ gemẽdũ/ et plorandũ est. iactamus eni nos esse christianos:
et si sumus/ videamus ne non veri simus. et ne Christus princeps regum omniũ/ ⁊ dñs do-
minantiũ: nos tanq̃ falsa et adulterata numismata repudiet. Sacramẽta sine honore iacẽt
non intellecta/ non venerata. altaria calcant. rustici nunc super illa (si quando indigni loca
sancta adeunt) innixi vtroqꝫ cubito ⁊ mento stertunt: et suas crapulas eructãt. ⁊ non licebat
in vmbra veri altaris: montẽ sine morte neqꝫ homini/ neqꝫ pecori attingere. oibus sãcta sã-
ctorum patẽt: cõfusa sunt sũma in imis/ et in imis sũma: idiote et desertores/ pontifici dum
sacra peragunt/ propius astãt. nullus minister pro foribus vigilat. omnia imunda admit-
tunt. penitẽtie cessant. apostate et prophani: a sanctis nõ decernunt. qui se therapeutas di-
cunt: vitas diuisibiles maxie amant. omnes sua ignorãt officia. Et in hac cõfusione et igno-
rãtia: horrẽda superbia creuit in temerario/ ausu et attentatione sacrorũ: super eã que cho-
re est nunc eternis in abyssis damnata. In infimis hec superbia regnat: que illos efferre et

insolenter audere vltra q̄d debet facit.in supremis autē pusillanimitas maxima/sed maxi
me ambitioni cõiũcta:que facit eos nichil sue dignitatis cogitare/nichil sui officij:ꝛ ad ma
gistratus impatientius anhelare. et plane delirorũ more ridere cũ plorantibus.angeli etiã
nostri plorant videntes nostram peruersionē/quorũ custodiã susceperant.Ploremus igiꝛ
qui solũ Christi nomen habemus/et non vitam:cũ angelis nostris plorantibus.conuerta=
mus nos/ et omnia ordinemus:et tũc veraciter cognoscemus an habemus benignissimos
nostri piam prouidentiã gerentes angelos.qui ad solem se non cõuertit/solem nũq̄ videt.
oculus cecutit in tenebris: sed sine lucis iiuria atq; culpa. eger qui medicũ nõ audit/ penas
sustinet acerbas/et ipsam deniq; mortē:et id medici nõ est voluntas/nõ est pij medici sana=
re volētis culpa. ploremus igiꝛ quia cecutimus in tenebris/visumq; perdimus.ploremus
quia dabim⁹ penas in interitu eternas.ꝛ deus lux est/sũmusq; medicus:quare id preter lu=
cis et sũmi medici prorsus patiemur culpã:nos soli nostre ruine/nostre mortis et interitus
causa sumus. Nos sumus illi stulti:de quib⁹ Paulus ad galathas:qui cum spiritu ceperi= Ad gala.3
mus carne cõsũmamur.nullus regenerationē suã cogitat.nullus vota ꝛ ꝓmissiones Chri=
sto spiritũ dñō factas: Et vultis amplius cognoscere quã cõfusionē rebus inducimus sa=
cris.Sanctuariũ celũ est:pontifex est deus:telete / sacramēta/sanctificationesq; in sua etiã
inferiore significatione:sacer sunt supremus celestiũ ordo. sacerdotes medius.ministri an=
gelorum rebus ãministrantiũ humanis infimi.Plebs sancta digni sunt in hoc mundo pro
uidētia dei.apostate/desertores/et impenitentes/pessimi demones:ꝛ tantomagis si ex sa=
cro principatu illi erant qui defecerunt.Porta igiꝛ celi:nunc sine angeloꝝ custodia est. om
ni inmundicie patet. apostate demones ad adytum dei propius accedunt. supremi celestes
angeli absistunt longius. subiecti supra suũ principatum:ꝛ audent et ascendunt.supremus
principatus proterue contendit similis fieri altissimo/et de pari imperio contēdere.morta=
les supra angelos moliunꝛ ascendere.maior nunc q̄ olim gigantũ mũdũ occupauit super=
bia/cõfusio maior.Siccine celestia pingimus?et nichilominus cum his oĩbus/ et blasphe
miis/et diuinorũ derisionibus/credimus ferme deum vniuersorũ dñm nobis esse debitorē
Et id vltimũ nimiũ verũ est.debet enĩ nobis penas/et dura flagella.sed et in hoc mira eius
cognosciꝛ benignitas: q̄ nos tam diu sustinet/tam diu tolerat. hec signa in celo/in sole/ in
luna manifesto conspiciunꝛ.et princeps mũdi huius solutus est:qui regnat super filios su=
perbie.et hunc rebus induxit horrorem:et hanc eterne noctis/et confusionis caliginem.fi=
liis suis oculos eruit:ne illam confusionē videant/et peniteant/et curenꝛ.scit enĩ quia deus
benignus est/ꝛ misericors/et multus ad ignoscēdũ.ipse vero crudelissimus tyrannus:et a
principio sue defectionis multus ad nocendũ.cui soli in hac cõfusionis nocte mancipia ser
uimus.et neq; ignoramus scriptum esse: anima que per superbiã peccauerit/siue ciuis sit: Numeri.15.
siue peregrinus(quoniã aduersus deum rebellis fuit)peribit de populo suo . nõ ignoram⁹
eũ qui fragmenta lignorũ in sabbato colligebat:diuino iudicio morte mulctatũ.et alia in=
numera ad nostrã doctrinã/et exemplũ scripta.sabbatum enĩ/dies dñi est:nũc passim vbiq;
violata/et nomen eius vbiq; blasphemiis impetitũ.illis autē quibus talia in figura contin
gebant diuina transgredientibus:visibilis mors iminebat.nos autē proculdubio (nisi mi=
sericordia dei preueniat/et anticipet:cuius pleni sunt celi et terra)inuisibilis et mors secun
da manet.sol mane indubitatus oriꝛ:tenebre noctē suffundunt.sed certiora sunt iudicia dei
et indubitabiliora:que nobis diuinitus scripta sunt.et celum et terra transibunt:verba au=
tem illa nõ transibunt.hec ipsa semel locuta est veritas:vt credatis.nam si crederetis:hanc
horrendam cõfusionem/et vitam perditissimis demonibus simillimã: nõ sineretis. Deum
igiꝛ ad vestram salutē aduocate in auxiliũ.bonus enĩ est/ꝛ superbonus: sui ipsius ꝓfusor/
ꝓpagator/et illuminator. Cõciliũ cõuocate:perquirite/et arbitriũ cõmittite sanctis viris:
ex deo nõ ex mundo sapiētibus.qui omni cura et diligentia presentibus cũ antiquis colla=
tis:nunc ex maiori luce ad minorē/nũc figurã ꝛ vmbrã in suã reuocantes veritatē:q̄d inor=
dinatum est/ad formã/ordinemq; redigant.nõ potui reuera extremũ nostrorum tempoꝝ
(vt michi profecto visum est)casum miseratus/nõ tantã de christianis dixisse.

¶Ad eundem Caiū epiſtola. II.

Vonam modo is qui vniuerſa tranſcendit: ipſam quoqꝫ celſitudinem deitatis C
q ac bonitatis excellit? Si deitatẽ atqꝫ bonitatẽ rem ipſã itelligas benefici/ac dei
fici muneris/ imitationẽqꝫ illã ſūmi dei/ ſūmiqꝫ boni nequaqꝫ imitabilis (ꝑ quã
dij/ac boni efficimur) cogites. Nam ſi hoc iis qui ad id euaſere dignitatis vt dij boniqꝫ fie-
rent initiū eſt: profecto is qui principiū omne vi ſue maieſtatis excellit/ eam quoqꝫ (quã ſic
dicimus deitatẽ/ atqꝫ bonitatẽ) hūc in modū deitatẽ/ boniqꝫ principatū ſuperat. quẽadmo-
dū q̇ imitationi/ captuiqꝫ nõ patet: imitatiões/ captuſqꝫ ꝓcellit/ ⁊ imitãtes atqꝫ ꝑticipantes.

¶Secunde epiſtole ſcholia.

¶Argumentū. Interrogauit Caius per epiſtolã cur deus qui ſuper omnia eſt: etiã vt ſuꝑ C
bonitatẽ/ ac deitatẽ exiſtens celebreẗ. Cuius ambiguitatẽ beatiſſimus pater: per homony-
mitatẽ bonitatis/ ac deitatis diſſoluit. nã interdū/ et bonitas/ et deitas nõ abſolute dicunẗ:
ſed contracte/ atqꝫ participate. et tunc quoqꝫ benefica/ et deifica munera inſinuãt: a quibus
et boni/ et dij multi/ et in celo/ et in terra dicunẗ. qua in ſignificatione perpalã eſt/ deū et ſu-
per bonitatẽ/ ⁊ ſuꝑ deitatẽ eſſe: recte dici poſſe. Alio modo bonitas/ ⁊ deitas abſoluta/ in-
cõtracta/ imparticipataqꝫ intelliguntẗ: ſecundū quam ſignificationẽ diuinus inquit Pau-
1. Ad corin. 8 lus prima ad Corithios epiſtola cap. octauo. Scimus ꝙ nullus deus niſi vnus. Et Mar-
Marcus. 10. cus cap. decimo. Nemo bonus niſi vnus deus. Et rurſum Paulus eodẽ in loco ſed in pri-
Ad corin. 8. ma ſignificatione. Nam et ſi ſūt qui dicanẗ dij/ ſiue in celo/ ſiue in terra (ſiquidẽ ſūt dij mul-
ti et domini multi) Et quod ſtatim ſubiūgit in ſecunda ſignificatione. Nobis tamen vnus
deus pater: ex quo oĩa et nos in illo/ et vnus dñs Iheſus Chriſtus per quẽ oĩa et nos per
ipſum. Et hẽ due ſignificationes in ſacris litteris et frequentes/ vſitate/ peculiareſqꝫ ſunt.

¶Ad eundem Caium Epiſtola III.

Epente dicẗ: cum quid preter ſpem/ ac veluti ex abdito quodam proferẗ in lu- D
r cẽ. Porro in ſacramento humanitatis Chriſti: hoc etiã arbitror theologiam ſi-
gnificare voluiſſe: ꝙ ex occulto ſuperſubſtantialis ille deus/ in conſpectū noſtrū
repente ꝓceſſerit humana ſubſtantia et carne veſtitus. occultus autẽ etiã poſt reuelationẽ
illã (ſiue vt diuinus loquar: in ipſa quoqꝫ ſui reuelatiõe) perdurat. Et hac eni ex parte Ihe-
ſus ſecretus occuliẗ: nulloqꝫ vel ſermone vel animo ipſius myſteriū promiẗ. ſed et cū pro-
fertur/ arcanum: et dum intelligitur/ manet incognitum.

¶Tertie epiſtole ſcholia.

¶Argumẽtū. Interrogauit Caius beatiſſimū patrẽ per epiſtolã: q̇d dictio repẽte/ ſiue ſta D
Malachie. 3. tim deſignet in hoc ſacro malachie prophete cap. tertio oraculo. Et ſtatim veniet ad tẽplū
ſuū dñator quem vos queritis: et angelus teſtamenti quẽ vos vultis. Ecce venit dicit do-
minus exercituū. et quis poterit cogitare diem aduentus eius? et quis ſtabit ad videndum
eum? ipſe eni quaſi ignis conflans/ et quaſi herba fulonū. et ſedebit conflans: et emunda-
bit argentū/ et purgabit filios leui. et collabit eos quaſi argentum: et erunt dño offerentes
ſacrificia in iuſtitia. et placebit dño ſacrificiū iuda: ſicut dies ſeculi/ et ſicut anni antiqui. Et
nõ modo quid ſtatim/ atqꝫ repente hic ſignificet indicat ſacerrimus pater: verū et id quoqꝫ
declarat. et quis poterit cogitare diem aduentus eius? et quis ſtabit ad videndū eū? nam
aduentus eius cognitus eſt/ et non cognitus. et in terris viſus eſt: et non viſus. venit eni ve
re humana ſubſtantia et carne circundatus: occultus etiã poſt reuelationẽ/ ⁊ in ipſa reuela-
tione perdurãs. ⁊ id myſteriū dum proferẗ manet arcanū: ⁊ dum intelligiẗ: incognitū. Id
eſt eni quod ſpiritus ſanctus per prophetam dicit. Et quis poterit cogitare diem aduen-
tus eius? et quis ſtabit ad videndum eum?

¶Ad eundem Caium epiſtola. IIII.

Vonam modo (inquis) iheſus qui cuncta tranſcendit: hoĩbus ceteris eſſentie
q comunione coordinaẗ? Non eni vt autor hoĩm hoc loco homo diciẗ: ſed vt re
vera homo/ tota ſubſtantie veritate circundatus. Nos autem Iheſum non hu-
mana ratione diffinimus. neqꝫ eni ille homo tantū eſt (neqꝫ ſuperſubſtantialis eſſe poſſet:

qui homo tantũ esset) sed est homo verus qui singulari benignitate amator hominũ supra homines / ac secundũ homines ex hominũ substantia carnem supersubstantialis accepit. est autẽ nichilominus altissime illius / diuineqꝫ substantie (is qui semper supersubstantialis est) perqꝫ plenus / atqꝫ exuberans. itaqꝫ a tanta magnitudinis celsitudine ad nostra etiã veraciter infirma descendens: vltra humanũ modũ substantiã nostre carnis accepit. ac supra
F hominẽ: que sunt hominis gessit. Cuius rei euidens indiciũ est: virgo excellentis miraculi De semp sãcta v̾gine maria.
G nouitate concipiens. et aqua instabilis ac fluida: materialiũ / terrenorũqꝫ pedum sustinens pondus / nec cedens. sed supermũdana / admirandaqꝫ potentia constans: ad materie solidioris imaginẽ. Quid vero cetera que sunt permulta cõmemorem? per que (si quis ea digne et vltra modũ capacitatis humane mentis discutiat) animaduertet ea etiã que in summa illa Jhesu benignitate affirmatiue dicunt: vim excellentioris negationis habere recõditam. Namqꝫ vt breuiter dixerim / neqꝫ homo ille erat non quasi nõ homo / humaneqꝫ cõditionis exors: sed veluti ex hoĩbus vltra homines / ac super hominẽ homo veraciter fact⁹. iam quoqꝫ neqꝫ diuina vt deus / neqꝫ vt homo humana perficiẽs: sed deo hoĩe facto nouã quandam / ac inusitatã ex diuinitate atqꝫ humanitate permixtam operationem nobiscum quidem conuersatus ostendens.

¶ Quarte epistole scholia.

E ¶ Argumentũ. Interrogauit Caius per epistolã beatissimũ patrẽ: qui fieri posset vt Jhesus qui cuncta transcendit in hominũ serie / specie / atqꝫ ordine reponat? Cui respondet beatissimus pater. Cum dicit supersubstantialis Jhesus homo est in aliorũ hominũ serie / specie / atqꝫ ordine / vt leo in specie et ordine leonũ: hoc in loco homo non capit vt exemplare nomen est. quo modo omnia rerũ nomina supramũdane / et exemplariter intellecta nomina sunt dei. quẽadmodũ petra / robur / et saluator cũ eloquia dicunt: dominus petra mea / et robur meũ / et saluator meus. verũ ea in significatione capit homo: qua dicit aut Paulus / aut Petrus apostolus homo est. sed tamen beatus pater pie ãmonet Caium: nõ humana tantũ ratione / non diuina tantũ Jhesum esse diffiniendũ. quippe qui vtrãqꝫ naturã inconfuse / sine cõuersione seruet. vnus tamen dñs Jhesus Christus. et hac quidem absoluta est / imparticipata / et imitabilis bonitas et diuinitas / imortalis / inuisibilis / incõprehensibilis: illa vero contracta / participata / et passibilis: vt qui vere pro nobis mortuus et passus sit / visibilis et cõprehensibilis. Et illa sublimitas / illa sũma maiestas (que super oẽs thronos et sublimitatẽ celorũ omnẽ / imense supercollocata est) ad nostre nature humilia se inclinauit: sese natura nostra vt vestimento ineffabiliter induens (cui nichil impossibile: nichil resistere valet) quam super thronos / ⁊ omnẽ celorũ sublimitatẽ vnde ad nos se inclinauerat / exaltauit. ea etiã semper ex parte nostre nature (excepta peccantie fragilitate) proprietatem seruans. Regum eni huius seculi primores primates se beatos putant: qui ad regis purpurã admittunt. hec profecto regis eterni purpura preciosa est: per quã voluit redimere et secula. vides igit vite cõtemplatricis amator: vt qui Jhesũ dicit nõ solum diuinitatẽ dicit / neqꝫ humanitatẽ solũ / sed diuinitatẽ super omnia existentẽ vera humana substantia indutam: et humanitatẽ in diuinitate imensa / modo ineffabili assumptã / eiqꝫ counitam super omnia / et ideo non ab re super omnia exaltatã. nusqꝫ eni (diuinus inquit Paulus) angelos apprehẽdit: sed semen Abrae. et modus huius altissime apprehensionis atqꝫ vnionis manet hominibus ineffabilis et ignotus: vt nemo querat supra suũ sensũ surgere. hic est de quo per spiritũ sanctũ dictum est. annũciauerũt celi iustitiã eius: et viderũt omnes populi gloriã eius. adorate eũ oẽs angeli ei⁹: audiuit et letata est syon. quoniã tu dñs altissimus sup omnẽ terram: nimis exaltatus es super oẽs deos. Et Stephanus cũ esset plenus spiritu sancto intendens in celũ: vidit gloriã dei ⁊ Jhesum stantẽ a dextris virtutis dei / et ait. Ecce video celos apertos: et filiũ hominis stantẽ a dextris virtutis dei. Et Paulus ad ephesios. vt sciatis qͣ sit spes vocationis eius / et que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis: ⁊ que sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus secundũ operationẽ potentie virtutis eius: quã operatus est in Christo suscitans illũ a mortuis / et constituens ad dexterã suam

Margin notes: 2 Regũ. 22. — Ad hebre. 2. — Psalm⁹. 96. — Actuum. 7. — Ad ephe. 1.

in celestibus supra omnē principatū/et potestatē/et virtutem/et dñationē/et omne nomen
Apocal.5 quod nominatur non solū in hoc seculo sed etiam in futuro. Et Joannes in diuine mētis ex-
cessu: videt et audit vocem angelorū multorū in circuitu throni/ et animaliū et seniorum (et
erat numerus eorum millia milliū) dicentiū voce magna dignus est agnus qui occisus est
accipere virtutē/ et dignitatem/ et sapientiā/ et fortitudinē/ et honorem/ et gloriā/ et benedi-
ctionē. et omnē creaturā que in celo est/ et super terrā/ et sub terra/ et que sūt in mari/ et que
sunt in eo omnes audiui dicentes: sedenti in throno et agno benedictio/ et honor/ et gloria/
et potestas in secula seculorū. Ex his sufficienter patere puto: quo pacto superbenedictus
et substantialis et supersubstantialis Jhesus omnia transcēdit/ non modo secundū diuini-
tatē exaltatus: sed et secūdū humanitatē. Et hoc sacramentū (qui oculos quibus intelligē
tiam penetret habeat) ex septimo celestis hierarchie capite/ et diuine/ et pie intelliget. Sed
hactenus satis.

Esaias.7 ¶ Cuius rei euidens indiciū est virgo excellentis miraculi nouitate concipiens. Hec est vir- F
Lucas.1. go semper sancta de qua esaias cap. septimo. Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ec-
ce virgo concipiet/ et pariet filiū: et vocabitur nomē eius emanuel. Et de qua Lucas cap. pri-
mo. Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomen nazareth: ad virginem
desponsatam viro cui nomen erat Joseph de domo Dauid/ et nomen virginis Maria. et
ingressus angelus ad eā dixit. Aue gratia plena dñs tecū: benedicta tu in mulieribus. que
cū audisset turbata est in sermōe eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. et ait angelus ei
ne timeas maria. inuenisti enī gratiā apud deum. Ecce concipies in vtero et paries filium:
et vocabis nomen eius Jhesum. Hic erit magnus: et filius altissimi vocabitur. et dabit illi do
minus deus sedem Dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum/ et regni eius
non erit finis. dixit autē Maria ad angelū: quo modo fiet istud quoniā virū non cognosco
Et respondens angelus dixit ei. spiritus sanctus superueniet in te: et virtus altissimi obum-
brabit tibi. ideoq; et quod nascetur ex te sanctū: vocabitur filius dei. et ecce elizabeth cognata
tua/ et ipsa concepit filiū in senectute sua: et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis. quia
non erit ipossibile apud deum/ omne verbum. dixit autē Maria. Ecce ancilla domini: fiat
michi secundum verbum tuum.

Marcus.6. ¶ Et aqua instabilis et fluida. Id mysteriū ex beato euangelista Marco cap. sexto discitur. G
Et circa quartā vigiliā noctis (inquit) venit ad eos ābulās sup mare: et volebat pterire eos.

¶ Dorotheo ministro epistola. V.

Caligo diuina est inaccessibilis lux: in qua inhabitare dicitur deus. et quidē cum sit H
illa inuisibilis propter eximiam/ et que substantie supereminet claritatē/ eadēq;
inaccessibilis pro imensa ex se manantis supersubstantialis luminis copia. ad
hanc pertingit/ eaq; absorbetur quisquis deum nosse ac videre meruerit. eoq; ipso q neq; vi
det/ neq; cognoscit: illi qui visionē omnē cognitionēq; transcendit/ familiarius iungitur. hoc
ipsum noscens: quod post ea omnia est que in sensum atq; intelligentiā cadunt et cū pphe-
ta pronuncians mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est et non potero ad eam.
quēadmodū profecto et sanctus et mirabilis paulus deum cognouisse memoratur: illū supra
omnē scientiā atq; intelligentiā esse cognoscens. Quocirca et vias eius inuestigabiles esse I
dixit/ et inscrutabilia iudicia illius/ atq; inenarrabiles gratias: pacemq; eius omnē sensum
superare testatus est. inuenerat etenī eū qui est super omnia: eūq; supra modū humane in-
telligentie nouerat. quoniā is cuncta transcendit: qui autor omniū est.

¶ Quinte epistole scholia.

¶ Argumentū. Interrogauit Dorotheus minister per epistolam: quid diuina esset caligo H
Cui respondet sacratus pater: diuinā caliginē lucem esse inaccessibilem in qua habitare di-
citur deus/ et reliqua que sequuntur.

Ad roma.11. ¶ Et cū ppheta pronuncians mirabilis facta est scientia tua ex me. Id psalmo centesimo
tricesimo octauo canitur. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est et non potero I
Ad corin.9. ad eam. Cetera que sequūtur ex diuino Paulo adducit. Ad romanos cap. vndecimo. O al-

titudo diuitiarum sapientie et scientie dei: q̄ incōprehensibilia sunt iudicia eius/ et inuesti-
gabiles vie eius. Prima ad Corinthios epistola cap. nono. glorificantes deum in obediē-
tia confessionis vestre/ in euangelio christi/ et simplicitate cōmunicationis vestre/ in illos/ et 1. ad Corin. 9
in omnes/ et in ipsorum obsecratione pro vobis: desiderantium vos propter eminentē gra
tiam dei in vobis. gratias ago deo super inenarrabili dono eius. Et epistola ad Philippē-
ses cap quarto. Et pax dei que exuperat omnē sensum: custodiat corda vestra/ et intelligē- Ad philip. 4.
tias vestras in christo Jhesu. Et de dei incōprehensibilitate Jesu sidrach similes etiā ha-
bet sentētias ecclesiastici cap. 43. Glorificātes deū quantūcūq potueritis: preualebit ad-
huc. Benedicētes dn̄m exaltate illū quātū potestis: maior est eni omni laude. Exaltantes Ecclastici 43
eū replemini virtute/ ne laboretis: nō eni cōprehēdetis. quis videbit eū/ et enarrabit? et q̄s
magnificabit eum sicut est ab initio?

Sosipatro sacerdoti epistola. VI

R Oli hoc putare victoriam venerande Sosipater: si in eam religionē/ seu opini-
n onem que mala esse videatur inueheris. Neq enī eam si vel grauiter et vere co-
arguas: continuo sosipatri quoq recta erit opinio. fieri etenim potest vt et te et
alios inter multa que falsa/ et euidentia sunt: vnum illud quod est opertum/ verumq lateat
Neq enim si quid rutilū non sit: iam etiā candidum erit. nec si quis non equus: necessario
iam homo ē. Sic autem si michi obtemperaueris facies: desistes aduersus alios dicere. ce-
terum ita pro veritate loqueris: vt ea que dicuntur argui/ refellique non possint.

R Sexte epistole scholia.

Argumentum. Sosipater sacerdos in alios dicebat/ eorum dicta et arguens/ et confu-
tans/ totus reprehendēdi studio gestiens. hūc modestius ammonet prudētissimus pater:
ut alios lacessere desistat/ sola veritatis indagine cōtētus. quādoquidē id sepenumero eue-
nire solet: ut dum alia reprehēdamus: nostra quoq vicio nō careant. quod et Eutici et cō-
pluribus heretica prauitate lapsis cōtigit. cum eni alienos cōfutare studebāt errores: pro-
prios/ peculiares/ nouosq cōflabant. verū sic sēper pro veritate dicere enitendū est: ut que
pro veritatis amore dicunt coargui/ refellique nequeant.

L Polycarpo episcopo. VII

Non sum michi equidem conscius aduersus grecos/ seu alios quoslibet aliquā-
n do dixisse: sufficere eni arbitrabar bonis viris/ si id quod verū est/ ipsum in seipso
vt sese habeat/ et scire et eloqui possēt. hoc eni quid sit rite iuxta legem veritatis
ostēso/ inuiolabiliterq cōstāte: qdlibet qd se aliter habeat/ et veritatē simulet arguet. aliudq
esse: q̄ id qd vere est/ atq oīno dissimile. et qd illud magis videat esse q̄ sit: deprehēdet. itaq
superuacaneū est veritatis predicatorē: cōtra hos/ illosue pugnare. Dicit eni fere quisq numi-
sma habere se regiū: et habet ille fortassis quādā (ut ita dixerim) particulā/ fallacēq veritatis
imaginē. Ac siquidē istud cōfutaueris: alius rursū/ atq alius eadē de re pertinaci intentione
cōtēdet. Porro ipsa veritatis ratione cōparata/ et rite/ firmiterq cōstāte/ atq ita vim suam
preferēte/ ut a nullo prorsus hoīm coargui possit: quodq illud erit qd in aliquo dissideat/ nec se
ita in oībus habeat: ipsū ex seipso/ insuperabili statui veritatis obiectū detegit/ atq prosternit.
Hoc itaq īstituto rite (ut mihi videor) vsus: nō aduersus grecos/ aut alios quoslibet disse-
rere studui. sed satis esse putaui si michi ex diuina largitate cōtingeret: primū/ ut de veritate
bene sentirē/ eāq probe tenerē: tum ut de ea quā nossē verba couenienter facere possē. Tu aūt as Appollopha
seueras sophistā Appollophanē in me intorq̄re maledicta/ et paricidā appellare: ut q̄ gre- nes sophista.
corum dictis atq sentētiis in eos ipsos parū iuste vtar. Atqui nos cōtra/ verius obiicere pos
semus: grecos potius aduersus diuina diuinis vti iniustissime: ac nefario scelere per sapiētiā
dei diuine religiōis cultū euacuare moliri. Neq vero ego quicquā nūc de multitudinis opi-
niōe loquor: q̄ poetarū fictiōibus carnaliter (vt ita dicā) et passibiliter ac perlibēter inherens crea-
ture potius q̄ creatori famulat. verū et ipse appollophanes: diuinis aduersus diuina/ nefarie Paulus.
M vtit. Nam per hanc rerū sciētiā que ab ipso philosophia rite nominat/ et a paulo beatissimo
sapiētia dei apellat: ad autorē omniū/ et eiusmodi quoq sciētie parētem/ oportebat viros

philoſophos ſubuehi. Ac ne aliorũ ꝙ̃ ipſius opinionẽ ꝯtra iſtitutũ meũ a veritate deuiare
cõuincã: ſcire atq̃ intelligere appollophanes debuit cũ ſapiẽs ſit/ nichil vnq̃ celeſtis ordi=
nis ac motus imutari vlla ratione potuiſſe: niſi autorẽ ſuũ a quo et vt eſſet accepit/ et cuius
maieſtatis potẽtia ꝯtinet̃: in hoc ſe incitantẽ habuiſſet/ qui (vt ſacra teſtãt̃ eloq̃a) facit om= N
nia et trãſfert. Qua ergo ratione nõ colit eũ: quẽ ex hoc quoq̃ cognouim⁹ veracit̃ eſſe om=
niũ deũ? admirat̃q̃ ipſius ineffabilẽ/ inextimabilẽq̃ virtutẽ: ꝑ quã cũcta ſubſiſtũt? quãdo= O
quidẽ ſol ⁊ luna per ſũmã vim ſtatu omnino mirabili vna cum celo/ vt eſſent prorſus immo
biles: ipſius imperio paruerũt. atq̃ ad diei totius menſurã in eiſdẽ ſignis omnia ꝯſtiterũt.
erit autẽ ꝓfecto maius atq̃ mirabili⁹/ ſi alia atq̃ etiã p̃ſtãtiora que cõtinent ita ferri: que ve= P
ro ꝯtinẽt̃ nõ ſil̃ acta memorent̃. Et cũ itẽ alia quedã dies ꝑpetuo lumine triplo ferme ꝙ̃ ſo= Q
let maior effecta eſt: et celũ intra viginti horas (quẽ iam exegerat curſũ) retrogrediens repe
tit. digniſſimiſq̃ miraculo ꝯtrariis orbitis tanta mora temporis remeat ſol/ miro atq̃ inſoli
to curſu motũ illũ ãnuum varia temporũ dimẽſione cõſtantẽ intra decem horarũ ſpacium
cõtrahit/ ipſũq̃ totũ rurſus intra decẽ alias nouam quandã tenẽs ſemitã ꝯficit. hoc ꝓfecto
miraculũ babylonios tũc merito terruit: et abſq̃ pugna Ezechie (vt q̃ deo putaret̃ eq̃lis:
ac mortalibus ceteris virtute preſtare) ſubiecit. omitto que in egypto magnifice ꝯtigere: et R
alia quedã ſigna alibi diuinit⁹ facta. Sola hec memoro que cõmunia ſũt/ atq̃ celeſtia: ⁊ or
bi toti/ atq̃ om ibus nota. Sed forte dicturus appolophanes eſt: hec vera non eſſe. Ac iſtõ S
q̃dẽ ꝑſarũ/ ſacerdotũ monumẽtis reſeruata hiſtoria ꝯtinet. magiq̃ nũc vſq̃ triplicis mitri
id eſt ſolis memoriã celebrãt. Verũ liceat illi ſane his ꝑ ignorãtiã/ ſiue per heſitationẽ: fidẽ
nõ accõmodare. Age itaq̃ illũ rurſus aggredere. Quid de illo q̃ tēꝑe crucis dñice factus
eſt ſolis defectu: dicturus es? Eram⁹ tũc ambo apd̃ heliopoli: amboq̃ ſimul incidẽtem mi T
rabilit̃ ſoli lune globũ notabamus (non eñi eiuſce ꝯiũctionis: tũc aderat temp⁹) ipſãq̃ rur
ſus ab hora nona ad veſperã ad ſolis diametrũ ſupra nature vires reſtitutã. In mẽoriã au=
tẽ illius reuoca ⁊ aliud q̃dã. nẽpe eñi (vt ipſe nõ ignorat) eã lune icidẽtiã ab oriẽte cepiſſe/
et vſq̃ ad ſolaris corꝑis finẽ ꝑueniſſe: ac tũ demũ reſiliſſe notauim⁹. Neq̃ vero eadẽ ex ꝑte
vt aſſolet: ⁊ incidẽtia illa ⁊ repurgatio facta ẽ/ ſed ex aduerſo diametri. Hec ſũt que tũc tẽpo
ris ꝯtigere naturã ꝓfecto ſuꝑantia/ ac ſoli chriſto poſſibilia: q̃ autor eſt omniũ/ facitq̃ ma= V
gna et ſtupenda/ quorũ nõ eſt numer⁹. iſta illi (ſi licuerit) dicto. Ea ſi potes appollophanes
argue. nẽpe eñi preſens vna tecũ affui/ vnaq̃ aſpexi/ ac diiudicaui omnia: dignaq̃ ſũ admi
ratiõe ꝓſecut⁹. Deniq̃ tũc neſcio quo afflatus ſpiritu ad diuinationẽ quoq̃ ꝓrupit appo=
lophanes. atq̃ ad me ꝯuerſus/ he (inq̃t) O p̃clare dionyſi diuinarũ ſũt viciſſitudines rerũ.
iſta interim ꝙ̃tum epiſtolaris patiebat̃ anguſtia: dixiſſe ſufficiat. Potes autẽ ipſe ea etiam
ſupplere q̃ deſunt: ac deo ꝑfecte offerre hominem cõpluribus in rebus ſapientem. fortaſſe
non dedignabitur: mãſuete/ atq̃ humilit̃ diſcere ſapiẽtiſſimam religionis noſtre veritatẽ.

¶ Septime epiſtole ſcholia.

¶ Argumentum. Scripſit Polycarpus Smyrneorum epiſcopus ad beatiſſimũ patrem A
Appollophanem ſophiſtam (ſic enim eo tempore: ſapiẽtem/ aut qui illa opinione duccre=
tur inflatus appellabant) in eum cõuicia/ et maledicta intorquere. Eius obiecta omni cum
modeſtia purgat ſanctiſſimus pater: et modeſtiſſime/ veriſq̃ eum non obiurgans/ non cõ=
uiciis inceſſens/ cõuicit argumentis/ ⁊ que Apollophanes refutare nõ poſſit. et pro viri cõ=
uiciis: illum toto mentis affectu/ totis precordiis a falſitatis errore ad veritatis lumẽ/ a de=
uiis mortis (in quibus Appollophanes ut intorta funda excuſſus dedebatur/ deuolueba=
turq̃ in preceps) ad veram vite viam reuocare cõtendit. ut quẽ in ſecularibus ſtudiis ſoda=
litia amicitia olim coniunctũ habuerat (erant enim ſimul ſodales in egypto in vrbe Helio=
poli/ que ſolis ciuitas appellatur/ cum terrificus ille et mundo inauditus ſolis defectus paſ
ſionis Chriſti contigit tempore: et ambo ſimul mirificum/ et ſupra naturam admirati ſunt
portentum) ut inq̃ haberet et in regeneratione eterne vite/ et fratrem/ et ſocium. Fieri enim
non poterat: ut in ſacro pectore (quod Jheſu amore/ et lege diuina flagrabat) quibuſcũq̃
etiã verborũ inſectatoriis iportuuitatibus fraterna extingueret̃ charitas/ et ut geminã/ ve=

ram/et perfectam nõ custodiret charitatem: ceteris christianis qui futuri essent/sue mode-
ste singulare benignitatis exemplum relinquens.

M ¶Et ab ipso beatissimo Paulo/sapientia dei appellatur. Epistola ad Corinthios prima Ad corin.2.
cap. secūdo. Sed loquimur dei sapientiam in mysterio/que abscondita est: quam predesti
nauit deus ante secula in gloriam nostram. quam nemo principum huius seculi cognouit.

N ¶Qui ut sacra testantur eloquia. In Daniele legitur cap. secūdo. Sit nomen domini be- Daniel.2.
nedictū in secula/et vsq in seculum. quia sapientia et fortitudo eius sunt: & ipse mutat tem-
pora/et etates: transfert regna/atq constituit.

O ¶Quandoquidem sol et luna per summā vim/statu omnino mirabili. Hoc grande osten-
tum Josue cap decimo legitur. Tūc locutus est Josue domino/in die qua tradidit amor- Josue.10.
reum in conspectu filiorum israel: dixitq eis. Sol cōtra Gabaon ne mouearis: et luna cō-
tra vallem Hailon. steteruntq sol et luna: donec vlcisceretur se gens de inimicis suis.

P ¶Erit autem profecto maius atq mirabilius. Hoc dicit beatissim⁹ pater: propter primū
mobile: cuius rapaci vertigine/omnes inferiores celestes globi pariter rapiūtur. quod cū
id mirabile signum de Sole et Luna sub Josue factum est: nichilominus tamen suum cur
sum solita celeritate peragebat/pariter et firmamentum/et alij globi errantium siderum. et
id quoq miraculum adauget. tantum enim per spiritum/Josue insidentem dictum est: sol
contra Gabaon ne mouearis/et luua contra vallem Hailon.


Q ¶Et cum item alia quedam dies perpetuo lumiue triplo ferme q̄ solet. Jd signū sub Eze 4 Regum 20
chia rege iuda factū quart⁹ Regū cap. vicesimo memorat. Ait Ezechias: facile est vmbrā
crescere decem lineis. nec hoc volo vt fiat: sed reuertatur retrorsum decem gradibus. inuo-
cauit itaq Esaias propheta dominum: et reduxit vmbram per lineas quibus iam descen-
derat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus. Et ex historia intelligitur quālibet
lineam/atq gradum: horariam moram designasse. et diem artificialem (que mora est solis
supra finitorem circulum) tunc paulo amplius q̄ decem horarum fuisse. et iam sole sensim
ad occasum deuergente (Esaie prophete sancta imprecatione facta) decem aliis horis ver-
sis habenis solem relapsum ad ortum. et ab ortu denuo decem aliis horis solita perambu-
latione motum reuocasse ad occasum. vnde fit vt cum sol primitus supra finitorem circulū
decem horas processisset/et decem horas reciprocauerit/retrocesseritq ad ortum/et rur-
sus ab ortu ad occasum decē horis regressus sit: ea artificialis dies/ferme tripla q̄ esse de-
buerit inuenta sit. Et q regi Babyloniorum de Ezechia auditum sit: nulli dubium esse de-
bet id omnibus seculis narrandum miraculum/cum tunc non latuisse. et non modo nō la-
tuisse: sed et mirum in modum attonitum reddidisse. Neq enim ad Ezechiam munera cō
gratulatoria misisset: nisi ipsi de miranda eius sanitate constitisset. ut eodem in loco quarti 4 Regum 20
Regum deinceps legitur. Jn tempore illo (inquit) misit Merodach Baladan/filius Ba-
ladan rex Babyloniorū litteras/et munera ad Ezechiā. audierat enim q egrotasset Eze-
chias. letatus est autem in aduentu eorum Ezechias: et ostendit eis domū aromatū/& au-
rum/et argentum/et pigmenta varia/vnguenta quoq/et domum vasorum suorum/et oia
que habere poterat in thesauris suis. non fuit quod non monstrasset eis Ezechias in do-
mo sua/et in omni potestate sua.

R ¶Omitto que in egypto magnifice contigere/& alia quidem signa. Jd partim dicit ꝓpter
signa facta in egypto diuina virtute per Mosē sub Pharaone. ut Exodi cap. septio. Vir- Exodus.7.
ga mosis cōuertitur in colubrum. percusse aque vertuntur in sanguinem. cap. octauo. oia Exodus.8.
rane fedant. cyniphes homines/et iumenta perurgent/et perdunt. musce grauissime gen-
tem/et animalia ad lethum infestant. cap nono. Omnia egyptiorum pecora moriūtur. vl- Exodus.9.
cera/et tumētes vesice: corpora egyptiorū tabe resoluūt. oia in agris horrēti/et vago fulmi
ne/grādine q ꝑcussa intereūt. Et cap. decio. Locusta/et brucus: q̄ ex grādine supfuerāt/ra Exodus.10.
dicit⁹ erodūt. tenebre horribiles tota i egypto facte sūt. Et cap. duodecio. Trāsiēs angel⁹
oē priogenitū egypti ab hoīe ad pecus ꝑcutit. Et alia qdē signa dicit ꝓpter muros hieri Exodus.12.
cōtij q̄ ante Josue corruerūt. ꝓpter signa facta Gedeoni/& eiusmodi talia: q̄ facile ē iuis ex

locis requirere.

¶ Ac istud quidē Persarum sacerdotum monumentis historia continet. Mirum ꝓfecto S
et spectaculo dignum/ beatum patrem annales/ historiasq; Persarum ac Babyloniorum
(vt eorum sacerdotes reponere solebāt) percalluisse. neq; eorum peregrinam linguā iden=
tidem ipsum latuisse. Et hoc in loco peregrino/ persicoq; vocabulo mithri vtitur: quo Per
se et Babylonij solem (ut vetus scholium habet) denotant. Quod et Strabo libro decimo
quinto testatur. Perse (inquit) nec statuas/ nec aras erigunt. Celum Jouem putant. colunt
Solē/ quē mithrā vocāt. Neq; hic referat an mithros/ an mithras/ an vtrūq; dicat. Et q̄a
dies que ab astrorum peritis (vt dictum est) appellatur artificialis: fere in mora/ ac durati=
one triplicata fuit: ideo ait triplicis/ triplicatiq; solis Persas celebrare memoriam. Uisus
est enim eo die quo Ezechie regi celitus datum est signum: sol per decem horas ad occa=
sum procedere/ ⁊ per decem horas ad orientem regredi/ et rursum per decem horas ad oc=
casum denuo tendere. quasi triplices illo die sol fixerit stationes. Et admodum verisimile
est beatissimū patrem linguarū munus (vt discipuli et apostoli) accepisse. nam hic ipsū vi=
des neq; Babyloniū ignorare. Et cap. decimo quinto celestis hierarchie: secretas hebreo
rum interpretatur voces. ⁊ loquitur patrio sermone: non vt homo/ sed vt angelus. quē pro=
inde greci nūc magnum/ nunc angelum/ nunc celivolucrem appellant. et mittitur in Gal=
lias apostolus: et eius apostolatu reuera Gallia felix. Sed quod apostolatus sui munus
exequi potuisset/ linguarū gratia nō donatus: profecto quantū quispiam nostrū in Jndi=
am profectus: sed Jndice lingue ignarus. Et nostre fidei initia longe ammirabiliora fue=
re: q̄ȝ nostre mentis paruitas concipere sufficiat. Uerum nobis ipsis multa infirmorū mo=
re supra vires nostras arrogamus: neq; tanta vnq̄ȝ nobis persuadere poterimus/ quin mul
to plura/ et excellentiora in veritate prefuerint. et hoīes illius/ et huius tēporis (de spiritali=
bus loquor) ita plane differre videtur: vt angeli ab hoībus/ et immortalia a mortalibus.

¶ Age ita illū rursus aggredere. Heliopolis solis ciuitas i egypto/ olim cultui solis dedi= T
cata. Ante mortem magnorum principium: solent interdum stupenda ostenta videri. sed ⁊
paulo ante mortem Christi saluatoris principis principum/ et magnorum maximi: quod
omnia superaret grande ostentum/ et supra naturam miraculum visum est. in stupenda il=
la deliquij solis nouitate: cuius et phlego gentilis/ et aphricanus in historiis suis memine
Marcus.15. re. sed et euangeliste: quorum fides longe supra omnem historiam. Marcus cap. decimo
quinto. Et facta hora sexta: tenebre facte sunt per totam terram vsq; in horam nonam. Et
Lucas.13 Lucas cap. decimo tertio. Erat autem fere hora sexta: et tenebre facte sunt in vniuersā ter=
ram vsq; in horam nonam. et obscuratus est sol: ⁊ velum templi scissum est in mediū. Tunc
Abachuc.3. videtur adimpletum oraculū abachuc. sol et luna steterūt in habitaculo suo: in luce sagitta
rum tuarum ibunt/ in splendore fulgurantis haste tue. Et beatissimus pater modū huius
eclypseos quo tūc attonito mundo innotuerit/ declarat diligenter: a reliquis scriptoribus
omissū. ¶ Esto itaq; sol a. luna b. diameter aspectus e f/ ab ipso sole ad solis oppositū pro=
tensa. c oriens. d occidens. g pars solis orientem respiciēs. h eiusdem pars que respicit oc=
cidentem. linea vero g h diameter disci/ corporisq; solis. luna decima quarta erat: in illa vi=
uifica Christi agni immaculati in lignea ara pro reparādo mundo immolatione. eratq; in
nota f ex diametro solem aspiciens. aliquādo enim luna ex sextante/ aliquādo ex tetrago=
no/ aliquando ex trigono: aliquādo vero ex diametro dicitur solem aspicere. Et ex diame=
tro: quando prorsus e regione solis collocata: tota illustrari/ et solaribus collucere flāmis
cernitur. Et erat tunc luna (vt dictū est) in f: sed ilico/ atq; repēte ad solem deportata vt pul
lam/ et mundo terrificam subito sumeret faciem. nec iniuria quidem: nam magnus mundi
sol patiebatur. eratq; illis in regionibus ferme hora meridiana. et aliter q̄ȝ assolet: ex parte
oriētali g solis cepit illa eclypsis. ⁊ ab g ad h vsq; ꝓgressa luna: totā solis lāpadē obscurare
visa ē. deinde ab h regredi ad g. ita vt cū īcepisset in g fieri solis obscuratio: nō ea ex pte pri
mū repurgatū ē deliquiū. sed ex pte occidētali h cepit sol primū repurgari: et se ex tenebris
iterato pādere mūdo/ mortaliūq; oculis. oppositū tamen ceteris in eclypsibus semper eue



nire solet. In omni namqꝫ eclypsi/solisqꝫ deliquio: lunā solem ex parte occidentis h ingre dit̃. nam motus lune naturalis/ ac proprius ab d per h c f demū recurrit in d. et semper ea pars que primū obscurata est: primitus repurgari solet/ efficiqꝫ conspicua. id autē totū (vt miraculo nichil deesset) in hac mirifica/ et super naturā facta solis obtenebratione: apposi- tum euenit. intellecta igit̃ diametro corporis solis g h cepit ab g: ⁊ ex h opposito diametri vnde cepit puncto/ restitutio et repurgatio facta est/ cepitqꝫ resilire. et hec ingressio lune in solē et regressio (quam resilitionē vocat) ab g in h et h in g: ab hora sexta ad horam nonam hoc est illis in orientalibus regionibus a meridie ad tertiā post meridiem horā: Parhisijs vero vbi hec deo et diuino Dionysio adiutoribus scribimus fere ab hora nona que tertia est ante meridiē/ ad horam meridianā) protensa durauit. Sed sole sub occasum ad vesperā deuergente/ mundi solita series restituta patuit: et luna e solis opposito sua iam retinens lo ca plena face illustrari. vt nouū miraculū de subita lune ad aspectus diametrū restitutione et Dionysiū/ ⁊ Apollophanē et vbiuis gentiū/ mortaliū oculos āmirabundos detinuerit. Que profecto naturā superantia signa (vt diuinus notat pater) soli Christo possibilia sunt

qui autoꝛ eſt omniũ:facitqꝫ magna et ſtupenda quoꝛũ non eſt numerus.
¶ Facitqꝫ magna et ſtupenda quoꝝ nõ eſt numerus. Serio alludit beatus pater ad id iob a
Job.5. cap.quito. Qui facit magna ⁊ inſcrutabilia/ ⁊ mirabilia ſine numero.
¶ Demophilo monacho de benignitate epiſtola. VIII.
Ebꝛeoꝛũ tradit hiſtoꝛia animoſe demophile/ etiã ſanctũ illũ virũ Moſem exi= x
h mie manſuetudinis merito:diuina amicitia/et familiaritate dignatũ. Ac ſi quã= y
do ipſum diuino aſpectu excidiſſe cõmemoꝛant nõ id ei pꝛiuſqꝫ a manſuetudine
defecerit contigiſſe deſcribunt. ſed cũ aliquando nimiũ inſoleſceret et cõſiliis obſiſteret di= z
uinis:iratus eſt inquit furoꝛe dñs.cũ vero ipſum diuinis meritis/ atqꝫ a deo indultis hono
ribus facit illuſtrem:ex ea ĩpꝛimis excellẽti/ ac diuina pꝛoꝛſus ſũmi boni imitatione cõcele
bꝛat. Erat enim inquit manſuetus valde.atqꝫ ideo dei famulus dicit̃/digniorqꝫ pꝛophetis z
oĩbus:cui deus viſionis ſue gratiã largiret̃. Sed et cũ aduerſus eum et Aaron pꝛo pontifi= a
catus honoꝛe ac pꝛincipatu gentis/ impꝛobi quidã atqꝫ impudẽtes pꝛoterue contenderẽt
omni honoꝛis ac pꝛimatus ambitione ſuperioꝛ fuit:parat⁹ quidẽ cuicũqꝫ deus decreuiſſet
populi gubernacula credere. Uerũ vbi inſurgere in eum ceperant/pꝛioꝛaqꝫ expꝛobãdo mi
nari/et iam ferme in opus crũpere:mitiſſimus ille deum quidẽ in ſalutẽ iclamauit: magna
vero conſtantia/ ſingulariqꝫ modeſtia cõteſtatus eſt: ſe inſontẽ eſſe calamitatũ omniũ que
ſubditis obueniſſent. Nouerat enĩ opoꝛtere eum/ qui deo bono familiariter iungit̃: ꝙ̃ ma=
xime conari ei pꝛo viribus ſimillimũ fieri/ac pꝛeterea ſibi eſſe bonoꝛũ operũ conſciũ. Quid b
vero dauid quoqꝫ illũ dei parentẽ fecit diuina amicitia dignum? Nempe cum eſſet bonus/ c
atqꝫ eſſet in hoſtes benignus:iueni (inquit ille ſũme bonus/ ac benignitatis amatoꝛ) homi
nẽ ſecundũ coꝛ meũ. Pꝛeceperat et diuinitus indulta lex: ipſa quoqꝫ inimici iumenta non d
negligi. Job quoqꝫ vt inocentie tenax:iuſtificari pꝛomeruit.et Joſeph fratrũ inſidias in ſe
vlciſci noluit. Abel itidem ſimplici animo et abſqꝫ ſuſpitione vlla:cum fratre parricidiũ ge
ſtiẽte pergebat.omnes deniqꝫ theologia pꝛedicat bonos/ qui mala antea nec cogitare nec e
facere noꝛunt: ſed ne aliena quidẽ malicia a bonitate decidunt.imo contra: penitus ad di=
uine bonitatis imaginẽ malos quoqꝫ/ bonos efficere curãt.effundenteſqꝫ in eos omnia be=
nignitatis viſcera:ſenſim eos etiã ad ſimilia pꝛouocant. Uerũ ad altioꝛa ac dignioꝛa fera=
mur. Non ſanctoꝛũ viroꝛũ mãſuetudines/non angeloꝛũ:pꝛe ſe ferentes boni ſpeciem ho=
mines amantiũ/ euidentiſſima benignitatis ⁊ pꝛopenſioꝛis in eos ſtudij indicia/enunciare
intendimus:vt ſcilicet illi gentibus miſereant̃/ac pꝛo ipſis diuine bonitati offerant pꝛeces/ f
pernicioſaſqꝫ ac perditas multitudines increpent/ et malis noſtris condolentes: coꝛũ ſa=
luti leti congaudeant qui ſe ad melioꝛa cõuertunt.et queqꝫ alia que de beneficis angelis di
uine littere tradunt.ſed his omibus obmiſſis Chꝛiſti (qui vere ac ſupꝛeme bonus eſt) bea=
tiſſimos radios alto coꝛde in ſilentio excipiamus:et ab ipſis illuſtrati/ad diuina eius/ ⁊ be=
nigniſſima opera cõtuenda pergamus. An non ineffabilis/ incõpꝛehẽſibiliſqꝫ bonitatis:
ꝙ que non erant ſubſiſtere voluit/et ꝙ ea omnia ad eſſe pꝛoduxit? ꝙqꝫ omnia item ſemper
ſimilia ſibi/pꝛo cuiuſqꝫ captu euadere cupit:ſuiſqꝫ cõmunicare muneribus? Quid? ꝙ a ſe g
auerſos ac reſilientes amatoꝛie ſequit̃/ contenditqꝫ ac depꝛecat̃:ne ſe deſerant ij quos tãta
vi amoꝛis inquirit. Quid? ꝙ deliciis quoqꝫ reſolutos/ac per id redire differentes/ ⁊ eos fru h
ſtra inſimulantes:benigniſſime tolerat/rationẽqꝫ reddere per ſe ipſe dignat̃/imo ⁊ pꝛomiſ
ſionibus releuat/ blanditiiſqꝫ demulcet. Cumqꝫ adhuc pꝛocul ſint qui ad ſe redeũt/letus oc
currit:atqꝫ obuius fit/et totus totos cõplexus oſculat̃/nec pꝛioꝛis illos auerſionis culpat.
verũ pꝛeſenti cõuerſione ꝯtentus:et diem feſtũ agit/et conuocat amicos:eos ſcilicet qui ſi=
gulari benignitate ſunt pꝛediti/vt ſit oĩm letãtiũ habitatio. At vero demophilus et quiſqꝫ
alius ſi aduerſet̃ bonis:iuſte omnino coꝛripit̃.edoctuſqꝫ quid ꝯgruat: bonus efficit̃. Quo
modo enĩ (inquit) nõ opoꝛtuit eum qui bonus eſſet:de eoꝛũ qui periſſent ſalute/ ⁊ qui moꝛ
tui eſſent vita/letari? Deniqꝫ et ſuper humeros attollit ouẽ vix ab erroꝛe cõuerſam:⁊ beni= i
gnos angelos ad leticiam excitat. Jngratis quoqꝫ clementiſſime vtit̃: et oꝛiri facit ſolẽ ſuũ k
ſuper bonos et malos/ atqꝫ ipſam animã ſuã pꝛo auerſis a ſe/ ac refugientibus ponit. Tu l

vero vt tue littere indicāt/ procidentē sacerdoti impiū (vt ais) atq̃ peccatorē: nescio quo pacto contra discipline ordinē astans calce abiecisti/ ac repulisti. cū ille quidē verecunde (qd̄ oportuit) fateref se ad peccatorū remedia querenda venisse. neq̃ exhorruisti insuper et sacerdotem optimū/ lacerare cōuiciis: miserabilē eū dicens qui penitentē/ atq̃ impiū iustificasset. Ac tandē exi inquiēs sacerdoti/ cū similibus tuis. contra fas omne irrupisti in adyta: et sancta sanctorū prophanare ausus es. et scribis nobis te sancta cum violanda essent/ sūma cura/ prouidentiaq̃ seruasse: eaq̃ hactenus illibata custodire. Nunc ergo quid ipsi sentiamus: attende. Nefas est sacerdotē a ministris (qui te superiores sunt) atq̃ a tui ordinis viris iudicari/ etiā si impius in diuina esse videaf/ etiam si quid aliud ex iis que interdicta sunt egisse deprehenditur. Nam si distinctiones/ ordinesq̃ cōfundere: sacratissimas dei sāctiones/ et iura transgredi est. omni profecto ratione caret: dei causa peruertere traditū diuinitus ordinē. Neq̃ eni in se ipsū: dei sermo diuisus est. alioqui quomodo ipsius staret re

M gnum? Et si dei est iudiciū (vt sacra eloquia testantur) sacerdotes autē angeli sunt/ diuinorū iudiciorū continuo post pontificē magistri: ab ipsis tu diuina cōgrue/ ac suo ordine per medios ministros cū tēpestiuū fuerit disce/ per quos etiā cultor esse meruisti. An vero nō hoc ipsum sacra signa proclamant? neq̃ eni sancta sāctorꝫ simpliciter oibus sūt inaccessa: verū his appropinquat magis pontificū sacra distinctio/ deinde sacerdotū ordo/ quos deinceps et ministrorū sequitur gradus. Porro iis qui cultores sunt ordinati: adytorū porte segregate sunt/ iuxta quas et initiantur ⁊ astant. nō ad custodiā: sed vt ordinē recognoscant suū. sūtq̃ ipsi populo propinquiores: q̃ ij qui sacra administrant. ⁊ q̃ populus ipsis quoq̃ sacerdotibus magis accedentes. vnde et sacrorꝫ sanctus ordo/ sacerq̃ principatus/ eos diuina pcipere sacre instituit: aliis quidē q̄ intra adytorū valuas sūt/ sacrorū āministrationē concedens. nam ij qui diuinū (vt expressius dixerim) altare circunstant: diuina intuentur/ atq̃ audiunt aperte sibi reuelata. procedentesq̃ benignissime ad exteriora sacrorū velaminū subiectis cultoribus/ et sacro populo/ et iis qui purgātur ordinibus sacra mysteria pro meritis pandunt. Que profecto rite imaculata tam diu seruata sunt: quoad ipse tyrannice nimiū in ea irrupisti/ sanctaq̃ sanctorū ⁊ quidē nolētia/ tibi publicari coegisti. Et post hec haberi abs te sacra/ atq̃ seruari dicis: cū ea neq̃ videre/ neq̃ audire merueris/ neq̃ aliq̄d habeas sacerdotio dignū. Sicuti ne veritatē quidē scripturarū nosti: cū eas quotidie sermōe īpugnes ad subuersionē audientiū. Nempe enim si quis nō permissū sibi a rege principatum gentis/ vsurpare tentasset: iustissima in eum pena deseuiret. Idem quoq̃ putaretur si principe quempiam vel absoluente vel dānante: nonnullus ex astantibus subditis presumeret latam a dn̄o retractare sententiā. et ne id modo: verū et dominū afficere iniuriis/ pulsare/ atq̃ ex īperio deturbare moliretur. An vero tu homo tam audax ac temerarius es: aduersus mitissimū atq̃ optimū virū/ sacratissimāq̃ ipsius functionē/ ⁊ sacerdotalis dignitatis iura? Et hec quidē nos oportuit dicere: cum quis supra merita ac dignitatē suā ausus/ aliqua presumpsit attentare: que tamen nō indigna viderentur. nam neq̃ hoc cuiquā om-

N nino fas est. Quid eni quod non cōueniret fecit Ozias: incensum offerens deo? quid item saul victimas faciens? quid violenti nimium demones: cum Jhesum dei filium verissime

O predicarent? Sed profecto a theologia omnis alienus/ interdicitur episcopus. vnusquisq̃

P enim ministerij sui ordinem seruare debebit. solusq̃ pontifex semel in anno ingreditur in sancta sanctorum: et hoc seruata diligēter omni (quā lex precipit) mūdicia pontificali. Sa-

Q cerdotes autē sancta circūtegunt/ et leuite sancta non tangunt: ne moriātur. ⁊ iratus est furore dn̄s: contra Ozie temeraritatē. et maria lepra respergitur: que legifero fratri legē co-

R natur imponere. Et super filios Ceue insiliere demonia. et nō mittebam eos (inquit) et ipsi currebant: et non loquebar ad illos/ et ipsi prophetabant. et impius qui michi īmolat vitulū: sicut qui occidit canem. Atq̃ vt sūmatim dicā: eos nō tolerat qui diuina peruertūt/ perfecta illa dei/ supremaq̃ iusticia. dicentibusq̃ illis in nomine tuo virtutes multas fecimus: respondet nescio vos/ recedite a me omnes operarij iniquitatis. Nefas itaq̃ est (vt diuina testantur eloquia) ea etiam que iusta sunt: non secundū dignitatē/ meritaq̃ exsequi. ceterū

Cōfessio hic et penitentie sacramentū intelligif

Hic sortilegi magi/ venefici/ incantatores/ diuinatores adiuratores/ ⁊ id genus maleficorū dānanf.

Argumentū demophili.

debet sibi quisq; cautius intēdere: vt non sublimia et que se altiora sūt sapiat, solaq; ea meditari: que sibi pro meritorū modo credita sunt. ¶ Quid igitur inquis nō oportet sacerdotes qui vel impie, vel perperā aliquid facere deprehensi fuerit, corrigi? solisq; licebit gloriantibus in lege: per preuaricationē legis deum inhonorare? Et qua ratione sacerdotes: p̄dicatores dei sunt? quo eni pacto diuinas populo virtutes enunciant: qui nec earū vires penitus norunt? Aut quomodo illuminabunt alios: qui ipsi sunt tenebris obsiti? Quomodo item diuini spiritus gratiā prestabunt: qui neq; an sit spiritus sanctus habitu, atq; veritate

Satiffactio sanctissimi patris.

crediderunt. ¶ Ad hec tibi ipse respondeo. nō eni inimicus demophilus est: nec patiar te circūueniri a sathana. Unusquisq; profecto circa deum astantiū ordo: sacratior est, magis absistente, atq; diuinior, et lucidiora simul sunt, vimq; illuminandi seruantia maiorem: que vero lumini magis sunt propinquantia. Neq; localiter accipias velim huiusmodi propinquitatē: sed secundū idoneitatē qua ad deū recipiendū sunt accōmodatiora. Si igitur que illuminat, sacerdotū est sancta distinctio: proculdubio ille a sacerdotali ordine et virtute oīno prolapsus est, qui illuminans nō est, multoq; sane magis qui neq; illuminatus est. Atq; vt michi quidē videtur audax nimiū huiusmodi est: si sacerdotalia munia sibi assumit. neq; metuit, neq; veretur: ea que sunt diuina preter meritū persequi. putatq; ea latere deum: quorum sibi ipse conscius sit. et se deū fallere existimat: quē falso nomine appellat patrē. audetq; scelestas blasphemias suas (neq; eni preces dixerim) sacris aris inferre, easq; super signa illa diuina ad Christi similitudinē dicere. Non est iste sacerdos, nō est: sed infestus, atrox dolosus, illusor sui, et lupus in dominicū gregem ouina pelle armatus. Ac demophilo fas nō est: ista corrigere. Nā si diuinus sermo iusta iuste prosequi iubet (iuste vero prosequi, est vnicuiq; quod suū est pro meritis reddere) iuste hoc omnis prosequi nō preter suū meritū aut ordinem debet. Namq; et angelis iustū est, officia secundū merita diuidi: vt et profecto diuisa sunt. verū hoc illis non a nobis O demophile: sed per illos nobis ex deo et ipsis quoq; per superiores angelos. Atq; vt breuiter dixerim: in oībus que sunt, per prima secundis a dispositissima omniū ac iustissima prouidētia, iusta pro meritis tribuūtur. vt ij quidē quos deus preesse aliis statuit: inferioribus, atq; subiectis scdm merita tribuāt. Uerū eni demophilus ire, et cōcupiscentie: ratione moderetur, eisq; secundū merita tribuat. neq; suum violet ordinem: sed regat subdita supereminēs ratio. Nam si cū forte in foro aspicimus famulū dn̄o seniori adolescētulū, siue etiā filiū patri maledicere, simulq; impetu facto plagas inferre: pietatē violare videmur, nisi accurrētes prestātioribus opem ferre studeamus, quātūlibet illi fortasse prius perpessi iniuriā sint. cur queso nō erubescimus q̄ rationē ab ira et cōcupiscētia violari et a tradito sibi diuinitus pricipatu deiici videmus, atq; negligimus: et iter nos ipos impiā et iniustā temeritatē ac seditionē, cōfusionēq; excitamus. Merito sane noster S
a deo nobis indultus legifer: ecclesie dei, prefici prohibet eū qui domui sue catenus nō bene prefuerit. Qui eni seipsū regere nouit: et alterū reget. qui alterū, etiā domū: et qui domū ciuitatē quoq;, et qui ciuitatē etiam gentē. atq; vt sūmatim dicam iuxta veritatis vocē: qui in modico fidelis est, et in multo erit fidelis. et qui in modico infidelis: et in multo quoq; infidelis erit. Ipse igitur concupiscentie, et ire, atq; verbo: congrua iure tuo impartire. tibi autē venerandi ministri moderentur, ministris sacerdotes, sacerdotibusq; pontifices: atq; illis ipsis apostoli, apostolorūq; successores cōuenientia dictent. At si qui forte et inter ipsos a recto tramite deuiarit: is ab equalibus atq; sui ordinis sanctis corrigatur. vt non ordo in ordinem ruens cuncta permisceat: sed vnusquisq; in suo ordine, suoq; officio maneat. Ista tibi interim iccirco dixerimus: vt et scias, et facias que tui muneris sunt. Porro de illa in virū (vt tu ais) impiū ac perditū imanitate: nescio quo fletu plāgam contritionē dilectissimi mei. Cuius eni te arbitraris a nobis cōstitutū esse cultorem? nisi eni illius sūme boni cultor es: pfecto et a nobis et ab omni nostre religionis cultu alienus sis necesse est. iāiāq; tibi ex hoc deus inquirendus est alius, et alij sacerdotes: vt apud illos efferceris potius q̄ pficiaris, sisq; amice crudelitatis minister atrox. An eni et nos ipsi ad supreme sāctitatis imaginē

perfecti sumus? aut non in nobis ipsis diuine clementie largitate indigemus? An vero iu-
xta diuinas litteras: peccatũ duplex impiorũ more peccamus/ dum et nescimus in quibus
offendimus/ insuper et nos ipsos iustificare presumimus/ putamusq; nos videre cũ reuera
minime videam⁹. Obstupuit celũ super hoc/ et exhorrui ego/ michiq; ipsi vix credo: ac (id
ipsum bene scias velim: nisi tuas legissē litteras (quas vtinam nũq̄ vidissē) nemo vnq̄ per-
suasisset (quicunq; michi hec de te persuadere moliret) vt ad credendũ adductus essem de-
mophilum non arbitrari deum super omnia bonũ/ ac benignũ esse: seq; putare ipsius mise-
rantis/ ac saluantis gratia non indigere. imo et sacerdotes abrogare: qui promeruerũt bo-
nitate precipua plebis ignorãtias portare et nõ seuere corripere/ sed eis deũ propiciũ fa-
cere: non ignorantes q̄ ꝛ ipsi circũdati sunt infirmitate. Sed profecto diuinus ille ac sũm⁹ De dño saluatore nostro.
y pontifex/ altera ingressus est via: idq; cum (vt sacra testant̃ eloquia) a peccatoribus esset se-
z gregatus. Atq; hoc eximie in se dilectionis argumẽtũ capit: si oues eius modestissima gu-
bernatione pascamus. et nequã eũ appellat qui cõseruo nõ dimiserat debitũ/ neq; illi indul-
te sibi largissime bonitatis ne minimã quidẽ tradiderat portionẽ. Atq; ideo in illum intor-
quet iustam omnino sentẽtiã vt (quod michi ac demophilo valde metuendũ est) ab eo que
rr semel fuerãt repetant̃. Nempe eni et iis qui impias in se manus iniecerãt in ipso sue passio
ss nis tempore: veniã a patre precabat̃. discipulos item corripuit: q̄ persequentes se samari-
tanos vt impietatis cõdemnaret/ optauerãt. Hoc sane illud est quod imprudenti illa ꝛ pro
lixa nimis ep̄l'a tua inculcas et replicas: q̄ scilicet nõ teipsũ/ sed deum vltus es. Dic oro te:
tt per maliciã/ eum qui sũme bonus est vindicas? absit. Non habemus põtificẽ qui compati
vv non possit infirmitatibus nostris: verũ et innocens/ et misericors est. Non contendet neq;
clamabit: ꝛ ipse est mitis/ et ipse propiciatio est pro peccatis nostris. non itaq; suscipiemus
xx iprobos conatus tuos/ ne si milies quidẽ phinees atq; heliam te dicas emulari. hec eni mi-
nime ꝓbauit Jhesus: cũ ea sibi discipuli/ mitis ac benignissimi spirit⁹ eatenus rudes/ igna
riq; suggererent. deniq; et sacratissimus noster institutor: in mansuetudine docendos ad-
monuit eos/ qui doctrine dei aduersarent̃. doceri quippe ignaros decet: nõ suppliciis affi
ci. sicuti et cecos non cruciamus: sed ad manũ ducimus. contra vero tu respirare in lucem
inchoanti viro: ictum in caput impingens emergendi facultatẽ adimis/ accedentẽq; sũma
cum verecũdia/ repellis audacter. hoc igit̃ ingentis horroris est: q̄ is quẽ christus sũme bo
nus errantẽ in montibus requirit/ fugientẽq; reuocat/ et vix repertum sacris humeris reue
hit/ abs te affligit̃/ repudiat̃/ abiicit̃. ne queso tã male nobis ipsis consulamus: neq; gladiũ
in nos ipsos impellamus. Nam ii quidẽ qui alios violare iniuriis/ aut beneficiis fouere ni-
tunt̃: cum illi forte que voluerint facere nequeant sibi tamen aut maliciã secundũ proposi-
tum/ aut bonitatẽ consciuere. Atq; ideo euadunt aut virtutibus diuinis: aut atrocitatibus
inhumanis pleni. et ii quidem angelorum sanctorum sectatores et comites/ et in presenti
et in futuro seculo cum omni pace liberati a malis oĩbus: beatissima requie in perenni vi-
ta/ perpetua hereditate potiẽt̃/ et (quod bonorũ omniũ maximũ est) cum deo semper erũt.
Porro ii qui a diuina simul/ ac sua pace deciderunt: ꝛ in vita ꝛ post mortẽ cũ imitibus/ atro
cibusq; demonibus futuri sũt. Cuius rei gratia nobis sũmo studio curandũ est: vt bono in-
hereamus deo/ simusq; cũ dño semper: et non cũ malis occulto illo/ iustissimoq; iudicio se-
gregemur/ atq; ex nobis ipsis penas debitas subeam⁹. Quod ego maxime omniũ timeo:
malorũq; omniũ exors esse/ et cupio et oro. Ac (si vis) diuinã quoq; sancti cuiusdã viri visio
yy nem memorabo. ¶ Cũ aliquando in Cretã venissẽ: sanctus carpus me suscepit hospicio: Visio Carpi
vir ob eximiã animi mundiciã ad dei speculationẽ vltra ferme omnes aptissimus. Deniq; sancti viri de
nunq̄ sancta mysteria celebrare cepisset: nisi prius inter eas preces (que antea cõsũmant̃) benigitate ie
sacra illi/ ac propicia visio apparuisset. hunc igit̃ (vt ipse referebat) infidelis quispiam con- su amatoris
tristarat aliquando. Erat autẽ causa tristitie: q̄ ille quẽdã ab ecclesie fide/ ad impietatẽ er- vite.
roris abduxerat. Cunq; eius celebritatis (quam vulgus ilarias vocat) agerent̃ dies: qui de
zz buerat pro vtrisq; benignissime orare/ atq; dei saluatoris auxilio alterũ ab errore cõuerte-
re: alterũ bonitate superare. nec desistere quin eos ammoneret per omnẽ vitã: donec penitẽ

tie tempus superesset. et ita eos ad dei cognitionē attrahere: vt iam tandē et que illis erant ambigua/ et obscura patescerēt. et ab iis que preter rationē audacter admiserant: resipiscere legittima seueritate cogerent. nescio quo pacto (cū intra se metipsū id antea passus non esset) tunc vehementē indignationē/ atq; amaritudinē imbiberat animo. Sic itaq; affectus obdormiuit: erat enim vespera. Circa vero mediā noctē/ quo tēpore cōsueuerat ipse semper apud se ad diuinos euigilare hymnos: expergiscit quidē ⁊ surgit cū somnos parū quietos et crebro interruptos/ nec absq; perturbatione cepisset. stans tamē ad diuinā precem/ ⁊ collocutionē non satis intente: irrelegiose tristabatur. et ferebat grauiter: iniquū esse dicens/ si impij hoīes et qui vias dn̄i peruerterent rectas/ adhuc viuerent. Et hec dicens precabatur deum: vt amborū vitā turbine aliquo/ et fulmine prorsus extingueret. his dictis repente se vidisse referebat domū in qua cōsistebat: primitus vehementer agitari/ ac tū demū a sūmo culmine per mediū diuidi. ⁊ quēdam ante se ingentis luminis rogum/ eūq; (videbatur enī iam sub diuo esse locus) e celo ad se vsq; deferri. celū vero ipsū patere apertū conspiciebat: eiusq; cardini Jhesū insidere/ innumeris illi humana specie astantibus angelis. Et ista quidē vidisse: cū superne aspiceret/ et se esse admiratū memorabat. Ubi vero ad inferiora deflexit obtutus Carpus: ipsum quoq; solū instar vasti/ ac tenebrosi cuiusdā profūdi discissum se vidisse ait. Atq; viros illos (quibus mala imprecatus fuerat) ante se ad os illius profunde voraginis stare trementes/ ac miserabiles: et qui ipsa pedum suorū labilitate iam mergendi viderentur. Porro ab inferiori parte voraginis serpētes cernebat emergere: qui circa illorꝫ pedes ita instabiles ac nutātes/ interdū quidē in globum colligi et ingrauari vna/ atq; pertrahere: interdū vero dētibus et caudis/ ore/ gutture/ linguis ac toto corporis motu vim imensi pauoris viderētur incutere. vt qui modis oībus deorsū illos precipitare molirētur. fuisse autē et viros quosdā in medio/ qui contra eos vna cum serpentibus īpetum facerent: exagitātes vna/ et īpellentes/ atq; feriētes. videbātur autē illi lapsui proximi partim vi/ ꝑtim etiā īuiti/ partim etiā sponte: cū a malo sēsim et cogerētur simul/ et inducerētur Referebat autē Carpus se (dū inferiora aspiceret) fuisse delectatū/ atq; superiora neglexisse: grauiter autē ⁊ indigne ferētē ꝙ illi nec dū cecidissēt. ⁊ cū sepius eo desiderij ferretur impetu/ eosq; et ipse niteretur īpellere/ semperq; frustra moliretur: molestissime tulisse/ et contra eos īprecatum esse. Cū ecce vix tandē reuocatis ad superna luminibus: vidit celū sicuti ⁊ prius aspexerat/ Jhesūq; miseratū quod fiebat/ de celesti illa sede cōsurgentē/ ad eos vsq; descendere/ et porrigere clementissimā manū/ angelosq; vna opē ferentes/ aliunde aliū tenuisse viros/ ac dixisse Carpo Jhesū/ stanti porrecta adhuc manu: iam percute aduersum me. paratus enī sum etiā iterū pro saluandis hoībus pati: gratum michi istud est/ dum nō alij homines peccent. Tu autem inspice: an tibi vtile sit hanc istius profundi/ et cum serpētibus mansionem/ dei ac bonorum clementiumq; angelorum preferre consortio? Hec sunt que ego audita: vera esse credo.

¶ Octaue epistole scholia.

¶ Argumētū. Demophilus monach⁹ scripsit ad sacrū patrē Dionysiū: quo pacto cū impius quidā peccator/ desertor et apostata (vt dicebat) suo sacerdoti ante pedes vt recōciliaret/ vt iustificaret ꝓcidisset: calce apostatā duriter pulsauerit/ abiecerit/ repulerit. sacerdotē vero (ꝙ īpiū et iniustū cōtra Christi zelū iustificare ⁊ venia dignari voluisset) nō modo aspere obiurgatum esse verū et cū impius esset (vt qui impiis et iniustis indigne ignosceret) ex adytis deiecisse: vt cū suis similibus scelestis degeret. et sancta sanctorū cum violāda essēt sūma cura/ prouidētiaq; seruasse: eaq; hactenus custodire illibata/ et pro merito deiecto. sedere/ seq; statuisse sacerdotem: ⁊ multa sue superbe stoliditatis inculcauit argumēta. quam elatam impudentiā/ et impudentē elationē atq; superbiā consultissimus pater: admirando et diuino artificio prorsus elidit: et ita elidit vt pariter medeatur: nō modo Demophilo/ sed oībus venientis eui posteritatibus. et docet omnes fore vere humilitatis amatores: ⁊ diuine et ineffabilis in nos benignitatis imitatores. Et hec tota epistola potius in cordibus fidelium: q̃ in schedis/ et mēbranis scripta esse debet. Et q̃ plurimorū hac in epistola scitu di

gnissimoꝝ/et nostre super omnes piissime religioni accōmodatissimoꝝ āmonemur.ꝗ per scholia nō satis pro dignitate:sed vtcūq; poterimus suis in locis annotabimus.

y ¶Hebreoꝝ tradit historia O animose Demophile.O animose/o fortis/o generose De= Numeri.12.
mophile. Et id modesta ironia dictū intelligendū est. Historia vero hebreoꝝ in qua de benignitate Mosis legit liber numeri est cap.duodecimo. Erat eni (inquit) Moises vir mitissimus super oēs homines/qui morabant in terra. Ubi animaduerti haud incōsentaneum est hanc Mosis māsuetudinē/et tantopere cōmendatā benignitatē:non esse nisi vestigiū/et tenuē vmbrā benignitatis Christi veri legiferi/de sinu celestis patris ad terras ienarrabili benignitate/et que amplius eloqui non potest/demissi.

z ¶Sed cū aliquando nimiū insolesceret. Id numeri cap.vndecimo legit.Cū eni insolenti= Numeri.11.
us aliquando (sua solita mansuetudine relicta) ausus sit Moses cogitare in deum/et plane querulus videri.iratusq; est (inqt eloquiū) furor dn̄i valde.sed et Moisi intolerāda res visa est.et ait ad dominū cur afflixisti seruū tuū?quare non inuenio gratiā corā te?et cur iposuisti pondus vniuersi populi huius super me?nūqd ego ꝯcepi oēm hāc multitudinē/vel genui eam:vt dicas michi porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum/et defer in terrā pro qua iurasti patribꝰ coꝝ?vnde mihi carnes vt dem tāte multitudini?flent cōtra me dicentes:da nobis carnes vt comedamus.nō possū solus sustinere omnē hūc populum:quia grauis est michi.sin aliter tibi videt:obsecro vt interficias me.et inueniā gratiam corā oculis tuis:ne tantis afficiar malis. Et de spiritu Mosis tūc demptū est/quia pristinā benignitatē suā non integre seruauerat:et septuaginta viris distributus.ecce eni quid a māsuetudine/⁊ benignitate casus ⁊ ꝓlapsio operet:vt que statim aufert spiritū dn̄i benignū. Dixit eni dn̄s ad Moisē. Congrega michi septuaginta viros de senioribus israel:quos tu nosti ꝙ senes populi sint ac magistri.et duces eos ad hostiū tabernaculi federis/faciesq; ibi stare tecū vt descendā et loquar tibi:et auferā de spiritu tuo/tradamq; eis vt sustentēt tecum onus populi/et non tu solus graueris.

Z ¶Erat eni īquit māsuetus valde:atq; ideo dei famulus dicit/ digniorq; prophetis oībus. Numeri.12.
Ualde mansuetus ex duodecio numeri dictū est.Erat eni moises vir mitissimus super omnes. Et seruus dei appellatur etiam sanctior prophetis numeri cap.eodem.Audite sermones meos si quis fuerit inter vos propheta dn̄i:in visione apparebo ei/vel per sōniū loquar ad illum.at non talis seruus meus Moises:qui in omni domo mea fidelissimus est.ore eni ad os loquor ei:palam et non per enigmata/et figuras deū videt.

A ¶Sed et cum aduersus eū et Aaron pro pontificatus honore. Numeri cap.decimo sexto Numeri.16.
id scribit.Ecce autē chore filius Isuar/filij Caath filij leui:et Dathan atq; abiron fili Eliab Hon quoq; filius pheleth de filiis ruben surrexerunt contra Moisen.alijq; filioꝝ israel ducenti quinquaginta viri proceres synagoge:et qui tempore concilij per noīa vocabantur. cumq; stetissent aduersum Moisē et aaron dixerunt:sufficiat vobis quia omnis multitudo sāctoꝝ est/et in ipsis est dn̄s.cur eleuamini super populū dn̄i?quod cum audisset Moises/cecidit pronus in faciem:locutusq; ad Chore/⁊ oēm multitudinē/mane inquit notū faciet dn̄s qui ad se pertineāt.et sāctos applicabit sibi:et quos elegerit appropinquabūt ei. Et de insurrectione in Mosē post horrendā chore et suoꝝ assequaciū ad inferos absorptionem: statim eodē capite hūc in modū legitur. Murmurauit autē omnis multitudo filioꝝ israel sequēti die/contra Moisē et Aaron dicens.vos iterfecistis populū dn̄i.cumq; oriretur seditio et tumultus increscceret:Moises ⁊ Aaron fugerūt ad tabernaculū federis.quod postꝙ ingressi sunt:operuit nubes/⁊ apparuit gloria dn̄i.dixitq; dn̄s ad Moisē recedite de medio huius multitudinis:etiā nunc delebo eos.cumq; iacerēt in terra dixit moises ad Aaron:tolle turibulū et hausto igne de altari mitte incensum desuper/ pergens cito ad populū vt roges pro eis.iam eni egressa est ira a dn̄o:⁊ plaga deseuit. Quod cū fecisset Aaron/et cucurrisset ad mediā multitudinē quā iā vastabat incendiū:obtulit thymiama.⁊ stans inter mortuos ac viuentes ꝓ populo deprecatus est: et plaga cessauit. Et protestatio mosis quā hic adducit sāctissimꝰ pater:illic scripta nō est. Et ex hoc revera loco ⁊ cap.primo mystice theo=

logie numero 5 admodũ persuasibile est: sacerrimũ patrẽ secretiores (qui apud mosaice legis sacerdotes seruabant) libros legisse/ ex quibus tam dignã/ et exactã historiã texeret. nõ eni ea que in arcanis legis habita sunt/ et soli sacerdotũ intelligentie credita: inferiora autoritate erant iis/ que passim multitudini permissa sunt. ex quibus in epistolis ⁊ Pauli/ ⁊ apostolorũ pleraq; ad viuificantẽ intelligẽtiã deprõpta esse credẽdũ est. Liber eni legis palam multitudini permissus/ vt cortex est: intelligentia vero illa per sacerdotũ succesiones (vt volunt) ad Hesore tempora in arcanis seruata/ spiritus quidã/ ⁊ quedã anima.

¶ Quid vero Dauid quoq; illũ dei parentẽ fecit diuina amicitia dignũ? In sacris litteris B
Christus deus/ et dñs: filius Dauid appellat᷑. et proinde hic beatissimus pater vocat Da-
Mattheus.1 uid dei parentẽ. Mattheus cap. primo. Liber generationis Jhesu Christi/ filii Dauid. Et de benignitate Dauid in hostes/ vt in Saulẽ qui ipsũ crudelissime persequebat᷑: primo re-
1.Regum.74 gum cap. vicesimo quarto legitur. Porro Dauid et viri eius in interiori parte spelunce latebant: et dixerunt serui Dauid ad eum. Ecce dies de qua locutus est dñs ad te: ego tradã tibi inimicũ tuũ/ vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. surrexit ergo Dauid: et prescidit orã chlamydis Saul silẽter. post hec ꝑcussit cor suũ dauid: eo ꝙ abscidisset oram chlamydis Saul. dixitq; ad viros suos propicius sit michi dñs/ ne faciã hanc rẽ dño meo Christo dñi/ vt mittam manũ meã in eũ: quia Christus dñi est. ⁊ cõfregit Dauid seruos suos sermonibus istis: ⁊ nõ permisit eos vt consurgerent in Saul. Porro Saul exurgens de spelunca pergebat cepto itinere. surrexit autẽ Dauid post eum: ⁊ egressus de spelunca clamauit post tergũ Saul dicens. dñe mi rex. et respexit Saul post se: ⁊ inclinans se Dauid pronus in terram/ adorauit. dixitq; ad Saul. Quare audis verba hominũ loquentiũ: Dauid querit malum aduersum te? ecce hodie viderunt oculi tui/ ꝙ tradiderit te dñs in manu mea in spelunca: et cogitaui vt occiderẽ te. sed pepercit tibi oculus meus. dixi eni nõ extendã manũ meã in dominũ meũ: quia Christus dñi est. Quin potius pater vide: et cognosce oram chlamydis tue in manu mea. quo modo cũ prescinderẽ sũmitatẽ chlamydis tue: nolui extendere manũ meam in te. animaduerte et vide: quoniã non est in manu mea malũ/ neq; iniquitas/ neq; peccaui in te. tu autem insidiaris anime mee: vt auferas eam. iudicet dñs inter me et te: et vlciscatur me dñs ex te. manus autẽ mea non sit in te. sicut in prouerbio antiquo dicit᷑: ab impiis egrediet᷑ impietas. manus ergo mea non sit in te. quẽ persequeris rex israel? quẽ persequeris? canem mortuũ persequeris/ et pulicẽ vnũ. sit dñs iudex: ⁊ iudicet inter me ⁊ te. et videat et iudicet causam meã: et eruat me de manu tua. cum autẽ complesset Dauid loquens sermones huiusmodi ad Saul. dixit Saul: nunquid vox hec tua est fili mi Dauid? ⁊ leuauit saul vocem suã: et fleuit/ dixitq; ad dauid. Justior tu es: q̃ ego. tu eni tribuisti michi bona: ego aũt reddidi tibi mala. et tu indicasti michi hodie que feceris michi bona: quo modo tradiderit me dñs in manu tua/ et non occideris me. quis eni cũ inuenerit inimicum suũ: dimittet eum in via bona? sed dñs reddat tibi vicissitudinẽ hanc: pro eo qđ hodie operatus es in me/. Et nunc scio certissime ꝙ regnaturus sis/ ⁊ habiturus in manu tua regnum israel. iura michi in domino/ ne deleas semen meũ post me: neq; auferas nomen meũ de domo patris mei. Et iurauit Dauid Saul: abiit ergo Saul in domũ suã. et dauid et viri eius ascenderũt ad tutiora loca. Hec de benignitate Dauid in hostem. Et cap. sequẽnti in Nabal ad preces Abigai benigne vxoris eius.

1.Regum.13 ¶ Inueni inquit ille sũme bonus/ ac benignitatis amator: hominẽ scđm cor meũ. Ita pri- C
mo. regum cap. decimo tertio nunc legit᷑. Quesiuit dominus sibi virũ iuxta cor suũ: et precepit ei dominus vt esset dux super populũ suũ. eo ꝙ non seruaueris: q̃ precepit dominus.

Exodus.23. ¶ Preceperat et diuinitus indulta lex. Id cap. vicesimo tertio. exodi diuina lege cauet᷑. Si
occurreris boui inimici tui/ aut asino erranti: reduc ad eum. Si videris asinũ odientis te iacere sub onere: non pertransibis/ sed subleuabis cũ eo. Et de patientia Job: totus liber qui D
Job. Job inscribit᷑: nos per totum ãmonet. Et de venditione Joseph/ et benignitate: ꝙ fratrũ in se insidias vlcisci noluerit: sacre declarant historie. de vẽditione quidẽ. Genesis cap. tricesi-
Genesis.37. mo, septimo. Dixit ergo Judas fratribus suis: quid nobis prodest si occiderimus fratrem

nostrum/et celauerimus sanguinem ipsius? melius est enim ut venundetur hismaelitis: et manus nostre non polluantur. frater enim et caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius: et pretereuntibus madianitis negociatoribus/ extrahentes eum de cisterna: vendiderunt eum hismaelitis viginti argenteis. qui duxerunt eum in egyptum. Et de benignitate eius: cap. quadragesimo quinto. Eleuauitque vocem cum fletu: quam audierunt egyptij/ omnisque domus Pharaonis. et dixit fratribus suis: ego sum ioseph. adhuc pater meus viuit? non poterant respondere fratres/ nimio terrore perterriti. ad quos ille clementer: accedite (inquit) ad me. et cum accessissent prope: ego sum ait ioseph frater vester/ quem vendidistis in egyptum. nolite pauere: neque vobis durum esse videatur quod vendidistis me in his regionibus. pro salute enim vestra misit me deus ante vos in egyptum. Biennium est enim quod cepit fames in terra esse: et adhuc quinque anni restant/ quibus nec arari poterit/ nec meti. premisitque me deus: ut reseruemini super terram/ et escas ad viuendum habere possitis. non vestro consilio/ sed dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem pharaonis: et dominum vniuerse domus eius/ ac principem in omni terra egypti. festinate/ et ascendite ad patrem meum: et dicetis ei. hec mandat filius tuus ioseph: deus fecit me dominum vniuerse terre egypti. descende ad me ne moreris: et habitabis in terra Jessen. erisque iuxta me tu et filij tui: et filij filiorum tuorum/ oues tue et armenta tua/ et vniuersa que possides. ibique te pascam (adhuc enim quinque anni residui sunt famis) ne et tu pereas/ et omnis domus tua/ et omnia que possides. En oculi vestri/ et oculi fratris mei Beniamin vident: quod os meum loquatur ad vos. Nunciate patri meo vniuersam gloriam meam: et cuncta que vidistis in egypto. festinate et adducite eum ad me. Cumque amplexatus recidisset in collum beniamin fratris sui: fleuit/ illo quoque similiter flente super collum eius. Osculatusque est ioseph omnes fratres suos: et plorauit super singulos. Hec de benignitate ioseph Et de Abel scribitur Genesis cap. quarto. Fuit autem Abel pastor ouium/ et Cain agricola. Factum est autem post multos dies: ut offerret Cain de fructibus terre munera domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui: et de adipibus eorum. Et respexit dominus ad Abel/ et ad munera eius. ad Cain autem et munera illius: non respexit. iratusque est Cain vehementer/ et concidit vultus eius. dixitque dominus ad eum. Quare iratus es: et concidit facies tua? nonne si bene egeris recipies/ sin autem male: statim in foribus peccatum tuum aderit? sed sub te erit appetitus eius/ et tu dominaberis illius. dixitque Cain ad Abel fratrem suum. egrediamur foras. Cumque essent in agro/ consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel: et interfecit eum. Genesis. 45 Genesis. 4.

¶ Omnes denique theologia predicat bonos. Psalmus decimus quartus. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo? qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua. nec fecit proximo suo malum. Psalmus. 14.

E

¶ Ut scilicet illi gentibus misereantur. De benigna cura/ prouidentiaque angelorum circa gentes/ et nationes in mundo: ut ad bonum ferant/ malos corripiant/ et emendent/ ut ad veritatis viam respirantibus/ redeuntibusque congaudeant: passim ex prophetis/ et iis que ex celesti hierarchia audita sunt/ ammoneri possumus. Zacharie cap. primo docentur angeli terram circuisse/ et omnia in pace/ ac tranquillitate statuisse. Perambulauimus (dixerunt) terram: et ecce omnis terra habitatur: et quiescit. Illic orat angelus/ et luctuosam ad deum fundit precem. Domine exercituum (inquit) vsquequo tu non misereberis hierusalem/ et vrbium iuda: quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est. Et meruit angelus audire petitionis sue consolationem. Et nostris duris casibus/ calamitatibusque spiritaliter compatiuntur/ et condolent. Esaias cap. tricesimo tertio. Ecce videntes clamabunt foris: angeli pacis amare flebunt. dissipate sunt vie/ cessauit transiens per semitam/ irritum factum est pactum/ proiecit ciuitates/ non reputauit homines. Et quid est quod Apocalypsis cap. septimo angelus quattuor aliis angelis clamat. Nolite nocere terre/ et mari/ neque arboribus: quousque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum? nisi pia eorum in nos cura/ et prouidentia. Nobis etiam ad dei cognitionem/ amorem/ et digne imitandum ex defectione redeuntibus congra- Zacharias. 1 Esaias. 33. Apocali. 7.

F

Lucas 15. tulantur et gaudent. Lucas cap. decimo quinto. Gaudium erit coram angelis dei super
vno peccatore penitentiam agente. et omnes increpationes prophetarum: in perniciosas/
et perditas multitudines (quas angelis monstrantibus didicerunt) non immerito intelli-
Apoca. 18. guntur esse benignissimorum angelorũ. et Apocalypsis cap. decimo octauo. Angelus in-
crepat Babyloni/ et multitudini eius: eiq; cõminat᷑. Exite de illa popul' me': et ne pticipes
sitis delictorũ eius/ et de plagis eorũ non accipiatis. quoniã peruenerũt peccata eius vsq;
ad celum: et recordatus est dñs iniquitatũ eius. reddite illi sicut et ipsa reddidit vobis: et du
plicate duplicia secũdũ opera eius. in poculo quo miscuit vobis: miscete ei duplũ. quantũ
glorificauit se/ et in deliciis fuit: tantũ date illi tormentũ/ et luctum. quia in corde suo dixit:
sedeo regina/ et vidua non sum/ et luctum nõ video: ideo in vna die venient plage/ mors/ lu-
ctus/ et fames/ et igne combure᷑: quia fortis est deus qui iudicabit illam. et flebũt/ et plan-
gent se super illam reges terre: qui cum illa fornicati sunt/ et in deliciis vixerũt. cũ viderint
fumũ incendiĳ eius: longe stantes. ppter timorem tormentorũ eius. dicentes: ve ve ciuitas
illa magna Babylon/ ciuitas illa fortis: quoniã vna hora venit iudiciũ tuum.
¶ Quid: q̃ a se auersos ac resilientes: amatorie sequitur. Hieremias cap. tertio. Tu autem G
Hieremi. 3. fornicata es cum amatoribus multis: tamẽ reuertere dicit dñs/ et ego suscipiam te.
¶ Quid: q̃ deliciis quoq; resolutos/ ac per id redire differentes. Licet hic historiã de filio H
Lucas. 15. prodigo quã beatissimus Lucas cap. decimo quinto texit (quo magis littera eluceat) inse-
rere. in qua profecto historia: magna benignitatis dei ad nos (qui in deliciis huius mundi
volutamur) contẽplari licet argumẽta. Ait autẽ. Homo quidã habuit duos filios: et dixit
adolescentior ex illis patri. pater: da michi portionẽ substãtie que me cõtigit. et diuisit illis
substantiã. et nõ post multos dies: cõgregatis oĩbus/ adolescẽtior filius peregre pfect' est
in regionẽ longinquã. et ibi dissipauit substantiã suã: viuendo luxuriose. et postq̃ oĩa con-
sũmasset: facta est fames valida in regione illa. et ipse cepit egere: et abiit/ et adhesit vni ci-
uium regionis illius. et misit illũ in villam suam: ut pasceret porcos. et cupiebat iplere vẽ-
trem suũ de siliquis: quas porci manducabant/ et nemo illi dabat. In se autẽ reuersus di-
xit: quãti mercenariĳ in domo patris mei abundãt panibus/ ego autẽ hic fame pereo: sur-
gam et ibo ad patrem meũ: et dicam ei. pater peccaui in celum et coram te/ iam nõ sum di-
gnus vocari filius tuus. fac me sicut vnũ de mercenariis tuis. Et surgẽs venit ad patrẽ suũ.
cum autẽ adhuc lõge esset: vidit illum pater ipsius/ et misericordia motus est. et accurrẽs
cecidit super collũ eius: et osculatus est eum. dixitq; ei filius: pater/ peccaui in celum et corã
te/ iam nõ sum dignus vocari filius tuus. dixit autẽ pater ad seruos suos: cito proferte sto-
lam primã/ et induite illum: et date annulũ in manu eius/ et calciamẽtũ in pedes eius. et ad-
ducite vitulum saginatũ: et occidite. et manducemus/ et epulemur: quia hic filius me' mor-
tuus erat: et reuixit. perierat: et inuentus est. et ceperunt epulari. Erat autẽ filius eius seni-
or in agro: et cum veniret/ et appropinquaret domui: audiuit symphoniã et chorũ. et voca
uit vnũ de seruis: et interrogauit quid hec essẽt. isq; dixit illi. frater tuus venit: et occidit pa-
ter tuus vitulũ saginatũ/ quia saluũ illum recepit. Indignatus est autẽ: et nolebat introire.
pater ergo illius egressus: cepit rogare illum. at ille respõdens dixit patri suo. Ecce tot an-
nis seruio tibi/ et nũq̃ mandatũ tuũ p̃teriui: et nũq̃ dedisti michi hedum/ ut cũ amicis me-
is epularer. sed postq̃ filius tuus hic/ qui deuorauit substantiã suã cũ meretricibus venit:
occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecũ es: et oĩa mea/ tua sũt.
epulari autẽ et gaudere oportebat: quia frater tuus hic/ mortuus erat et reuixit: perierat/
et inuentus est. Et q̃ littera dicit. et eos frustra insimulantes: benignissime tolerat/ ratio-
nemq; reddere per se ipse dignatur. id propter seniorem fratrem indignatum/ et murmu-
rantem dictum est. cui gaudiĳ suscepti/ et epuli publici rationem reddit summus pater. et
ne a bonitatis perseuerantia discedat: sua omnia promittit. Inquit enim tu semper mecum
es: et omnia mea tua sunt. et rationem letitie subinfert. Epulari autem et gaudere oporte-
bat: quia frater tuus hic/ mortuus erat: et reuixit. perierat: et inuentus est.

I ¶ Denique et super humeros attollit ouem/ vix ab errore conuersam. Apud Lucā cap. de= Lucas.15.
cimo quinto. Pius dñs et saluator se assimilat viro/ qui ouem perditā amatorie ꝓsequitur/
et inquirit (et re vera ille ipse est) et inuentam/ gaudens humeris immēse benignitatis sue
imponit. cui quidē benignissimo dño congratulant̄ angeli: eius benignitatis imitatores/
ouiqꝫ plurimū cōgaudent reperte. Erant autē (inquit Lucas) appropinquātes ei publica=
ni et peccatores: ut audirent illum. et murmurabant pharisei/ et scribe dicentes: qa hic pec=
catores recipit/ et manducat cum illis. et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vo=
bis homo qui habet centū oues/ et si ꝑdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonaginta nouē in
deserto/ et vadit ad illam que perierat: donec inueniat eam? et cum inuenerit eam: imponit
in humeros suos gaudens. et veniēs domū: conuocat amicos/ et vicinos dicens illis. con=
gratulamini michi/ quia inueni ouem meā que perierat. dico vobis ꝙ ita gaudiū erit in ce=
lo: super vno peccatore penitentiā agente/ ꝙ super nonaginta nouem iustis: qui non indi=
gent penitentia.

K ¶ Ingratis quoqꝫ clementissime vtitur. Mattheus cap. quinto Ego autē dico vobis: dili Matheus.5.
gite inimicos vestros: bene facite iis qui oderunt vos/ et orate pro ꝑsequētibus/ et calum=
niantibus vos. ut sitis filij patris vestri qui in celis est: qui solem suū facit oriri super bonos Mathe.20.
et malos/ et pluit super iustos et iniustos. Et cap. vicesimo. Qui voluerit inter vos primus
esse: erit vester seruus. sicut filius hoīs nō venit ministrari: sed ministrare/ et dare animā su=
am redemptionē pro multis.

L ¶ Tu vero (ut tue littere indicant) procidentē sacerdoti impiū (ut ais) atqꝫ peccatorem: ne
scio quo pacto cōtra discipline ordinem astans calce abiecisti. Hoc ex loco notatu dignum
est: impiū illum et peccatorē/ ad recōciliationis per penitentiā sacramentum/ omni (ut par
est) cum humilitate/ verecūde sacerdoti procubuisse/ secundū christianā disciplinā. Et disci
plinā quā hic appellat: cōtra cuius ordinē Demophilus cōmisit/ eam intelligere oportet/
qua peccator sese ante sacerdotē humilians/ et ad eius pedes prouoluēs: se reum accusa=
bat. orans ut pro impietatibus quas ipse memorabat: et quascūqꝫ in deum/ in superiores/
in seipsum/ proximū/ et equales/ et in inferiores admiserat: oraret. vt venia/ misericordiaqꝫ
apud deum/ apud quē plurima ꝓpiciatio est: dignaret̄/ et ex illis īpietatibus iustificaret̄. et
hāc sane accusationē ad iustificationē ipīj: nūc nostri cōfessionē vocāt. et ꝙ sacerdoti ꝓcide
rent/ fusiqꝫ sese humiliātes/ procūberent humi: in vetustis adhuc codicibus legit̄. Quo ex
loco conicere promptū est: salubrem/ et religiosā humiliū accusationū/ cōfessionūqꝫ disci=
plinā: etiam ex apostolorū tempore cepisse/ ad cadentiū erectionē/ ad peccatoꝝ iustificati=
onē/ reconciliationisqꝫ gratiam.

M ¶ Et si dei est iudiciū (ut sacra testant̄ eloquia) sacerdotes autē angeli sunt. Esaias cap. tri Esaias.30.
cesimo. Deus iudicij dñs est. Et Paulus ad rhomanos cap. secūdo. Propter id inexcusa= Ad roma.2.
bilis es o homo qui iudicas: in quo enim alterum iudicas/ teipsum condēnas. scimus eni Malachie.2.
quoniam iudicium dei est. Et malachias cap. secundo. Labia enim sacerdotis custodiunt
scientiam: et legem requirent ex ore eius/ quia angelus dñi exercituū est.

N ¶ Quid enim quod nō ꝯueniret fecit Ozias: incensū offerēs deo? De Ozia/ de Saule/ et
de infensissimis demonibus/ qui et bona et ꝯuenientia fecerūt/ sed que ad eos minime ꝑtine 2.Parali.26
bāt. verū ꝓsūpserūt superbe/ supra se/ et id qđ suū erat officiū attētantes: Exempla hoc in
loco inducit beatissimus pater. de Ozia autē legitur libro secūdo Paralipomenō cap. vi=
cesimo sexto. Iratusqꝫ ozias et tenēs in manu turibulū vt adoleret incensū: minabat̄ sacer
dotibus. statiqꝫ orta est lepra in fronte eius/ corā sacerdotibꝰ in domo dñi supra altare thy=
miamatis. Et in scholiis ꝑme ꝑtis scdi capitis ecclesiastice hierarchie: id ad lōgū adductū
est. De supba vero ꝓsūptione Saulis: ꝑmo Regū cap. decio tertio legit̄. Et expectauit se= 1.Regum.13.
ptem diebus iuxta placitum Samuelis: et nō venit Samuel in galgala/ dilapsusqꝫ est po=
pulus ab eo. Ait ergo Saul: afferte michi holocausta/ et pacifica: et obtulit holocaustum.
Propter quam superbiam/ et temerariam attentationem (qua se/ suumqꝫ officium non co=
gnouit) deus Saulem reppulit/ atqꝫ abiecit. De infēsissimis autem demonibus. Marcus

cāp.tertio. Et spiritus immundi cum illum videbant: procidebant ei/ et clamabant dicētes. Tu es filius dei. et vehementer comminabatur eis: ne manifestarent illum. Neq; enim decebat: ut quem etiam angeli cum timore/ et magna cum reuerentia nunciauerant/ prophetisq; longe antea prefigurauerant/ impuri demones nominare auderent.

¶ Sed profecto a theologia oīs alienus interdicitur episcopus. Quod quisq; in suo ordine
Neemie.13. manere debeat. Neemie cap. decimo tertio. Et constitui ordines sacerdotum/ et leuitarū: O
1. Corin. 14. vnūquēq; in ministerio suo. Et Paulus prima ad Corinthios epistola cap. decimo quarto. Omnia enim honesta/ et secundum ordinem fiant in vobis.

Leuitici.16. ¶ Solusq; pontifex semel in anno ingreditur in sancta sāctorum. Id Leuitici cap. decimo
sexto describitur/ et qua mundicia/ quoue apparatu pontifex/ summusq; sacerdos ingrede P
retur sancta sanctorum. Loquere (inquit ad Aaron fratrem tuum/ ne omni tempore ingrediatur sanctuarium quod est intra velum/ coram propiciatorio quo tegitur arca: & nō moriatur. eritq; hoc vobis legitimū sempiternum: ut oretis pro filiis israel/ et pro cunctis filiis eorum semel in anno. Et hec expiatio fiebat mense septimo/ decima die mensis. Et huius typi veritatē: in saluatore domino nostro subsecutam esse: a beatissimo Paulo epistola ad
Ad hebre.9. Hebreos cap. nono declaratur. Christus autem assistens pōtifex: peramplius/ et perfectius tabernaculum non manu factum/ id est non huius creationis/ neq; per sanguinē hyrcorum/ aut vitulorum/ sed per propriū sanguinem introiuit semel in sācta sanctorum/ eterna redemptione inuēta. Quod autem sacerdotes sancta circumferant/ ac circumtegant: et leui-
Numeri.4. te ea non tangant ne moriantur/ Numeri cap. quarto scriptum est. Tabernaculū federis/ et sancta sanctorum ingredietur Aaron/ et filij eius: quando mouenda sunt castra. et deponent velum quod pendet ante fores: inuoluentq; eo arcā testimonij. Cūq; inuoluerint Aaron et filij eius sanctuarium/ et omnia vasa eius in commotione castrorum: tunc intrabunt filij Caath ut portent inuoluta/ et non tangant vasa sanctuarij: ne moriantur.

¶ Et iratus est furore dn̄s contra Ozie temeritatem. De Ozia paulo ante dictum est. De
Numeri.12. maria vero sorore Mosis: Numeri cap. duodecimo. Locutaq; est maria et Aaron contra Q
moisem. num per solum moisē locutus est dn̄s? nōne et nobis similiter est locutus? quod cum audisset dn̄s: iratus est valde. Et ecce maria apparuit candens lepra/ quasi nix. cumq; respexisset eam Aaron/ et vidisset perfusam lepra: ait ad moisem. obsecro dn̄e mi/ ne imponas nobis hoc peccatum/ quod stulte cōmisimus. ne fiat hec quasi mortua. ecce iam mediū carnis eius deuoratum est a lepra. clamauitq; moises ad dn̄m dicēs: deus obsecro sana eā. cui respondit dn̄s: si pater eius spuisset in faciem illius/ nōne debuerat saltem septē diebus rubore suffūdi? separetur septem diebus extra castra: et postea reuocabit. exclusa est itaq; maria extra castra septem diebus: et populus nō est motus de loco illo/ donec reuocata est maria.

¶ Et super filios Sceue insiluere demonia. De filiis Sceue antiquū habet scholiū: eos (cum manus imponendi potestatem non haberēt) exorcismis/ imprecationibusq; temerarie ab- R
usos: protinus incursasse/ occupasseq; demonia/ in eosq; insiluisse. De quibus et quorū si-
Hieremie.23 milibus: Hieremie vaticinium cap. vicesimo tertio adducit beatissimus pater. non mittebā
De astrologis/ magis/ & huiusmodi vano hominū genere
pphetas: et ipsi currebant. nō loquebar ad eos: et ipsi pphetabant. quo oraculo et ex presenti loco ariolorū/ aruspicum/ mathematicorum/ magicorum/ et inuocatorum vanitas/ exploditur/ execratur/ damnatur. hi enim ferme quasi fati necessitas/ et non prouidentia regeret orbem/ & mutabilia mutabiliter/ et immutabilia immutabiliter: futura nosse sibi arrogant. Quod si illis astra/ exta/ aut dextra libratū fulmen ab aure/ futurorum euenta non monstrent (ut neq; revera faciunt) tunc ad coniecturas descendunt humanas/ voluntq; vates videri. Ac esto credant prouidentie legibus orbem moderari: nō sunt tamen illi missi: ut diuine puidētie decreta hoibus denuncient/ que pfecto dei puidētie/ angelorum amministrationibus cōmisse sunt. quis eni eos secretarios dei fecit? Et similes sunt huiusmodi (ut sic dicam) diuinaculi ijs qui viso regis solio/ statim soleant multa delirare: et quidquid ab eo toto illo anno/ aut pluribus annis decretum sit/ et eius totum consilium se dicant tenere. Celum

enim soliũ/et thronus dei est. Verũtamē nō īficias eo celũ librũ esse/imo et totũ vniuersũ et vniuersi particulam etiam quāq;/sed non vanoꝝ istoꝝ ut plurimũ illitteratoꝝ/et idiotarum: verum eterne dei sapientie. Et harum pleręq; fucariarũ (ut sic dixerim) disciplinarum tolerande essent/ob quandā ad liberaliores disciplinas affinitatē: si non e vicino veneficā quandā et impurā magiam/et adiuratoriā haberent. ad quā se solent ut plurimũ precipitantes dedere. Et pater mendacij: mendacia illis supstitiosis vanitatibus/sũmis tamen in deum iniuriis fecit instrumēta. qualia sunt emētiti libri Salomonis/et Apollonij thianei/et ij qui dicũtur Semāphoras/et nominũ dei. quibus in libris/imprecationes/et adiurationes spirituũ cōtinētur: et audet/et presumit homo ꝓphanus/suis horrendis execrationibus/spiritales potestates adiurare. cum et angelus dei ne presumat/ne blasphemet/etiam vereretur diabolo īperare. sed (ut eloquia aiũt) dixit/imperet tibi dn̄s. Et in illis qui et Apollonio/et Salomoni parum caute ascribũt libris: bonoꝝ angelorũ inuocationes/et p̄sidia cōtinētur/elaborate imprecationes/nomina dei in sacramētis occultis/et mysteriis venerata/et exquisita/nomē dei ineffabile/et (qđ magis dolēdũ est) trine beatitudinis inclamationes/et sacratissimũ Jhesu nomen/in quo omne genu flectatur/celestium/terrestrium/et infernorũ: frequenter reperias. Et nō defuerũt qui de his rebus vnde in parte pendeāt/ita opinati sint. arbitrati sunt enim olim gentiles/nostre sancte functionis sacrorum ministris insidiatos. quos cum viderent certis nominũ dei inuocationibus vti/subiicere sibi demones/sanitates restituere/et miracula operari: protinus rati sunt huiusmodi nebulones vanissimi/virtute nōnulloꝝ incantantiũ verborũ/et secrete inter eos cōstitute discipline: miracula illa patrare. Plane enim in ecclesiis erant exorciste a sacro principatu ordinati: qui manus imponerēt/et immũdos spiritus a vexatorũ corporibus arcerent/et potestates sibi ordinatas exercerent. pro quibus erant certe imprecationes a sanctissimis ducib⁹ nostris institute/exorcismi/atq; adiurationes: quas latini latinas habebant/et greci cōsimiles grecas/et hebrei hebreas. Arbitrant itaq; nefarios illos/et superstitiosos/qui nostris insidiabant/diuina nulla ex parte sapientes: studuisse imprecationes illas/et exorcismos tenere. quas vbi habuerunt/rati sunt se christianorũ secreta callere/et miracula que vellent similiter operari posse. et latina/greca/pariter et hebrea: in vno libro (ut fasciculo quodā) collegere. adiectis nouis titulis/nouis petitionibus/et operandi modo: pro eorũ vana/et supstitiosa volũtate. sic autem collecta ascripserunt Apollonio: quē omni ritu initiatum/omne idioma/omnēq; linguam callentē (ut de apostolis credimus) gētiles fingũt. Et libros Philostrati de Apollonio legi: eo (ut michi videre sum visus) ingenio fictos/ut gentiles nichil de miraculis (que a christianis fiebant) mouerent/suoue cultu discederent/neq; idcirco Christum deum esse consentirent. quandoquidē apostoloꝝ tēporibus: similia (ut plane fabulantur) miracula fecisset Apollonius. Et risum cōtinere frequēter haud potui/ eorũ librum legens: qui cum falsis Apolloniũ miraculis ornant/vera Christi saluatoris/et sanctorũ apostoloꝝ miracula approbant. taliaq; idoneus agnoscet lector: vtpote ad quorum similitudinē sua effingāt. que tamen tātopere suis in historiis voluerāt tacere: ne ea viderētur approbare. Et libros illos dico de īprecationibus et exorcismis Apollonio false inscriptos: in subterraneis cryptis ferme absconsos semper detinuere/et adhuc detinēt: timentes super omnia/ne in manus pontificũ veniant. olim puto ne pariter furtum et discipline adulterationē deprehēdissent: nunc vero ne eorũ supstitiones in luce arguātur. Et his demonũ machinationib⁹/nũc soli vani quidā christiani: illudũt. meminerint tamē pro talib⁹ nefariis ausis/in filios Leue insiluisse demonia. Effecit eni plane ars/astus/et demonũ calliditas: ut hoies his diuinis abuterēt. que cũ tractabāt a dignis: potētiā ei⁹ elidebāt/et conterebāt eius fauces fũditus/et que sũopere et sup oīa formidabat. ut deus his īiuriis atrociter infēsus: suā manũ retraheret. et ut ipse ab antiquo noster hostis libere/multiplicitcr in nos deseuiret/īcursaretq;: ut lupus in ouile sine custodia. et vanos errores/et hereses multiplices/atq; varias dissemiaret. Vnde et nũc sũopere dolēdũ est/huiusmodi aduersus infēsissimos demones p̄sidiis: loca sācta destituta esse, q̄ sācti duces nostri/et sui successores:

Libri falso dicti salomonis Apolonii. Semanphoras execbiles Jude. 1. Apollonii libri.

ad noſtri tutamina reliquerant: et multo magis quia ab iis (quos veritas vocat operarios
iniquitatis) noīa dei prophanata ſunt. ſacramenta conculcata. horrent celi/ horrent elemē-
ta/ horrent et ipſi qui excitāt demones. Et multū hac in re pōtificibus fuiſſet vigilandū non
ſegniter: et nunc quoqꝫ vigilandū eſſet. Nam vbi pro dignitate/ iſta ex ſacroſancto apoſto-
lico ritu/ et īmaculata diſciplina obſeruata fuiſſent/ et confuſionis turbo non omnia inuol-
uiſſet: videremus proculdubio temporibus noſtris per eos qui rebus ſacris preſunt: id ſal-
Marcus. 16. uatoris vt diebus antiquis quātū neceſſariū eſſet/ indies adimpletum iri. In noīe meo de-
monia eiicient/ linguis loquentur nouis/ ſerpentes tollent: et ſi mortiferū quid biberint nō
eis nocebit. ſuper egros manus imponent: et bene habebunt. Sed neqꝫ ſacra ſatis reueren-
ti cuſtodia obſeruata ſunt: neqꝫ fidei imobilitas (vt decuit) habita. vt nūc etiā ꝓpter opera-
rios iniquitatis ferme religio extincta lugeat: attrectare nō audeāt ſacra ij ad quos id de-
ceat/ ne ſimiles illis nefarii et magi videanꝰ. et hoc arte demonis queſitū: quis non videt?
vt in ſacro pꝛīcipatu quē illis armis munitū extreme pertimebat: puſillanimitatē/ et in infe-
ribus temerariū auſum inſtillaret. auſum dico: quo etiā celeſtia ſtatim infimarenꝰ ad abyſ-
ſos. Saul eni et Ozias genibus flexis/ cōploſis manibus/ in celūqꝫ tenſis orando/ et vt pu-
tabant ſe deo humiliando: in temerariū inciderunt auſum/ horrendāqꝫ ſuperbiā. ſed vani
de quibus nunc ſermo eſt/ et qui multiplices habent modos et ſectas: in longe maiorē. Et
hec duo peccata puſillaminitas/ et ſuperbia frequentiſſime operata ſunt: et minime omniū
Semāphora ferme cognita. Et q̄a ſuperius de Semāphoras minus q̄ꝫ in trāſitu dictū eſt: expedit idē-
tidem quid de hoc ſētiant aliqui adiicere. Ut eni chriſtiani myſteria quedā/ ⁊ ſacra in arca-
nis habuere/ que ſolū fas eſſet ſacros ordines et noſſe et tractare: ita quoqꝫ et hebrei arca-
nas quaſdam imprecationes/ et inuocationes nominum dei habebant. que vbi ad manus
prophanoꝝ venere: ceperunt ſanctis iuocationibus illis/ magno dei nomine tetragrama-
ton/ et aliis diuinis nūcupationibus abuti. ex quarū et preſertim magni dei et ieffabilis no-
minis litterariis reuolutionibus: incātationes/ ⁊ carmina ſe nectere dicunt ad monſtrifica
portenta/ ad elementorū et fluminū imutationes/ ſe poſſe ligare/ ſe poſſe diſſoluere. ⁊ ſan-
ctiſſimos Dauid hymnos (qui ferme vniuerſi: de ſanctiſſimo ſaluatore noſtro ſacra ſūt ora-
cula) ad ſua maleficia traxere. et hec ſeuiſſima procella: q̄ꝫ plurimos et vanos iudeos/ ⁊ chri-
ſtianos implicuit. Et permittit plerūqꝫ deus: vt in eorū quoſdā qui talia aut ex noſtris/ aut
ex hebreis de ſumpta attentare vane et temere audent/ inſiliant demonia. vt in filios Ceue
qui talia vane tentare auſi ſunt. alios vero permittit ſigna aliqua facere: ſed proculdubio q̄
ſunt in abutentiū/ ⁊ illis adherentiū pernitiem. Et vidi mulierculas quaſdam: que ex longa
ſucceſſione ad ipſas deriuatis imprecationibus abutētes/ a variis infirmitatibus ſoluebāt
gratis ſuccurrentes: et illicitū ducentes tanq̄ꝫ quiddā ſpiritale operas ſuas vendere. quas
quidem imprecationes qui audierunt: ſatis ſimiles ipſis viſe ſunt/ iis quibus ad ſanitates
et manus ipoſitiones olim eccleſie miniſtri vti potuiſſent. vt ad quos: id officium a deo et a
ſanctis eius miniſtris indultum incubuiſſet. Nunc vero ſimilia attentanꝰ a prophanis: et
quoꝝ temeritatē/ celum ⁊ terra exhorrent. neqꝫ eis facile perſuaderi poteſt/ vt neqꝫ olim te-
merario Sauli: ſe malū aliq̄d/ aliquodue piaculū in deū cōmittere. quin ſe pios putant/ et
religioſa quadam ſupra ceteros et mente et credulitate operari. De quibus vere ſacratus
Mattheus. 7 pater/ longe videns/ multumqꝫ circunſpectus id Matthei cap. ſeptimo adducit. multi di-
cent michi in illa die: domine domine nōne in noīe tuo ꝓphetauimus: ⁊ in nomine tuo de-
monia eiecimus/ et in noīe tuo virtutes multas fecimus? et tunc confitebor illis: quia nūq̄ꝫ
vos noui. diſcedite a me oēs qui operamini iniquitatē. Ecce quos veritas operarios iniqui-
tatis appellat. ⁊ de quibus amplius ſacratiſſims pater ſubiūgit. neqꝫ fas itaqꝫ eſt (vt diui-
na teſtanꝰ eloquia) ea etiā que iuſta ſunt/ non ſecūdū dignitatē/ meritaqꝫ exſequi. ceterū de-
bet ſibi quiſqꝫ cautius intendere vt non ſublimia/ et que ſe altiora ſunt ſapiat: ſolaqꝫ ea me-
ditari/ que ſibi pro meritoꝝ modo credita ſunt. hec ſanctus pater/ hec noſter antiſtes/ ⁊ gal-
liarum apoſtolus: que ab iis qui ſacro funguntur principatu non ignaue/ non ſegniter nō
perfunctorie ſunt penſiculanda. Et tanta ſufficiant.

S ¶ Merito sane noster a deo nobis indultus legifer. Paulus ad Timotheũ cap. tertio. Opor Ad timo.3.
tet enim (inquit) episcopum irreprehensibilẽ esse/ vnius vxoris virum/ sobriũ/ ornatũ/ pru-
dentẽ/ pudicũ/ hospitalẽ/ doctorẽ/ nõ vinolentũ/ nõ pcussorẽ: sed modestũ/ nõ litigiosũ/ nõ
cupidũ: sed sue domui bene ppositũ/ filios habentẽ subditos cum omni castitate. siquis au
tem domui sue preesse nescit: quomodo ecclesie diligentiã habebit? Nec nobis erubescẽ-
dum fuit: hic sententiã sãctissimi apostoli adducere. q̃q̃ nunc quedã immutata sũt: religio-
sa quadã eorũ affectione/ qui nos omni pfectione abũdãtes esse voluerũt. sed nobis erube-
scendũ est: omni etiã in statu reprehẽsibiles esse/ nõ horrere adulteriũ/ intẽperãtes esse/ inor
natos/ imprudentes/ impudicos/ sine hospitalitate/ elingues et indoctos/ vinolentos/ vin-
dices/ ambiciosos/ litigiosos/ cupidos. quibus (cũ domui et familie nũq̃ pesse didicerim?)
sceptra etiã moderari nõ videatur difficile. ut qui iam in sentẽtia apostoli: nichil nostrũ esse
recognoscere possumus. Et plane factum est/ ut dum nimiũ studetur fictile concoquere/ et
ad sũmã pfectionẽ ducere: omni ex parte duxerit rimas/ factũq; sit vas inutile. Lucas.16.
T ¶ Atq; ut sũmatim dicam iuxta veritatis vocem: qui in modico fidelis est. Lucas cap. de-
cimo sexto. Qui fidelis est in minimo: et in maiori fidelis est. et qui in modico iniquus: et
in maiori iniquus.
V Ut apud illos efferreris/ potius q̃ perficiaris. Effereris/ insolescas/ crudus/ immitisq; fias:
ab efferor efferaris.
¶ An vero iuxta diuinas litteras: peccatũ duplex ipiorũ more peccamus? Hieremias cap Hieremias 2
secũdo. Duo eni mala fecit populus meus: me dereliquerũt fontem aque viue/ et fodierũt
sibi cisternas dissipatas. Et dixisti absq; peccato/ et innocens ego sum: et ppterea auertat
furor tuus a me. ecce ego iudicio contendã tecũ: eo q dixeris nõ peccaui.
Y. ¶ Idq; cũ (ut sacra testãtur eloq̃a) a peccatoribus esset segregatus. Prima Petri epistola 1. Petri. 2.
cap. secũdo. Quia et Christus passus est pro nobis: vobis relinquẽs exemplũ ut sequami-
ni vestigia eius/ qui peccatũ nõ fecit/ nec inuentus est dolus in ore eius.
Z ¶ Atq; hoc eximie in se dilectionis argumentũ capit. Joannes cap. vicesimo primo. Di- Joannes. 21.
xit Simoni petro Jhesus. Simon ioannis diligis me plus his? dixit ei: etiam dñe tu scis/
quia amo te. dixit ei: pasce agnos meos. dixit ei iterum: Simon ioannis diligis me? ait illi
etiam dñe/ tu scis quia amo te. dixit ei iterũ: pasce agnos meos. dixit ei tertio: Simon ioan
nis amas me? cõtristatus est Petrus quia dixit ei tertio amas me: et dixit ei/ dñe. tu oĩa no-
sti: tu scis quia amo te. dixit ei: pasce oues meas.
Z ¶ Et nequã eum appellat: qui cõseruo nõ dimiserat debitũ. Mattheus cap. decimo octa Matthe⁹. 18.
uo. Tunc accedens Petrus ad eum dixit: dñe quotiẽs peccauerit in me frater meus/ et di-
mittam ei? vsq; septies? dixit illi Jhesus: nõ dico tibi vsq; septies/ sed vsq; septuasies septi-
es. Ideo assimilatũ est regnũ celorũ homini regi: qui voluit rationẽ ponere cum seruis su-
is. et cum cepisset rationẽ ponere/ oblatus est ei vnus: qui debebat ei decem millia talenta.
cum autẽ nõ haberet vnde redderet: iussit eum dñs venũdari/ et vxorem eius/ et filios/ et oĩa
que habebat/ et reddi. Procidens autẽ seruus ille/ orabat eum diceus: patientiam habe in
me/ et oĩa reddã tibi. misertus autẽ dñs serui illius: dimisit eum/ et debitũ dimisit ei. Egres-
sus autẽ seruus ille: inuenit vnum de cõseruis suis/ qui debebat ei centũ denarios. et tenẽs
suffocabat eum dicens: redde quod debes. et pcidens cõseruus eius/ rogabat eum dicens:
patientiã habe in me/ et oĩa reddam tibi. Ille autẽ noluit: sed abiit/ et misit eum in carcerẽ/
donec redderet debitum. videntes autẽ cõserui eius que fiebant/ cõtristati sunt valde: et ve-
nerunt/ et narrauerunt dño suo oĩa que facta fuerant. Tunc vocauit illum dñs suus et ait il
li. serue nequã omne debitũ dimisi tibi quoniã rogasti me. nõne ergo oportuit et te misereri
cõserui tui: sicut et ego tui misertus sum? et iratus dñs eius: tradidit eum tortoribus/ quo-
adusq; redderet vniuersũ debitũ. Sic et pater meus celestis faciet vobis si nou remiseritis
vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.
¶ Nempe enim et iis qui impias in se manus iniecerant/ in ipso sue passionis tẽpore. Lu- Lucas. 23.
rr cas cap. vicesimo tertio. Et postq̃ venerunt in locum qui dicit̃ caluarie: ibi crucifixerũt eũ

et latrones/ vnum a dextris/ et alterũ a sinistris. Jhesus autem dicebat: pater dimitte illis/
nõ enim sciunt quid faciunt.
Lucas. 9. ¶ Discipulos item corripuit: ꝗ persequentes se samaritanos. Lucas cap. nono. Factũ est ss
autẽ dum cõplereñ dies assũptionis eius: et ipse faciem suam firmauit vt iret in hierusalẽ/
et misit nũcios ante cõspectũ suũ. et eũtes intrauerũt in ciuitatẽ samaritanorũ: vt pararẽt il-
li. Et nõ receperunt eum: quia facies eius erat eũtis hierusalẽ. Cum vidissent autẽ discipu-
li eius Jacobus/ et Joannes/ dixerunt: dñe vis dicimus vt ignis descẽdat de celo / et cõsu-
mat illos? et cõuersus increpauit illos dicens: nescitis cuius spiritus estis. filius hoĩs non
venit animas perdere: sed saluare.
¶ Non habemus pontificẽ qui compati non possit infirmitatibus nostris. Paulus ad he- tt
Ad hebre. 4. breos cap. quarto. Habentes ergo pontificẽ magnũ/ qui penetrauit celos Jhesum filium
dei: teneamus spei nostre confessionẽ. non enim habemus pontificem/ qui nõ possit cõpa-
ti infirmitatibus nostris tentatũ autẽ per oĩa pro similitudine absq; peccato. adeamus er-
go cum fiducia ad thronum gratie eius: vt misericordiã cõsequamur/ et gratiam inuenia-
mus in auxilio oportuno.
Mathe. 12. ¶ Non ꝯtendet neq; clamabit. Et ipse est mitis. Mattheus cap. duodecio. Exeũtes autẽ vv
pharisei: cõsilium faciebant aduersus eum/ quomodo perderent eum. Jhesus autẽ sciens/
recessit inde/ et secuti sunt eum multi/ et curauit eos omnes. et precepit eis ne manifestũ eũ
Esaias. 42. facerẽt: ut adimpleref quod dictum est per Esaiam ꝓphetã dicentẽ. Ecce puer meus quẽ
elegi/ dilectus meus in quo bene cõplacuit anime mee. ponã spiritũ meũ super eum: et iu-
diciũ gentibus nũciabit. non contendet/ neq; clamabit: neq; audiet aliquis in plateis vocẽ
eius. harũdinem quassatã non cõfringet: et lignũ fumigans non extinget/ donec eiiciat ad
victoriam iudicium. et in nomine eius gẽtes sperabunt. Et mitis ⁊ propiciatio dicitur pro
Matheus. 11 peccatis nostris. Mitis quidem Mattheus cap. vndecimo. Et discite a me quia mitis sũ/
et humilis corde: et inuenietis requiem animabus vestris. Propiciatio autem prima ioan
1. Joãnis. 2. nis epistola cap secundo. Et ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non pro nostris autẽ
1. Joãnis. 4. tantũ/ sed etiam pro totius mundi. Et cap. quarto. in hoc apparuit charitas in nobis: quo-
niam filiũ suum vnigenitũ misit in mundum / vt viuamus per eum. in hoc est charitas/ non
quasi nos dilexerimus deũ: sed quoniã ipse prior dilexit nos. et misit filium suum propicia-
tionem pro peccatis nostris.
Numeri. 25. ¶ Ne si millies quidẽ Phinees et heliam te dicas emulari. De Phinees numeri cap. vice xx
simo quinto. Et vnus de filiis israel intrauit coram fratribus suis ad scortum madianitẽ/ vi
dente moise et omni turba filiorum israel: qui flebant ante fores tabernaculi. quod cum vi-
disset Phinees filius Eleazari/ filii Aarõ sacerdotis: surrexit de medio multitudinis. et ab-
repto pugione ingressus est post virum israeliten in lupanar: et perfodit ambos simul virũ
scilicet/ ⁊ mulierẽ. dixitq; dominus ad moisem: Phinees filius Eleazari/ filii Aaron sacer-
dotis auertit iram meã a filiis israel. quia zelo meo cõmotus est contra eos: vt non ipse dele
rem filios israel in zelo meo. idcirco loquere ad eum. ecce do ei pacem federis mei: et erit tã
ipsi et semini eius pactũ sacerdotii sẽpiternũ. quia zelatus est pro deo suo: ⁊ expiauit scelus
filiorum israel. Erat autẽ nomẽ viri israelite qui occisus est cũ madianitide Zambri filius
Salumi/ dux de cognatione et tribu Simeonis. porro mulier Madianitis que pariter in
terfecta est: vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi madianitarũ. Et de helia ter-
tio regum cap. decimo octauo legitur/ iussisse quadrigentos et quinquaginta vanos sacer
3. Regum. 18 dotes occidi. Et de vtroq; primus Machabeorũ cap. secundo. Phinees pater noster zelã-
1. Macha. 2. do zelum dei: accepit testamentũ sacerdotii eterni. Helias dum zelat zelũ legis: receptus ẽ
in celũ. Et vbi sacratissimus institutor beati patris diuinus paulus ãmonet eos qui doctri-
2. Timoth. 2 ne dei aduersãtur [illegible] mãsuetudĩe docẽdos/ scdã est ad Timotheũ epistola cap. secũdo. Ser-
uũ autem domini (inquit) non oportet litigare: sed mansuetũ esse ad omnes/ docibilẽ/ pati-
entem/ cum modestia corripiẽtem eos qui resistunt veritati.
¶ Cum aliquando in Cretam venissem: sanctus Carpus me suscepit hospitio. Hic est Car yy

pus cuius beatissimus Paulus secũda ad Timotheũ epistola cap. quarto meminit. Penu= .2. Thimo. 4
lam quã reliqui Troade apud carpũ: veniens affer tecũ / et libros / maxime autẽ mẽbranas
¶ Cumq; eius celebritatis quã vulgus ilarias vocat. Ilarie grecum vocabulum est: et leti=
33 cie / voluptatesq; sonat. Et ilarie olim gẽtiliũ festa erant: que cum nouus imperator pronũ=
ciatus esset celebrabantur. publica spectacula fiebant / sacrificia publica / publicũ sine inter
missione epulũ. lugentes cessabãt a luctu / spectaculis aderãt / letisq; cõuiuiis. Leguntur et
ilarie apud rhomanos celebritatem fuisse Cybeles / matris deorũ. Sed hec omnia ocyus
facessant cum suis falsis diis / depereatq; memoria. et tãtum pro nota adiectum esse: ferme
putetur piaculum.

¶ Tito põtifici per epistolam interrogãti que sit sapiẽtie domus / que patera / qui cibi eius / et qui potus epistola. IX

A Anctus quidem Timotheus honestissime tite: nescio an aliquid scripserim de
s theologicis signis / cuius ille ignarus abscesserit. ceterũ in significatiua theolo=
gia / omnia illi que in diuinis litteris de deo indigne dici plerisq; videtur: diligẽ= Significatiua theologia
tissime enucleare curauimus. Nam absurditatem profecto maximã imperitis ac rudibus
animis imprimunt / arcane illius sapientie patres: cum per obscura quedam enigmata di=
uinã illam / plenamq; mysteriis ac prophanis inaccessã veritatẽ / enũciant. Atq; ea ratio est
cur plurimi diuinorum mysteriorum verbis difficile credim9. ea enĩ cum adherẽtibus sibi tan
tum vernaculis et carnalibus signis aspicimus: cũ his amotis ipsa in se ipsis nuda atq; ad
purum liquida intueri debeamus. Ita enim vite fontem digna demũ veneratione prose=
quimur: si hunc in seipsum fũdi et in semetipso stare videamus. Atq; vnam quãdã vim sim=
B plicem se mouentẽ / per se operantem / seq; ipsam non deserentem intelligamus: sciẽtiarũq;
omnium scientiam esse / ac semper seipsam per seipsam intueri fateamur. Oportere igitur
C existimauimus a nobis cum illi / tum ceteris omnigenas formas exponi: que de deo sacra=
tissime / symbolice / significatiueq; finguntur. Namq; exteriora velamina perq; sane multa
D indignitate plena sũt: que instar effícta prodigii / minus probabilia videantur. puta cum in
supersubstãtiali illa diuina generatiõe ventrem dei / deum corporaliter gignere fingũt: ver=
bumq; in aere ex corde viri illud eructante profundi / et spiritum ex ore spirantis prodire de=
E scribunt. ac sinus dei patris corporeo more filiũ vlnis complectentes: nobis cum laude pro
nunciant. Siue cum ista: per inferiora quelibet / et que humo prodeunt signãt. atq; cum ar
F bores quasdam / et virgulta et flores / radicesq; inducũt. siue cum inundantes aquarũ fon=
tes: aut splendorũ / lucis productiuas generationes: seu alias quaslibet descriptiones (que
G supsubstãtialia multiplicis theologie sacramẽta dignissime referẽt) ponũt. Itẽ cũ intelligi=
bilib9 dei puidẽtiis / aut donis / aut isinuatiõib9 / aut vtutib9 / aut pprietatib9 / aut terminis /
aut mãsionib9 / aut pcessib9 / aut discretionib9 / aut piũctionib9: humanã deo effingunt for=
mam. et ferarũ / et aliorũ animaliũ ac plantarũ / lapidumq; varias species / et ornatũ illi mu=
liebrem: aut barbaricas armorũ instructuras applicant / et vasorum fictoriã seu conflatoriam
veluti opifici vulgari attribuũt. et equos illi / et currus sedesq; substernunt: ac dapes quas=
dam veluti cocorũ cõmentis et arte conficiunt / bibentemq; et ebriũ ac dormitantem / crapu
laq; distentum dicũt. Quid memorẽ iras / dolores / omnimoda iuramẽta. penitẽtias / male
dicta / furores / multimodas item obliquasq; frustratarũ pmissionũ rationes: gigãteam illã
in genesi expugnationẽ / quando viris illis potentibus ex metu dicitur insidiari / idq; cũ edi=
ficium illud non pro aliorũ iniuria sed pro salute sua molirent. Concilium quoq; illud quid
referã aduersus Achab fraude ac deceptione capiẽdum: in celo cõcinatũ. Quid item can=
ticorũ carnales / ac adamatorios q; plurimos affectus / et queq; alia sacra et visibilia signa
occultis obducta / et in multitudinem excrescẽtia / diuina fictio sacris quod cius inseruit / atq;
effinxit. singularibusq; et indiuiduis: que diuisionem admittũt. et figu[illegible]ua atq; multifor=
mia: iis que formã / figurãq; nõ capiunt. Quorum profecto siquis intueri possit intimum /
secretũq; decorem: mystica esse omnia / et diuina mirabitur / atq; ingenti theologie lumine
plena. Neq; enim putandũ est visibilia signa sui causa fuisse cõficta: verũ arcane illius plu=

rimisqꝫ inuisibilis sciētie. idcirco velata: ne prophanis fierent peruia que sacratissima sunt/
solisqꝫ veris ac legitimis diuinitatis amatoribus aperta paterēt. quippe qui puerilem om=
nē sensū/ atqꝫ imaginē sacra signa discutiēdo/ deponerēt: ac simplicitate animi ⁊ cōtempla

Duplex theologorū traditio.

tiue ratione virtutis ad simplicem illā/ atqꝫ omnino mirabilē/ ac supeminētem signorū veri
tatem penetrare sufficerent. Et hoc preterea operepreciū est aīaduertere/ duplicē esse theo
logorū traditionē: arcanā alterā ac mysticā/ alteram vero manifestā atqꝫ notiorem. ⁊ alterā H
quidem significatiuā ac perficiētem: alterā vero sapiētie esse studiosam/ ac demonstratiuā.
connexum vero/ intextumqꝫ est effabili: quod dici nō potest. atqꝫ illud quidē persuadet/ col
ligit/ acꝯfirmat veritatem: hoc autem agit/ atqꝫ indocibilibus/ occultisqꝫ docēdi modis cō
ciliat/ collocatqꝫ in deo. Ne in ipsa quidē sanctissimorū sacramētorum celebratione sancti
illi nostre/ seu legalis traditionis magistri: diuinis atqꝫ honestissimis abstinuere signis. sed I
et ipsos quoqꝫ sāctissimos āgelos diuina/ mystice per enigmata propalare cernimꝰ: ipsūqꝫ
Jhesum in parabolis diuina: per typice mēse apparatū deifica mysteria tradere. fuit enim

Ratio quare duplex ē theologie traditio.

profecto cōueniens vt nō modo illibata plurimis seruarent sancta sanctorū: verū vt et ipsa
quoqꝫ hominū vita (que indiuidua simul/ ac diuisibilis est) pro captu et modo suo diuinis
cognitionibus illustrata doceret. et impassibilis ipsius pars ad simplices atqꝫ intimas di=
uinarum imaginum species contuēdas secerneret: que vero passibilis est/ vernacule (vt ita
dixerim) illiceret vna/ atqꝫ ad capiēda que sūt augustissima preelaboratis typicorū signoꝝ
fictionibus intenderet. cui quidē nimirū natura cognata sunt huiusmodi ex nostris sūpta
velamina. Quod indicāt quicūqꝫ (cum apertam et extra velamina audierint theologiam)
in se ipsis imaginē aliquā fingunt: que illos ad dicte theologie intelligētiam manuducat. K
Sed et ipsa mundi visibilis fabrica: inuisibilibus dei (quemadmodū et paulus/ et verax ra= L

Partio theologie.

tio docet) subsignat. Quocirca ⁊ theologia alia quidē ciuiliter atqꝫ legitime: alia vero pur
gate et incontaminate perspiciunt. et alia humane ac medie: alia vltra humanā consuetudi
nem/ atqꝫ perficiēdo discutiunt. atqꝫ interdum quidem a visibilibus legibus: interdum ve=
ro ab inuisibilibus (prout subiectis sacris litteris/ et mentibus/ ⁊ animis congruit) docent.
neqꝫ enim historia simplici et vacua: sed vitali perfectione subnixus est illorū omnis/ et per
omnia sermo. oportet igit et nos omissa de hisce opinione vulgari: ītra sacra signa tota in=
tentione penetrare. neqꝫ ea debito honore priuare: cum sint diuinaꝝ figuraꝝ germina/ ex=
pressiones atqꝫ forme/ ac secretissimorū excellentiūqꝫ spectaculoꝝ euidentes imagines. nō
eni sola supsubstantialia et intelligibilia ac diuina lumina typicis variātur signis (sicuti cū
supersubstātialis deus ignis dicitur: et intelligibilia eloquia dei ignita memorantur) verū
et intelligibilium/ intellectualiūqꝫ angelorum sacre ille distinctiones variis formis/ et mul
tiplicibus/ igneisqꝫ figuris describunt. Atqꝫ aliter ipsam ignis imaginem cum de deo (qui
omnē intelligentiam superat) dicitur/ oportet accipere: aliter cum de intellectualibus eius M
prouidentiis/ siue rationibus/ aliter quoqꝫ cum de angelis enūciatur. ac priorem quidē illā
imaginem scđm causam/ sequentem vero secundū substantiā/ tertiam secundū participati=
onē: atqꝫ alia aliter sicuti digna cuiusqꝫ speculatio/ et erudita dispositio sancit/ accipere con

Hic questioni pontificis titi satisfacit

uenit. et non temere ac passim sacra signa miscere: sed ipsa congrue causis/ siue substantiis/
siue virtutibus/ siue ordinibus/ meritisue ac dignitatibus discernere. quoꝝ etiā sunt enunci
antia signa. ¶ Et ne modum excedamus epistole: ad ipsam iam propositā a nobis questi=

Esca siue cibi.

onē veniamus. dicimus itaqꝫ escam omnē vim habere eos perficiendi quos nutrit: dū imp=
fectū illorum atqꝫ indigētiā replet/ ⁊ infirmitatē curat/ vitāqꝫ custodit. ⁊ reuirescere facit/ ac
renouat. et vitalē illis iocūditatem/ copiamqꝫ largitur. prorsusqꝫ mesticie et imperfectionis
omnis expultrix: leticie vero ac perfectionis indultrix est. rite et igitur sapientissima/ beni= N
gnissimaqꝫ sapientia diuinis laudatur eloquiis: qꝫ mysticū craterē statuat/ sacrūqꝫ ipsius

Duplex cibꝰ/ atqꝫ esca.

propinet poculū: Solidiores quoqꝫ ante cibos ꝓponens. et cum alta predicatione: ipsam
desiderantes benignissime inuitans. Duplicem ergo diuina sapiētia proponit escam: soli=
dam alteram atqꝫ durabilem/ alteram liquidā et que profunditur. in cratere quoqꝫ proui=
dentissime benignitatis sue: gratiam/ copiamqꝫ largitur. crater enim rotundo ⁊ patulo ore

cum sit:prouidētie omniū (que initio et fine caret:patensqȝ et explicita oīa ambit/et conti-
net)signū profecto est. Uerū quoniā ⁊ ad oīa prodiēs in seipsa manet/subsistitqȝ in imobi
li identitate sua/neqȝ prorsus a seipsa discedit stabiliter/firmiterqȝ locata:ipse quoqȝ crater
stare memorat̄. Edificare autē sibi domū sapiētia dicit̄/et in ipsa solidos cibos/ et pocula/ Domus.
craterēqȝ ꝓponere:vt oībus diuina digne cōiicientibꝰ perspicuū sit/illū esse perfectā pro-
uidētiā qui oībus vt sint/ac bene sint autor est ⁊ causa. ⁊ ꝓcedit ad oīa:et in oībus fit et oīa
cōtinet.atqȝ eadē rursus in seipsa per eminētē excellentiā:nichil in nichilo secundū nichilū
est.sed excipit̄ ab oībus ipsa in seipsa identidē/ac sempiterne subsistēs/et stans ⁊ manens:
sempqȝ eodē modo ac similiter habens/et nequaqȝ extra se fit: neqȝ a sede ꝓpria/et imobili
māsione atqȝ substātia deficit.verū ⁊ in ipsa ꝓuidētie sue itegra/ perfectaqȝ bonitate:cūcta
disponit.et ꝓcedit ad oīa:et in seipsa manet. ⁊ stat semper:atqȝ mouet̄. ⁊ neqȝ stat:neqȝ mo
uetur.sed ꝓuidētie(vt ita dixerim)officia/ ⁊ actiones dum stat imobilis:peragit.atqȝ dum
prouidet:in sua illa stabilitate diuine ratione nature omnino mirabiliter manet. Sed enim Quis solidꝰ
dixerit quispiā:quis solidus est/et quis liquidus cibus? huiusmodi enim benigna sapiētia cibus et quis
q̇d ipse inde sentires agnoscerem. Tu vero mirabili prudētia subintulisti/ quod vsqꝫ adeo
Philipꝰ arideus philosophꝰ ꝛ astronomus. penetralibus mentis mee/ alte inhesit: vt nulla obliuione deleri/ nullaqꝫ vnqꝫ mortis valeat
imagiue deteri. Offusi enī tenebris ipsi eramus: orbē solis vndiquaqꝫ/ ꝛ ex equo occupāte
caligine. et posteaqꝫ repurgatio/ restitutioqꝫ facta est: luna ad solis diametrū cōuersa aufu
git. Et tūc quoqꝫ regulā Philippi Aridei assūpsimꝰ. cūqꝫ reperissemus (quod et erat notis=
simuū) eo tempe solē eclypsis molestias/ laboresqꝫ minime ꝑpeti debuisse: ac nichilominus
lunā ab oriēte solarem splendorē pullis/ nigrantibusqꝫ velis obduxisse/ cum soleat ex occi=
dua parte solem ingredi. tunc autē opifices lucis thesauros: caligmibus (quas ipsa genue
rat) ad occiduos vsqꝫ solis fines peruagata (vt ipsi putauimus) occultauit. cū tamē et lune
id tempus deesset: neqꝫ coitus tēpus vicinū esse cognosceret. Aio ad te (neqꝫ enim adhuc
mysterii tāte rei cōscius erā) O ingētis prudētie prōptuariū/ quid inquā O doctrine specu=
lum Appolophanes: his secretis asseribis? ad que nescio quo pacto diuino quodā afflatu
et nō humani sēsus sermone subintulisti: hec O bone dyonisi diuinarū vicissitudines sūt re=
rum. Deniqꝫ vero ānotatū diligenter ferie diem/ et ānū: anūtiationi quā sacer Paulus no=
stris attētis auribus infudit ꝯsentientibus signis cōspirare et cōcordari exptus: manus ve
ritati submisi/ et falsitatis nexibus sū absolutus. quā q̇dem veritatē mirifice effero/ et quam
tibi cōmunico: que est via/ et vita/ et lux vera: que illuminat omnē hominē venientē in hunc
mūdū. cui tu tādē ut vere prudēs accessisti. accessisti enī ad vitā: et abdicasti mortē. cui pro=
fecto inherendo res mirifice tecū bene acta est: hac insuper ratione nobis arctioribus con
strictus vinculis. qui me oris tui nitido lepore offūdere solebas: et plerūqꝫ fucatis quibus=
dā/ multicoloribusqꝫ et variis rationibus intima nostri sēsus offuscare/ et quasi acuminatis
terebrare spiculis. ꝛ adiiciebas te illius sapidā agnitionē ꝯprehēdere satagere: verū ocyus
a mētali palato resilire/ planeqꝫ dedignari in tuo ventre sedē sibi deligere. Age igitur modo
cognoscentia/ et prouida corda gerens: sursū erigere. ne pro iis qui non sunt: ipsū ens verū
vnqꝫ permutes. ꝛ pertinacior esto quibuscūqꝫ ad falsa precipitatibus: qꝫ ad ipsū qui vere est
nostris suadentibus votis te ipsū prestiteras. ita enī in ihesu (qui esse ꝛ vita mea est) letus iā
moriar: cū ipse in eo te viuere sentiam.

¶ Undecime epistole scholia.

¶ Argumentū. Dudum fraterne charitatis amore succensus beatissimus pater: multis tē
tauit epistolis Apollophanē philosophū/ vt ouili christi adiungeret. iustū eteni ꝛ desidera xx
bile erat: vt philosophi ad sapiētiā (cuius se amatores dicūt) accederēt. Et per sāctū Poly=
carpū Smyrneorū antistitē idem attentare diligēter curauit. Tandē diuina benignitas so

licitũ pro amico ſãctiſſimũ virũ exaudiẽs. Apollophani vt reſpiraret ad vitã / cõceſſit. quod vbi piiſſimi patris menti innoteſcere voluit: largas diuine bonitati gratias fũdẽs / ꝙ amicũ ſibi donaſſet: protinus ad Apollophanẽ ↄgratulatorias litteras dedit. quibꝰ curas / anxietateſ꜄ / ⁊ ſolicitudĩes (quas pro ipſo frequẽter ipſe ſuſceperat) aperit. et terrifice eclypſeos omnibus inauditã ſeculis nouitatẽ: quã ipſi ambo tũc vna heliopoli cõmorantes admirati fuerãt / in ſalutarẽ memoriã reuocat. et futurũ iam: vt in Jheſu (qui ſuũ eſſe / et ſua vita eſt) letior moriat̃ / quãdoquidẽ in eo apollophanẽ anime ſue partẽ / viuere cognoſcit. Et ex vrbana allocutiõe beatiſſimi patris ad apollophanẽ / ⁊ apollophanis ad beatiſſimũ patrẽ cũ adhuc eſſẽt gẽtiles / cuiꝰ et hac in epiſtola meminit ſacratiſſimꝰ pater: coniici poteſt vtrũ꜄ fuiſſe nobilẽ. ſic enĩ nobiles int̃ ſe vrbanã (ne quis aſſẽtationẽ putet) habẽt allocutionis dexteritatẽ / ⁊ comitatis obſeruãtiã. Et ꝗuis generis nobilitas ex officio in pago martio / ex aĩaduerſione ſecuris in ipſo / ex Ariſtarchi ãnalibus / ex loquẽdi vrbanitate ignota nõ ſit: ecce iam non ſit nobilis / niſi vera nobilitate etiã omnibus terre regibus (ꝗto ſoli ſidera cedũt) nobilior nõ enituerit.

yy ¶ Sepe et quidem accurate tibi patefeci. Hominem de limo a deo factum Moſes prodit Geneſeos cap. ſecundo. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre: et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vite / ⁊ factus eſt homo in animam viuentem. Et hominum malicias cathaclyſmo piatas fuiſſe Geneſis cap. ſexto / et ſeptimo declarat. ſexto quidem. Videns autẽ deus ꝙ multa malicia hominũ eſſet in terra / et cuncta cogitatio cordis intẽta eſſet ad malũ omni tẽpore: penituit eũ ꝙ hominẽ feciſſet in terra. delebo (inquit) hominẽ quem creaui / a facie terre: ab homine vſ꜄ ad animantia / a reptili vſ꜄ ad volucres. Et cap. ſeptimo. Factũ꜄ eſt diluuiũ quadraginta diebus ſuper terrã: et multiplicate ſũt aque / et eleuauerũt arcam in ſublime a terra. Cõſũpta꜄ eſt omnis caro que mouebat̃ ſuper terrã: volucrũ / animãtiũ / beſtiarũ / omniũ꜄ reptiliũ que reptãt ſup terrã. Et de homine ꝓſequẽter diuina amicitia ſuſcepto de Abraam / Jſaac ⁊ Jacob / et filiis eius / populo꜄ ab illis deſcendẽte legitur ſufficienter in Geneſi / et exodo. pariter et de magnalibus que deus in egypto / et egreſſu populi ſui / et in ſolitudine oſtendit: aliis in locis frequẽter ex Exodo auditũ eſt. Cetera autẽ que notã deſiderare poſſẽt: ex iis que ĩ ſeptima epiſtola (que eſt ad polycarpũ) dicta ſunt / cognoſci poſſũt ſufficiẽter ¶ Et corũ erit qui hec legerint: ſi in horũ ſacrorũ operũ recognitione / et ſcholiorum adiectione a nobis quic꜄ erratum eſt / aut amplius ꝗ par eſt / aut minꝰ appoſitũ: veniã tribuere. inſufficiẽtẽ enĩ me ipſe nõ ignorabã: ⁊ id põdus lõge vires meas ſuperare. ſed dolore victus: has celeſtes diuitias / has diuinitatis opes: fedo ſitu tã diu indigne tenebris horrere latẽtes / et nullũ ſuppetias afferre / id effeci quod potui. Et plane effeci / quale facere ſolet: qui precioſã gemmã luto obſitã offẽdit / quã nõ ſatis a ſe cognitã ilico docto artifici (vt eam ſedulo detergat / perpoliat / ſuũ꜄ ſolitũ ĩducat / reparet ꝗ nitorẽ) ꝑſentat. ita et vobis O parhiſienſes has litterarias opes preſento: vt vos illuſtrẽt. et per eas: alios vberius (pro vt deus ipſe vobis cõceſſerit) purgetis / illuminetis / at꜄ perficiatis / ſuũ꜄ illis nitorem reſtituatis. Peroratio

Diuini Dionyſii Areopagite Pauli et Hierothei auditoris / Atheniensis epiſcopi / et galliorũ apoſtoli: diuinorum operum: ad Jheſu / horum et omnium numerũ largitoris honorem / finis.

¶ Jacobi Fab. Stapulensis in epistolas diuini Ignatij argumentum.

Gnatius Joannis euãgeliste discipulus/ tertius a Petro Antiochene eccle-
sie suffectus Antistes/ in vinculis exultans quia dignus habitus sit pro nomi-
i ne Jhesu cõtumeliã pati/ rhomam imissus vt ad seuissimas bestias depugna
ret/ et et in theatrũ dei miles feruẽtissimus inter solutos efferatissimos leones
medius spectaculũ preberet: scripsit epistolas vndecim sua vicula pro christo
ꝯtinẽtes/ plenas sãcti spiritus feruore sacrũ eius pectus suauiter agitantis. Quaproter pie
legẽde et ꝓnũciãde sunt: nõ laxe/ nõ remisse/ eneruo emollitoq; animo: sed cũ feruore. sic
eni et eas scripsit totus ardẽs/ totus gestiẽs/ totus flãmatꝰ/ cupiẽs dissolui et esse cũ christo
sacratissimꝰ martyr/ diuino iam amore inebriatꝰ. Delicias eteni paradysi in extasi et ama-
torie mẽtis excessu: aliquãdo ipsũ expertũ posteris reliquit ãtiquitas. ⁊ psalmos ⁊ cãtũ per
antiphonũ ad angelorũ auditã harmoniã: ecclesiis tũc celestiformiter viuẽtibus primum
induxisse. Primã eius epistolã scribit ad Trallianos/ secundam ad Maguesios/ tertiã ad
Tarsenses/ quartã ad Philippenses/ quitam ad Philadelphios/ sextam ad Smyrneos/
septimã ad Polycarpũ Smyrneorũ episcopũ/ octauam ad Antiochenses/ nonam ad He
ronẽ diaconũ Antiochenũ/ decimã ad Ephesios/ et vndecimã ad rhomanos. Et has epi-
stolas (cũ vt ex more solitũ erat: in ecclesiis sancto cetu ꝯuocato ad õnes legerentur) dubiũ
nõ est fideliũ corda sic tũc aperuisse: vt plane miserũ se putaret qui a passione fuisset exclu-
sus/ qui relictus fuisset. quãdoquidẽ et nũc legentes/ qui viuificantẽ spiritũ sentiũt: illo desi
derio et pietate non frustrentur. Et adiecta est vna Polycarpi martyris/ Smyrneoꝝ An-
tistitis epistola: que his epistolis testimoniũ affert/ cuiꝰ et hireneus/ et eusebius memine-
rũt. Et sepe hic deo dignus martyr/ in sacro ipso affectate immolationis sue exprimendo
feruore: hoc loquẽdi genere vtiꝛ. ego pro vobis/ ego pro animabus vestirs efficiar. que sen
2. ad Corin. 12 tentia est sacatissimi Pauli/ ardentis Christi apostoli secũda ad Chorinthios epistola cap.
duodecimo. Ego autẽ inquit libẽtissime impendã: ⁊ superimpẽdar ego ipse pro animabꝰ
vestris. victimã se facere optans pro eorum anmabus qui in ecclesiis iam versabantur/ in-
gressuriq; erant. Et reuera pro ipsis atq; etiã pro nobis qui ecclesie (dei nos miserãte beni-
gnitate) accessimꝰ: et Paulus et reliqui apostoli/ discipuli/ Dionysius/ ignatius et Poly-
carpus victimã se fecerũt. Et his epistolis beatissimi martyris: ⁊ inuicti Christi ihesu mili-
tis Ignatii: testes accedũt Polycarpus/ Hireneus/ Eusebius Pamphili/ ⁊ Hieronymus.
Quas ideo libentius sacris magni et diuini dionysij operibus ꝯiunximus: quia ex his epi
stolis desumptũ/ cum de amore spiritaliter et supermũdane dissereret/ testimoniũ citauit.
tũ ꝙ in adiectis ad diuinum Dionysiũ scholiis nõ semel meminerimus sãctarũ sententiaꝝ
his p̃sẽtibꝰ epistolis ꝯtẽtarũ. addo etiã nos nichil pientius adiecisse potuisse scriptis a deo/
et spiritu sãcto agitate mẽtis. Inter eni scribẽdũ cũ duciꝛ ad huiꝰ mũdi p̃sides/ et mortalia
tribunalia prophetat. ⁊ que surgere debeant hereses preuidet: aduersus quas/ et que iam
extabant magno mentis affectu premunit. ⁊ plane a mẽtibus piis/ eoꝝ qui hec pro digni-
tate/ et reuerenter legunt: agnoscitur spiritus in eo loquens/ et verba pro veritate vincto/
subministrans. Ego eni (inquit veritas) dabo vobis in illa hora os et sapiẽtiam cui nõ pote
rũt resistere. Neq; opus esse michi visũ est: singulatim ad vnam quãq; epistolã argumenta
adducere ob littere peruietatẽ/ et ꝙ omnes ferme eãdem cõtineãt sententiã/ vincula scilicet
et ad mortalis claustri dissolutionẽ pro noĩe ihesu feruẽtissimũ desideriũ. et satis insup esse
visũ est ad latus paucis ãnotatiũculis adiectis nõ nullorũ ãmonuisse. Hoc insuper apposi
to quia ad Trallianos scribit/ Magnesios/ Tarsenses/ Philippenses/ Philadelphiẽses/
Smyrneos/ Antiochẽses/ Ephesios et Rhomanos: qui Tralliani/ Magnesij/ Tarsẽses
et reliqui sint.

Ex Strabone et diuo hieronymo.

¶ Trallis vrbs est asiatica ĩ vertice quodã plano (qui promõtoriũ natura munitũ habet)
sita: asiaticarũ vrbiũ opulentissima. vnde et dicũꝛ Tralliani.

¶ Smyrna (vt scribit hieronymꝰ) ciuitas est lycie ꝓuintie in asia. Et locum Smyrnam iu-
xta Ephesum inter Tracheam et lepramactam ponit Strabo. vnde smyrnei.

¶ Magnesia Eolica ciuitas est: que ad meandrũ dicitur. nam (vt inquit Strabo) ei proxima est. vnde magnesii/ et magnesiani.
¶ Tarsus ciuitas metropolis Cilicie prouincie Pauli apostoli natalibus celeberrima: ab Argiuis (vt scribũt geographi) condita. Hinc Tarsenses.
¶ Philippis ciuitas est in prima parte Macedonie: et hinc quoq dicti philippenses.
¶ Philadelphia Mysie vrbs: frequentibus terre succussionibus patens/ frequentibusq agitata terre tremoribus. idcirco malefidos parietes habẽs: ut qui (qđ et Geographi tradunt) crebris concussionũ iniuriis discutiant/ rimisq pateant. hinc philadelphienses.
¶ Troia inter Propontidos fluenta et montem Idam sita memorat/ monti vicinius adiacens: asiaticarũ vrbiũ vatũ/ poetarũq monumentis famatissima.
¶ Antiochia ciuitas Syrie: prima Petri apostoli sedes/ prima in qua christiani (qui baptisma suscepissent) a christo nũcupari ceperunt/ in qua Paulus et Barnabas ordinati sũt. que et postea: diuini Ignatij moderationibus credita est. a qua antiochenses.
¶ Ephesus ciuitas in Asia ab Amasonibus olim condita: sepulchro Joannis euãgeliste dilectissimi apostoli celebris. A qua et Ephesii.
¶ Rhoma (a qua et rhomani) notior est q̃ vt historie lucem requirat: italicarum vrbium preclarissima/ quondam orbis caput/ et vrbs per excellentiam dicta. Et hec pro communi argumento abunde dicta putentur.

¶ Sequentium Epistolarum index.

¶Diuini Ignatij episcopi Antiocheni tertij a Petro apostolo: martyris/ discipuli beati Joannis euangeliste/ epistole.

¶Ad Trallianos ex Smyrna. Epistola.I.

Gnatius qui et Theophorus: dilecte a deo patre/ et domino Jhesu christo ecclesie sancte (que est in Trallis) electe/ et deo digne/ pacificate in carne et spiritu Jhesu Christi spei nostre in passione per crucẽ/ et mortem/ atq; resurrectionem: quam et saluto in plenitudine apostolice forme/ et opto plurimum in deo gaudere. ¶Immaculatum animum/ et sine dolo in perseuerantia cognoui vos habere: non in hesitationem; sed in fidei possessionem. prout significauit michi Polybius episcopus vester: qui peruenit voluntate dei patris/ et Jhesu Christi filij eius cooperatione spiritus Smyrnam/ et sic michi congratulatus est vincto in christo ihesu: ut omnẽ plenitudinem in ipso conspicerẽ. Suscipiens ergo eum secundũ deũ: vestram beniuolentiã per ipsũ agnoui/ inueniens vos imitatores esse Jhesu christi saluatoris nostri ¶Episcopo subiecti estote: sicut domino. Ipse enim vigilat pro animabus vestris: tanq; rationem redditurus deo. propter quod videmini michi non secundum carnem viuere/ sed secundum ihesũ christum/ qui pro nobis mortuus est: ut credentes in morte eius/ per baptismum participes resurrectionis eius efficiamur. Necessarium est enim vos nichil preter episcopum facere/ neq; aliquid agere: sed et presbyteris subditi estote vt apostolis ihesu christi spei nostre: in quo perseuerantes/ in ipso inueniamur. Oportet ergo et diaconis qui sunt in ministerium ihesu christi omni modo placere. Non enim in cibo et potu sunt ministri: sed ministerij ecclesie dei. Oportet ergo precepta eorum obseruare: sicut ignem ardentem. ipsi vero sint tales. vos autem reuereamini eos tanq; dominũ ihesum christum: quoniam custodes sunt loci eius. sicut episcopus forma est patris omniũ: presbyteri vero sicut consessus dei et cõiunctio apostoloꝝ christi. Sine ipsis enĩ ecclesia electa nõ est/ neq; collectio sanctorũ/ neq; congregatio sancta. Confido enim et vos sic consistere: exempla enim charitatis vestre accepi. et habeo penes meipsum in episcopo vestro: quoniam ipsius institutio magna doctrina est. Nam et mansuetudo eius: virtus est/ quam arbitror etiam illos qui sine deo sũt reuereri. Quia autem diligo vos: parco frequentius vobis scribere/ ne videar aliquibus cõtrarius: aut tediosus esse. Vinctus sum enim pro christo: sed nondum christo dignus sum si autem consummauero: forsitan ero. ¶Non sicut apostolus precipio: sed metior meipsum/ ne in gloriatione mea peream. bonum est enim in domino gloriari. Et si saluatus fuero apud deum: plus me oportet timere/ et non attendere ad eos qui magnificant me. hi vero qui me laudant: potius flagellant. Eligo enim pati: sed nescio si dignus sum. Zelus enĩ inimici: multis non videtur/ me autem impugnat. debeo ergo esse mansuetus: vt dissoluatur princeps seculi huius diabolus. Nũquid non poteram vobis/ secretiora scribere? sed timeo ne paruulis vobis constitutis: lesionem imponam. Et ignoscite michi quia non valetis ferre vinculorum onera: quemadmodum ego vinctus sum. Et possum quidem intelligere celestia: angelorum scilicet atq; archangelorum ordines/ militiarum diuersitates/ virtutum et dominationum differentias/ sedium atq; potestatum distantias/ eternorũ magnificentias/ cherubin et seraphin excellentis spiritus sublimitatem/ domini regnum/ et super hec omnia omnitenentis dei incomparabilitatem. hec igitur ego cognoscens: nõ omnino perfectus sum/ aut discipulus esse possum: qualis paulus/ aut petrus. Multum enim michi restat: ne a deo derelinquar. Rogo autem vos: non ego/ sed dilectio Jhesu christi/ vt idipsum dicatis omnes/ et non sint in vobis scismata. Sitis autem perfecti in eodẽ sensu/ et in eadem scientia. ¶Sunt enĩ quidam vaniloqui et mentis seductores: nõ christiani sed christũ mercãtes/ seductione circũferentes nomen christi/ et cauponãtes verbũ euãgelij. et venenũ erroris commiscentes dulci blandimento: sicut puro melli virus admiscẽtes. vt qui biberit illi⁹ potus sẽsuales illecebras: dulcedine captus inobseruãter morti addic-

Polybius.

Precepta/ et sãcta monita

Magna humilitas: vbi grã abundat.

Petri et pauli laus mirifica.

Contra hereticos.

Monet autē quidam antiquorū: vt nemo bonus dicaẗ / qui malū bono admiscuerit. Nominant enim christum / non vt christum predicent: sed vt christū spernant. Et legem proferunt / non vt legem statuant: sed ut legi contraria annūcient: christum enim alienāt a patre. legem vero christi et natiuitatē ex virgine abiiciunt: crucem erubescentes / et passionem negantes / et resurrectioni non credentes. dominū incognitū profitenẗ / christū ingenitum putant / et neq̃ quia est spiritus sanctus confitenẗ. Quidam vero eorū: filium / hominē purum esse dicunt. alij autem ipsum patrē esse dicunt ipsum filium / ipsūq̃ spiritū sanctum. Et creaturam / non opera dei esse per christum dicūt: sed alterius cuiusdam extranee virtutis. Cauete ergo a talibus: ne sumatis laqueos animabus vestris. et vitam vestrā inexplorabilē opponite oibus hoibus: ne efficiamini muscipula explorationis / et sicut retia extēsa. Qui enim sibi non parcit in operibus suis: frater est polluentis semetipsū. Si ergo et vos deponatis naturalem superbiam / inflatilem / et tumidā extollentiā: possibile erit vobis inseparabiles esse a deo. Prope est enim dñs timentibus eum. Et in quem (inquit) respiciam: nisi in humilem / et quietū / et trementē verba mea. ¶ Veneremini autem et episcopū vestrū sicut christum: secundū quod vobis beati apostoli preceperunt. Qui enim inter altare est cōstitutus: mundus est. propter quod obedite episcopo vestro et presbyteris. Qui eni extra altare constitutus est: extra episcopū est / et presbyteros / et diaconos aliquid agens. qui talis fuerit pollutus est conscientia: et est deterior infideli. Quid est enim episcopus / nisi omnem principatū / et potestatē illorū omniū tenens: quēadmodū deceat hominē tenere / imitatorē dei factum secundū virtutem. Quid est presbyteriū: nisi institutio sancta consiliarij / et confessoris episcopi? quid etiam diaconi: nisi imitatores christi / ministrantes episcopo: sicut christus patri / et operantes illi operationē mundā et immaculatā: quo modo sanctus Stephanus beatissimo Jacobo / et Timotheus et Linus Paulo / et Anacletus et clemēs Petro? Qui igitur istis inobediens fuerit: hic sine deo omnino erit. et impius et contēnēs christū: et ordinationē ipsius minorans. Ego vero hec vobis mando / non q̃ aliquos inter vos tales agnouerim (nec pmittat deus aliquid huiusmodi aliquādo in auribus meis introire: qui filio suo non pepercit ppter sanctā ecclesiā) sed preuidens seditiones iniqui premonitione conforto vos: sicut filios meos charissimos / et fideles in dño. preperās vos medicamine premuniente cōtra imminentē pestilentiā: quam etiam vos tanq̃ morbum fugite / beneplacentes in christo dño nostro. Vos ergo succincti māsuetudine: imitatores estote passionū christi / et dilectionis eius / qua dilexit nos. dans semetipsum pro nobis redemptionē: ut nos sanguine suo mundaret ab antiqua impietate / et vitam nobis prestaret incipientibus nobis iam perire / pro malicia que erat in nobis. ¶ Nemo ergo vestrū aduersus proximū aliquid habeat: dicente domino / dimittite et dimittetur vobis. Nolite occasionē dare gentibus: ne propter aliquos paucos insipientes / verbū dñi et doctrina blasphemeẗ ne in vobis compleaẗ quod prophēta ex persona dei ad huiusmodi dicit: quoniā per vos nomen meū blasphemaẗ in gentibus. Obturate autem aures vestras: quādo vobis quis sine ihesu christo filio dei loquitur. qui factus est per mariā ex semine dauid: qui vere natus ex deo et ex virgine. quia hoc ipsum est: quod et deus. suscepit enim vere corpus. verbum (inquit) caro factum est: et habitauit sine peccato in nobis. quis enim ex vobis arguet me de peccato? Manducauit eni vere / et bibit: et crucifixus est et mortuus sub pontio pilato. sed et secundum placitum voluntatis sue vere crucifixus est / et vere mortuus: videntibus celestibus / et terrestribus / et infernis. celestibus quidem tanq̃ incorporalibus creaturis. terrestribus vero: ut iudeis / et rhomanis / et ceteris hominibus. qui tunc eodem tempore presto erant: quando crucifixus est dominus. infernis autem: ut multitudine eorum qui cum domino resurrexerunt. multa (inquit) sanctorum corpora dormientium: resurrexerunt de monumentis patefactis. descendit autem in infernum solus: ascendit vero cum multitudine. et dirupit macheriam que erat a seculo: et medium parietem eius dissoluit. Et resurrexit tertia die: resuscitante eum patre. et post dies quibus conuersatus est cum apostolis: assumptus est ad patrem. et sedet ad dexteram eius: expectans donec po-

Quis honor bonis episcopis presbyteriis et diaconi debeaẗ: et cuius formā gerūt / et quid sint.

Et de episcopis / presbyteris et diaconis non rite sed extra altare / ecclesiasticāq̃ instituti onē ordinatis.

Stephanus. Jacobus. Timotheus. Linus. Paulus. Anacletus. Clemens. Petrus.

De semp beata ꝟgine maria.

Macheria / bellum / pugna.

Hore mysterii viuifice passionis ihesu Christi cecatoris et saluatoris omniũ. Veneris passꝰ dominus. Sabbati fuit in sepulcro. Die dñica resurrexit. Iterum in hereticos.

nantur omnes inimici eius: scabellum pedum eius. die ergo parasceue tertia hora: accepit sententiã a pilato permittente patre. sexta vero crucifixus est. nona autẽ emisit spiritũ. Ante vero solis occasum de cruce depositus est / et sepultus in monumento nouo. sabbato vero mansit sub terra in sepulchro: quo posuit eum ioseph ab arimathia. Dominica autẽ die resurrexit a mortuis. secundum quod dictum est ab eo: sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus. Continet autẽ dies parasceue passionem eius: sabbatũ vero sepulturam et requiem: dominica autẽ resurrectionẽ. ¶ Quidam autẽ tanq̃ sine deo increduli / et infideles: dicunt eum putatiue tantum fuisse hominẽ / et nõ verum corpus suscepisse / atq; putatiue passum / et mortuum. Ego vero pro passione et morte domini mei vinctus sum: et opto ad bestias pugnare. Si enim putatiue et non vere passus est / et mortuus: ergo ego gratis moriturus sum / mendacia de cruce domini confingens. sed et propheta superflue dixit. videbunt in quem cõpunxerunt: et plangent inter seipsos tanq̃ super dilectũ / et dolebunt dolore tanq̃ super primogenitũ. ergo infideles illi / et increduli non minus sunt: q̃ illi qui eum crucifixerũt. Ego sic deuoui spem habere in eum: qui pro me vere mortuus est / quia alienum est ab eo mendacium. Vere etenim peperit Maria corpus: deo in eo habitante. et vere natus est: deus verbum ex virgine. corpus sine nobis passibile sine peccato induens: vere conceptus est in vtero / et factus est in vtero. formans et faciens sibi corpus ex virgine: sine semine scilicet / et collocutione viri. portatusq; in vtero: sicut et nos tempore portati sumus. et vere lactatus est et nutritus: sicut et nos. et cibo / et potu: sicuti et nos vsus est. et triginta annos agens: baptizatus est a iohanne in veritate / et non in phantasmate. et tribus annis predicauit euangelium: et fecit signa et prodigia coram falsis iudeis. et a pilato preside: iudex iudicatus est / flagellatus est / colaphis cesus est / consputus est. spineam coronam / purpureamq; vestem portauit. condẽnatusq;: crucifixus est vere. volũtarie / complacens / nõ imaginarie / neq; fallaciter mortuus est: sed vere. et sepultus est: et resurrexit a mortuis / sicut ipse alicubi orans patrem dicebat. Tu autem domine resuscita me: et reddã illis. Et pater qui semper eum exaudit: respondens ait. Exurge deus iudica terrã: quoniã tu hereditabis in omnibus gẽtibus. qui ergo resuscitauit eum pater: ipse etiam nos per eũ resuscitaturus est / non sine vera vita. hoc est sine ipso qui ait: ego sum vita / qui credit in me (licet moriatur) viuit: et omnis qui viuit et credit in me: non morietur in eternum. Fugite illas siue deo hereses: diaboli enim sunt adinuentio serpẽtis / autoris malorum. qui per mulierem seduxit adam / patrem generis nostri. fugite vero et malas soboles eius: Simonem dico primogenitum generis ipsius / et Menandrum / et Basilidem / et totam collectionem malignitatis ipsius. et illos hominis cultores hebionitas: quos maledictos esse / hieremias propheta asseruit. Fugite quoq; et illos imũdissimos Nicolaitas: amatores libidinis / malos calũniatores. nam talis fuit apostolorum minister nicolaus. Fugite etiã ipsius nequissimi nepotes: theodotum scilicet et cleobolum / qui generant fructum mortiferum / de quo si quis degustauerit: statim morietur / non morte temporali / sed eterna. Hi autem omnes non sunt plantatio dei patris: sed progenies maledicti. Omnis autẽ plantatio (inquit deus) quã non plantauit pater meus celestis: eradicabit̃. Qui si fuissẽt rami patris: nõ vtiq; essẽt inimici crucis christi. sed sũt rami illoꝝ: qui occiderũt dñm glorie. nunc autẽ crucẽ negantes / et passionẽ erubescentes: operãt̃ iudeoꝝ iniq̃tates / illoꝝ scilicet qui et deo rebelles extiterũt / et dñm occiderunt. parũ est enim eos dicere: prophetarũ esse interfectores. Vos ergo inuitat christus ad suam incorruptionẽ per passionẽ suã et resurrectionẽ: qui estis mẽbra eiꝰ. Saluto vos ex smyrna vna cũ cõpresẽtibꝰ michi ecclesiis dei q̃ et p̄sentes me id req̃sierũt in omni carne et spiritu. Postulãt vos vincula mea / que ꝑpter ihesũ christũ porto: rogãs deũ vt mereamini in ꝯsẽsu et oratione in inuicẽ ꝑmanere. decet eni vnũquẽq; vestrũ bene obsequi p̄sbyteris: episcopũ in honorẽ dei patris / et in honorẽ ihesu christi / atq; apostoloꝝ venerari. deprecor vos ex affectu audire me: ut non sit in testimoniũ qd vobis scripsi. et orate pro me idigente misericordia dei / ac vestra charitate: vt merear cõsequi sortẽ cui subiaceo / ne reprobꝰ inueniar. Salutat vos dilectio Smyrneorũ / et Ephesiorũ memores e-

Corpus sine nobis sine humana opatõe sed dio opante spiritu imo et tota supsustãtiali trinitate.

Simon. Manander. Basilides. Hebionite. Theodotꝰ. Cleobolus. Et nũc diabolũ neq̃ssimũ / nnuc maledictũ apellat.

stri:ecclesiaqꝫ que est in Syria. Unde non sum dignus dici vltimus eorum: qui ibi sunt. incolumes estote in christo ihesu. subiecti estote episcopo/ similiter ꝛ presbyteris/ atqꝫ diaconis: omnes inuicem corde inseparabili. Castificet vos spiritus meus/ non solum nunc: sed et quando deum meruero adipisci. Adhuc enim in periculo sum: sed fidelis est pater ihesu christi adimplere petitionem meam et vestram: in qua inueniamur immaculati/ et acquisiti in domino. Amen.

¶ Ad magnesianos ex Smyrna Epistola II

Gnatius qui et theophorus/ benedicte ecclesie gratia dei patris in christo ihe-
i su saluatore nostro: in quo saluto ecclesiam que est in magnesia iuxta meandrũ.
et oro in deo patre et ihesu christo domino nostro/ in quo plurimũ vos gaudere opto: cognoscens vestram secundũ deum benedispositam dilectionem. exultãs assumpsi in fide ihesu christi alloqui vos: dignus effectus sancti/ atqꝫ desideratissimi nominis/ in iis que gesto vinclis. laudo ecclesias in quibus iubilare opto carne et spiritu christi ihesu: qui est saluator omnium hominũ/ maxime fidelium. cuius sãguine redempti estis: per quẽ cognouistis deum/ imo cogniti estis ab eo. in quo sustinentes: seculi eius tentationẽ effugite. fidelis est autem qui non permittit tentari vos: super id quod potestis sufferre. Ceterum ego merui videre vos: per deo dignũ episcopũ vestrũ damam/ et deo dignos presbyteros vestros/ bassum scilicet et appollonium/ et conuiuam meum Socionem/ quẽ ego nutriui. quoniam subditus est episcopo et presbyteris in gratia dei/ et lege ihesu christi. ꝛ vos oportet nõ contẽnere etatem episcopi: ꝛ secundum dei patris omnem venerationẽ ei exhibere. et secundum quod cognoui etiam sanctos presbyteros/ ei deferre: non propter iuuẽtutem (que in eo videtur) arbitrantes contemnendũ/ sed in sapientia dei ei obedire. quãdoquidem non longi temporis sunt sapientes: neqꝫ senes sciunt prudentiam/ sed spiritus qui est in hoibus. Deniqꝫ daniel sapientissimus duodecim annorum effectus: spiritu sãcto repletus est. et illos seniores caniciem vanam habentes: calũniatores/ et aliene pulchritudinis appetitores esse manifestauit. Samuel etiam cum esset pusillus/ nonagenariũ heli sacerdotem/ per increpationem redarguit: ꝙ filios suos honorificaret super deum. Similiter et Hieremias audit a domino: noli dicere quia iuuenis sũ ego. Salomon quoqꝫ et Josias: in iuuentute mirifici/ et sapientes in operibus suis apparuerunt. Salomon quidem duodecimo anno etatis sue regnare incipiens: arduã et ininterpretabilẽ mulierũ pro paruulis questionẽ: terribili iudicio dissoluit. Josias vero octo annorum existens: aras ꝛ monumenta subuertere cepit/ lucos excidere/ tẽpla deiicere: que nõ deo sed demonibus fuerant consecrata. Nã et falsos sacerdotes interfecit vt corruptores/ et seductores hominũ: non diuinitati/ sed diabolo seruientes. propter quod non est contẽnenda iuuentus/ cũ deo adiacuerit/ atqꝫ adheserit: sed illa etas que ex sententia nocet/ etiam si inueterata fuerit dierum malorum. Juuenis fuit etiam Christoforus Timotheus: sed audite quid ei scripsit magister. Nemo (inquit) iuuentutem tuam contẽnat: sed forma esto fidelium/ in verbo/ in conuersatione. Dignum est ergo/ et vos obedire episcopo vestro: et in nullo ei cõtradicere Terribile est enim tali contradicere. non enim istum visibilem quis spernit: sed illum inuisibilem in eo contẽnit/ qui nõ potest a quoqꝫ contẽni. Hic enim nõ ab homine: sed a deo habet promotionẽ. dicit enim deus samueli de contẽptoribus eius: non te spreuerũt/ sed me. Nam et moises populo aduersus se murmuranti ait/ non enim aduersus nos murmurastis: sed aduersus dñm deum. Nemo enim inultus remansit: qui se contra potiores extulit. Deniqꝫ in lege Dathan et Abiron moisi resistentes: viui ad inferos depositi sunt. Sed et Chore et qui cõspirauerũt cum eo aduersus Aaron ducẽti quinquaginta: igne cõsũpti sũt. Absalon etiã parricida existẽs: diuino iudicio arbori appẽsus est. sed ꝛ cor ei9 (qđ mala cogitauerat) sagittis trãsfixũ est. Nã et achab ꝛ namã nichilomin9 ꝑpter similẽ causã morte plexus ẽ. Ozias quoqꝫ leprosus fact9 est: q꞉ ꝯtra sacerdotes sacerdotiũ aus9 est arrogare Saul etiã sacrificare ꝑsumẽs: regali dignitate dehonorat9 ẽ/ nõ expectãs ꝑncipẽ sacerdotũ samuelẽ. Oportet ergo ꝛ nos revereri potiores. ꝛ dignũ ẽ nõ solũ vocari nos christianos:

Sãctũ ꝛ desideratissimũ nomẽ: nomẽ Christianũ.

Damas q꞉ et dame9 aliquãdo apud Eusebiũ legitur

Bassus.

Apollonius.

Socion.

Daniel

Samuel.

Heli.

Hieremias

Salomon.

Josias.

Timotheus

Samuel.

Dathan

Abiron

Moises

Chore.

Aaron

Absalon

Achab.

Naman

Ozias

Saul.

sed etiam esse. non enim dicere/ sed esse: facit beatũ. Quidã autem episcopũ quidẽ vocant: et preter ipsum oĩa faciunt. Talibus igitur etiam ipse christus dicit (qui et verus ⁊ primus est episcopus/ et solus natura pontifex) quid me vocatis dñe/ domine: et non facitis ea que dico? Tales enim non bone scientie: sed derisores esse michi videntur. Quoniã vero negocia finem habent/ et adiacet quidem vita ex obseruatione/ mors vero ex inobedientia/ ⁊ necesse est vt vnusquisq; in loco quẽ sibi de preteritis elegerit/ in futuro esse precipiat: fugiamus igitur mortem/ ⁊ eligamus vitam. duos enim caracteres dico in hoĩbus inueniri: vnũ quidẽ vere monete signaculũ/ alterum vero adulterinũ. pius enim homo et religiosus: vera moneta est/ que a deo formata vel expressa est. impius vero et irreligiosus: falsa moneta est/ noxia/ adulterina/ praua: que nõ a deo/ sed a diabolo facta est. Hec autẽ afferẽs nõ duas naturas hominũ esse dico: sed vnũ eundẽq; hominẽ qui aliquando quidem dei/ aliquãdo autẽ diaboli efficitur. Si quis igitur pius fuerit homo: dei est. si vero quis impius extiterit: diaboli est. non ex natura: sed ex sententia factus. Infideles enim imaginem habent principis nequitie: fideles autem formam habent auctoris omniũ dei patris/ et christi ihesu filij eius. propter quod si non elegerimus pro veritate mori in passione ipsius: vita eius non est in nobis. Et quoniam in prescriptis personis multitudinẽ vestri contẽplatus sum: in fide et dilectione moneo/ ut vnanimes in deo omnia facere festinetis. assidente episcopo in loco dei/ et presbyteris in loco consistorij apostolorum/ et diaconis dulcissimis michi: quibus creditum est ministerium ihesu christi. qui ante secula genitus est a patre deus verbum/ vnigenitus filius: et in consummatione seculorum ipse permanet. regni eius nõ erit finis: inquit Daniel propheta. Omnes in concordia inuicem diligamus: et secundũ carnem nemo consideret propositum suum/ sed secundum christum ihesum. Nichil sit in vobis: quod vos possit separare. sed adunamini episcopo: subiecti per ipsum deo in Christo. Sicuti ergo dominus sine patre nichil facit (nõ enim possũ inquit a meipso facere quicq;) sic etiam et vos sine episcopo: siue presbyteri/ seu diaconi/ siue laicus. non ergo aliquid rationabile vobis videatur: extra ipsius sententiã. tale enim iniquum est: et ideo odiosũ. Omnes in idipsum ad orationem simul conuenite: vna deprecatio sit cõmunis/ vnus animus/ vna spes/ dilectio/ ĩmaculata in fide ihesu christi/ qua nichil aliud melius est. Oẽs adunati ad templum dei concurrite: sicut ad vnum altare/ sicut ad vnum ihesum christum pontificem ingeniti dei patris. Nolite errare in aliena gloria: neq; intendatis fabulis/ et genealogiis interminatis/ et iudaicis inflationibus. vetera enim transierunt: et ecce facta sunt omnia noua. Si enim nũc vsq; secundũ legem iudaicam/ et circũcisionem carnis viuamus: negamus nos gratiam accepisse. Sancti etenim prophete secundum ihesum christum vixerunt: ideoq; et persecutionẽ passi sunt inspirante gratia/ ad manifestationẽ incredulis: quia vnus est deus omnipotens/ qui manifestauit seipsum per ihesum christum filium suũ. qui est verbum ipsius: non prolatiuũ scilicet/ sed substantiale. non locutio articulate vocis: sed operatio deitatis/ substantia scilicet genita/ in omnibus bene complacẽs suo genitori. Si ergo ex antiquis scripturis conuersi ad vacuam spem venerunt/ expectantes christũ (sicut ipse dominus docet dicens: si crederetis moisi/ crederetis vtiq; et michi. de me enĩ ipse scripsit. Nam et abraham (inquit) pater vester exultauit: ut videret diem meũ. vidit: et gauisus est. Ante abraham enim inquit ego sum) quomodo nos poterimus viuere sine ipso: cui et prophete serui fuerunt/ spiritu preuidentes eum? et tanq; magistrũ expectabant/ et sperabant vt dominũ et saluatorem: dicentes ipse veniet/ et saluabit nos. Non ergo baptizem⁹ iudaice: ut feriis gaudentes. Qui enim non operatur: non manducet. et iterum. In sudore vultus tui mãducabis panẽ tuũ: dicũt eloquia. Sed vnusquisq; vestrũ sabbatizet spiritaliter: meditationi legis congaudens. non corporis dimissione fabricationẽ dei admirans: velut iudeus. non oĩa comedens/ et tepidũ bibens/ et mensurate ambulans: et saltationes atq; plausũ manuũ nũc habens. Sed pro sabbatizatione: diem festũ celebret oĩs christianus: dominicã resurrectionẽ/ regalẽ/ eminẽtissimã oĩum dierũ. de qua propheta expectãs dicebat: in finem pro octauo. in quo die et vita nostra exorta est: et mortis in christo fecta

Orõ fideliũ.

Si ergo: sẽtẽtia suspensa ad particulã vsq; quomodo poterim⁹

Dies dominica: verũ et spiritale sabbatũ pmitiue ecclesie.

victoria. quam filii perditionis negant/inimici scilicet saluatoris: quorum deus venter est.
qui terrena sapiunt: amatores voluptatũ/⁊ nõ dei. speciẽ qdẽ pietatis p̄re se ferẽtes: virtu=
tem autẽ eius abnegantes. christum mercantes verbũ dei: in tabernis p̄dicantes/et domi=
nũ nostrũ ihesum christũ vendentes/mulierũ corruptores/aliena ꝯcupiscentes/et pecuni=
arũ amatores. a quibus eruamini misericordia faciente: ꝑ dominũ nostrum ihesũ christũ.
nõ enĩ sentimus vtilitatem eius: nisi nos tentauerit. secundũ autem quod agimꝰ iam/non
erimus: nisi ipse nos miseratꝰ fuerit. si enĩ iniquitates obseruauerit: qũis sustinebit? Effici De noĩe Christiano
amur ergo digni cognomento: quod accepimus. Qui enĩ alio nomine preter istud vocat̃:
hic nõ est dei. non enĩ suscipit ꝓphetiam dicentem de nobis: quoniã vocabit̃ nomine nouo
quo dñs vocauit eum/et erit populus sãctus. quod et ꝯpletũ est primo in Antiochia syrie/
vbi acquisierũt discipuli nomẽ christianum: paulo et petro fundãtibus ecclesiam. Abiicite Petrus
ergo malum/vetus fermentum/quod corrũpit et putrefacit: et ꝑcipite nouũ gratie fermen Paulus
tum. Exultate in christo: vt non alienus dominet̃ vestri. Ineptũ est enim ihesum christum
lingua tantũ ꝓferre: et iudaismũ in animo habere. non enim christianitas in iudaismũ cre=
didit: sed iudaismus in christianitatẽ. Omnes deniqꝫ gentiles equalit̃ crediderunt: omnis
lingua christum cõfessa ad dñm collecta est. et facti sũt/lapidei corde: filii amici dei abrahe.
et in semine eius benedicti sunt omnes: qui in vitam eternã deputati sũt in christo. hec autẽ
dilectissimi michi/ taliter scribens: nõ agnoui aliquos ex vobis sic haberi. sed sicut minimꝰ Sic haberi: iudaismũ sectari
vestrum/volo vos conseruatos esse: vt nõ incidatis in hamos inanis glorie. sed vt ad ple=
num instructi sitis/in christo. qui ante secula genitus est a patre: postea autem factus est ex
maria virgine sine collocutione viri. et nobiscũ ꝯuersatꝰ sancte ⁊ sine querela: omnẽ infirmi Maria virgo
tatẽ/omnẽqꝫ languorem curauit in populo. et signa atqꝫ prodigia: pro beneficiis hominũ
fecit. et illis qui longe erant/⁊ illis qui prope in multitudine: vnũ et solũ verum deum patrẽ
suũ annũciauit. et passionẽ pertulit: et ab interfectoribus suis iudeis sub põtio pilato p̄side
et herode rege/crucẽ substinuit. et mortuꝰ est/atqꝫ resurrexit: et in celos ascendit ad illũ qui
misit eum. et sedet ad dexterã eius: venturusqꝫ est in cõsũmationem seculi in gloria paterna
iudicare viuos et mortuos/er reddere vnicuiqꝫ secũdũ opera sua. hec qui in pleno cognoue
rit et crediderit: beatus est. quomodo ⁊ vos amici dei et amatores christi estis: in plenitudi
ne spei vestre a qua nulli vestrum auerti cõtingat. Acquisiui vos in omnibus: siquidẽ dignꝰ Non sũ victꝰ: nõ reputo me victũ si vinculꝭ meis possum vos acq̃rere/si possum vos soluere
ero. si enĩ vinctus sum/sed ad solutionẽ omniũ vestrũ: nõ sum vinctus. Scio enĩ quia nõ in=
flamini: quia ihesum habetis in vobis. Et magis cum laudauero vos: scio quia reueremini
sicut scriptũ est/quoniam iustus sui accusator est in primordio sermonis. et dic tu inquit pri
mus peccata tua: vt iustificeris. et cum feceritis (inquit) omnia que mãdata sũt vobis: dici=
te serui inutiles sumus. quoniã in hominibus qui se exaltauerit: delinquit ante deum. dicit
enĩ deus: ꝓpicius factus sum peccatori: propter quod magni illi Abraam/et iob/terram ⁊
cinerem semetipsos ante deum nominauerũt. Et dauid: quis sum ego (ait) corã te domine
quoniam glorificasti me vsqꝫ nunc. Nam ⁊ Moises supra omnes homines mansuetissimꝰ
dicit ad deum: gracilis voce/et tardus lingua sum ego. humiles ergo estote/et vos ipsi: vt
exaltemini. Qui enĩ se humiliauerit/exaltabitur: ⁊ qui se exaltauerit/humiliabit̃. Studete
ergo ꝯfirmari in dogmatibus domini ⁊ apostolorum: vt ex omnibus que facitis dirigami=
ni in viam rectã carne et spiritu/fide et dilectione/cum honore digno episcopo vestro: et co
rona digno atqꝫ spirituali stephano presbytero vestro/⁊ secundũ deum diaconis. Subiecti
estote episcopis et inuicẽ: quomodo ihesus patri. vt laus sit in vobis secũdũ deũ: videntes
vos repletos omnibus bonis. Compendiose rogaui vos in dilectione ihesu christi: memẽ
tote mei in orationibus vestris (vt deum merear adipisci) et ecclesie que est in syria/cuius
non sum dignus vocari episcopus. Indigeo enĩ illa laudabili vestra oratione: vt dignꝰ sim
illã que in syria est ecclesiam per bonã operationẽ vestram pascere in christo. Salutant vos
ephesij de smyrna (vnde scribo vobis) presentes quo modo in gloria dei in omnibus refe=
cistis me simul cũ polycarpo. ⁊ cetere ecclesie: in honore ihesu christi salutãt vos. incolumes
estote: in vnanimitate possidẽtes inseparabilẽ spiritũ in christo ihesu per volũtatẽ dei amẽ.

¶Ad tarsenses ex philippis epistola III.

Satiatus sũ: saturatus sũ: repletus sum malis et crudelitatibꝰ eorũ qui me ducũt per oĩa. Feruida martyris pietas

Ignatius qui et theophorus salutem consecute in christo ecclesie/ laude digne/ et memoria digne/ et dilectione digne/ que est in tharso: misericordia et pax a deo patre/ ⁊ domino ihesu christo. Satiatus sũ in omnibus a syria rhomã vsq cũ bestiis depugnans/ non ab irrationabilibus scilicet bestiis voratus (ille enim: volũtate dei peper cerunt danieli) sed humanã figuram habẽtibus: que sunt imanes bestie. Obsident enim me nocte/ dieq ac deuorant: sed nulli iniquorum istorũ/ facio sermonẽ. neq habeo naturã meã tam honorabilẽ michi: vt plus eam q̃ dñm diligã. ꝑpter quod paratus sum ad ignẽ ad bestias/ ad gladios/ et crucem: tantũ vt christum videam saluatorem meũ/ et deum qui pro me mortuꝰ est. Rogo ergo vos ego vinctꝰ christi/ qui per terrã et mare exagitor: state in fide cõfirmati/ quoniam iustus ex fide viuit. Estote inclinabiles et vnanimes in fide: quoniam dñs habitare fecit vnanimes in domo. Agnoui eñi quoniã quidã ex ministris sathane: voluerunt vos cõturbare. quorum quidam dicunt quia ihesus putatiue natus est/ ⁊ putatiue crucifixus. quidam vero quia nõ est filius eius qui fecit mundũ. alii autẽ quia ipse est

Ille qui ẽ sup oĩa deus: patr

ille/ qui est super omnia deus. Alii quoq quia homo est purus. quidã vero quia caro eius nõ resurrexit: ⁊ quia oportet terminabilem vitã haberi/ atq hanc esse finem bonorum/ que nõ multo post corrumpitur. quibus quidẽ multorum malorũ ager cumulatus est. Sed vos non intẽdatis mandatis eorum. Pauli enim estis ciues/ et discipuli: qui ab hierosolymis et in circuitu vsq ad illyricum cuncta repleuit euangelio/ et stigmata christi in corpore suo portauit. Cuius memores estote omnibꝰ modis: et cognoscite quia dominus ihesus christus/ vere natus est de maria/ factus ex muliere/ et vere crucifixus est: in qua cruce gloriatur paulus dicens. michi autẽ absit gloriari: nisi in cruce dñi nostri ihesu christi. et vere passus

Petrus. Paulus. Jacobus. Joannes. Stephanus.

est/ et mortuus: ⁊ resurrexit. si enim passibilis inquit christꝰ/ ⁊ si primꝰ ex mortuis resurrexit et qui mortuus est peccato: mortuus est semel. quod autẽ viuit: viuit deo. Insuper que necessitas vinculorũ: christo non mortuo? que necessitas tolerantie/ aut que necessitas flagellorum? Quid quod petrus crucifixus est. Paulus et Jacobus gladiis obtrũcati sunt/ Joannes in pathmo relegatus est. sed et Stephanus a domini interfectoribus iudeis: lapidibus

Athanasius ĩ libro quẽ cõposuit ĩ arrhiũ Photinũ ⁊ sabelliũ/ hec que hic adducũtur: ꝑti scdm dispẽsationẽ carnis assumpte: parti vo scdm diuinitatẽ intelligẽda eẽ docꝫ

extinctus est. Sed nec in hoc quidẽ est victoria: vere eñi crucifixus est dñs ab ipsis. et quia iste qui natus est ex muliere filius est dei: et qui crucifixus est primogenitus est omnis creature/ et deus verbũ et ipse fecit omnia iussione patris. quod apostolus corroborat dicẽs: vnus deus pater ex quo omnia/ et vnus dñs ihesus christus per quẽ omnia. Et iterũ vnus eñi deus/ vnus et mediator dei et hominũ homo christus ihesus: qui est imago dei inuisibilis/ primogenitus vniuerse creature. quoniã in ipso creata sunt omnia/ que sũt in celo et in terra/ visibilia/ et inuisibilia. et ipse est ante omnes: ⁊ omnia in ipso constant. Et quia nõ est ipse/ ille qui est super omnia deus: sed filius ipsius. qui et ascendere se ad eũ profitetur dicens: ascendo ad patrem meũ/ ⁊ patrem vestrum/ et ad deũ meum et deũ vestrum. ⁊ quãdo

Ille qui est super omnia deus: pater Et qui est oĩa qui filius

ei fuerint omnia subiecta: tũc et ipse subiectus erit illi qui ei subdidit oĩa/ vt sit deus omnia in omnibus. ergo alius est ille qui subiecit filio omnia/ et qui est omnia in oĩbus: et alius filius cui subiecta sũt omnia/ qui et post hec omnia subiectus erit illi qui ei subdidit omnia. et nõ est homo purus ille: per quem et in quo facta sũt omnia. Omnia eñi inquit per ipsũ facta sunt. Et in libro sapientie ipse de seipso refert dicens: cum faceret celum aderam illi. ⁊ iterũ. Ego eram apud eum cuncta componens: et congaudebat michi quotidie. Quomodo autẽ homo purus audiret: sede ad dexterã meam? aut quomodo diceret: ãteq abrahã fieret ego sum? vel illud quod ait: gloria illa glorifica me/ quã habui apud te priusq mũdꝰ fieret? Quis autem homo posset dicere: descendi de celo nõ vt faciam volũtatem meã/ sed voluntatẽ eius qui misit me? vel de quo homine diceretur: erat lumẽ verum quod illuminat omnẽ hominem venientẽ in hunc mũdũ. In hoc mũdo erat: et mundus per ipsũ factꝰ est/ et mũdus eum nõ cognouit. in propria venit: ⁊ sui eum nõ receperũt? Quomodo ergo huiusmodi homo est purus? ex maria demũ habens initiũ vt esset: et non potius deus verbum ⁊ filius vnigenitus? de quo dictũ est. In principio erat verbũ/ ⁊ verbũ erat apud deũ/

et deus erat verbum: omnia per ipsũ facta sũt/ et sine ipso factũ est nichil. et paulo post: vidi
mus gloriam eius/ gloriam quasi vnigeniti a patre plenũ gratia et veritate. Et iterũ vnige=
nitus qui est in sinu patris: ipse enarrauit. qui ⁊ per Salomonē refert dicēs: creauit me do
minus principium viarũ suarũ. in opera sua ante secula fũdauit me: ante autem omnes col
les genuit me. Et resuscitaturus est corpora nostra. dixit enī/ amen dico vobis quoniā ve=
nit hora in qua omnes qui in monumētis sunt: audient vocem filii dei/ et qui audierint/ vi=
uent. Quod etiā apostolus cōfirmat dicens: oportet corruptibile hoc: induere incorrupti=
onē/ et mortale hoc induere īmortalitatē. Et quia oportet caste/ ac iuste viuere: iterũ dicit.
nolite errare: neqꝫ fornicarii/ neqꝫ moles/ neqꝫ masculoꝝ cōcubitores/ neqꝫ maledici/ neqꝫ
ebriosi/ neqꝫ fures/ neqꝫ rapaces regnum dei posidebunt. Et si mortui non resurgũt/ neqꝫ
christus resurrexit: vacua est ergo predicatio nostra/ vacua est fides vestra/ ⁊ adhuc estis in
peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in christo: perierunt. Si in hac vita tantũ speran=
tes sumus in christo: miserabiliores sumus omnibus hoībus. Si mortui nō resurgunt: mā
ducemus/ ⁊ bibamus crastina enī moriemur. Sic autē sic ꝯfidimus: que est differentia ho=
minũ/ ⁊ canum/ vel asinoꝝ: qui nichil de futuro cogitāt/ qui cōmestionis tātũmodo appe=
titores sunt/ et post cōmestionē inscii sunt quid interius moueatur. acquisiui vos in domi=
no: claborate vnusquisqꝫ omnem maliciā deponere/ et ferocem animũ/ et maliloquia/ et ca=
lũniam/ et turpiloquiũ/ malam ꝯuersationē/ susurrationē/ īflationē malignā/ auaritiā/ ina=
nem gloriam/ inuidiā/ et omnia que his similia sunt. Induite autem dñm nostrum ihesum
christũ: ⁊ carnis curā ne feceritis in cōcupiscētiis. Presbyteri subditi estote episcopo/ dia=
coni presbyteris. populus diaconis: pro aīabus hāc ordinationē custodientibus ego effici
ar. et dominus sit cũ eis indeficienter. Mando vobis o viri diligite cōiuges vestras/ filii ho
norate patres/ et vos parentes nutrite filios in eruditione et disciplina dñi. Eas que in vir=
ginitate sũt honorate/ sicut sacras christi: viduas pudicas vt sacrariũ dei veneremini. dñi
cum parcitate estote: serui cum timore/ dominis seruite. nemo ociosus in vobis sit: mater
enim egestatis est vacuitas. hec autē dicens nō impero quātum oportet: et siquidē vinctus
sum/ tanquā fratres commoneo. Et si dominus est vobiscũ: acquisiui vos. orōibus vestris
incumbite: vt ihesũ merear adipisci. cōmēdo vobis ecclesiā: que est in antiochia. Salutant
vos ⁊ electe ecclesie philippensiũ: vnde ⁊ scribo vobis. Salutat vos philon diaconus vester Philon.
cui et ego gratias ago bene michi seruienti im omnibus. Salutat vos Agathopus diaco Agathopus.
nus de syria: qui me sequitur in christo. Salutate īuicē in obsculo sācto. Saluto vniuersos
et vniuersas: qui sunt in christo. Incolumes estote/ corpore/ et animo/ et spiritu: et mei ne
obliuiscamini. et sit deus vobiscum. Amen.

¶ Ad philippenses de baptismo per euphaniũ lectorē nauim ascēsurũ Epistola III euphanius

Gnatius qui et theophorus/ ex imperio dei patris misericordiā consecute in fide/
i et patientia/ et dilectione sine dolo ecclesie que est philippēsis: misericordia et pax
a deo patre/ ⁊ dño ihesu christo/ qui est saluator oīm hominũ maximeqꝫ fideliũ. me
mores charitatis vestre et solicitudinis que est in christo/ quā ostēditis in nobis: decēs esse
arbitati sumus scribere ad fraternā in domino vnanimitatis vestre dilectionē. cōmonitos
vos faciens cursus nostri: vt id ipsũ dicatis omnes/ vnũ sentientes. in hoc ipso fidei regu=
las/ preceptaqꝫ feci: sicuti et Paulus erudiens vos dicit. vnus est enī omniũ deus/ patˀ chri=
sti: ex quo omnia. ⁊ vnus dominus noster ihesus christus filius dei vnigenitus/ dominator
vniuersorũ: per quē oīa. vnus autē etiā spiritus sanctus qui operabatur im moise et ꝓphe
tis/ et apostolis. vnũ quoqꝫ et baptisma: quod datur in morte christi. vna itaqꝫ ecclesia etiā
esse debet/ et vna fides: que est in christo scdm dictũ eiusdē apostoli dicētis. vnus deˀ/ vna
fides/ vnũ baptisma. vnus deus et pater omniũ: qui est sup omnes/ et per omnes/ ⁊ in oibˀ.
vnus est ergo deus pater: et nō duo vel tres. vnus scilicet qui est: et non est preter eum solũ/
verus. dñs enim (inquit) deus tuus: deus vnus est. Et iterũ Nonne vnus dominus creauit
nos/ et vnus pater est omniũ nostrum: vnus quoqꝫ et filius/ deus verbũ. vnigenitˀ (inquit)
qui est in sinu patris. Et rursũ vnus dominus ihesus christus. et alibi quod est nomē eius

aut quod est nomē filii eius? Scitote autē quia vnus est etiā spiritus sanctꝰ paracletus. sicut idem Paulus ait vnus spiritus: sicut vocati estis in vnā spem vocationis vestre. Et iterum: omnes inquit in vno spiritu parati sumus. manifeste autē omnia dona gratiarū: ipse vnus atq idem spiritus operat̄. Ergo neq tres sunt patres/ neq tres filii/ sed neq tres paracleti: sed vnus pater et vnus filius/ et vnus paracletus. ꝓpter quod et dominus mittēs apostolos docere omnes gētes: precepit eis baptizare eas in noīe patris/ et filii/ et et spiritus sancti. nō in vnū quēdā trinomiū: neq in tres vniꝰ/ eiusdēq honoris. quia vnus est tātum qui homo factus est: nō pater scilicet/ neq paracletus/ sed solus filiꝰ. non putatiue neq in phātasmate: sed certissima veritate. verbū enī caro factū est: ⁊ habitauit in eā. Sapientia nāq edificauit sibi domū: et factꝰ est (sicut homo) deus cū corpore/ quod suscepit ex virgine. nō ex collocutione scilicet/ aut semine viri. virgo enī inquit in vtero cōcipiet: ⁊ pariet filiū. vere natus est/ ⁊ vere creuit/ vere māducauit/ ⁊ bibit: vere crucifixus est/ ⁊ mortuus/ et resurrexit Qui hec credit/ vt vera eius continet natiuitas: beatus est. qui autem hec non credit: nichil refert ab eis/ qui eum crucifixerūt. princeps enī huiꝰ mūdi in hoc gaudet: quādo quis crucem negauerit. Interitū enī sibi ipsi esse cognouit confessionē crucis. hoc enim tropheū est cōtra eius virtutē: quod videns expauescit/ et audiēs timet. Nam et anteq facta esset crux festinabat facere hoc/ ⁊ operari in filiis diffidētie. operatus est autē inuidia in phariseis/ in saduceis/ in senioribus/ in iuuenibus/ ⁊ in sacerdotibus. Cum autē properaret vt fieret cōturbabatur. et postea desperationē immisit proditori: ⁊ laqueū ei ostendit/ et suspendium eū docuit. et mulieri immisit timorē in sōno ipse: cōturbans/ ⁊ compescere tentans patibulum crucis. ipse omnia euocans: mouet in suā perniciē/ nō recognoscens. in tantū enī mala erant/ non omnia. Malignus autē sentiebat suā perditionē. Initiū enim illi fuit ad damnationē crux christi/ principiū mortis/ initium perditionis. propter quod in aliquibus quidē operatur: negare crucē/ passionē erubescere. qui vt funestum putant vocari de virgine generationē/ circuncidere ipsā naturā/ et diffamare quasi odiosam: iudeorū auxiliator est ad negationē crucis/ paganorū ad calūniam marie/ hereticorum ad phantasiā. multiformis est enī malicie princeps: furans sensus/ cōtrarius sibimetipsi. et alia quidē suggerens/ alia vero ostentans. Sapiens est enim ad malefaciendū. quod bonū est autē nescit aliquādo: ignorantia enī repletus est per inobediētiā. Quomodo enim nō sit talis: qui nō sibi ꝓponit suū sermonē. Si enī homo purus est dominus ex anima ⁊ corpore: qd circūcidis natiuitatē cōmunē nature hominū? Quid tanquā paruā gloriam in homine factā: passionē/ simulationē vocas/ ⁊ mortē immortalis gloriam existimas? Si deus est homo: quid vnicū vocas dn̄m glorie illum videlicet natura īmutabilē? Quid sine lege dicis legislatorē: qui nō humanā naturā habuit? verbū caro factū est. verbū homo: sed nō in homine. Quomodo igitur magus est ille/ qui in principio oēm sēsibilē et intelligibilē naturā volūtate patris preparauit: qui cum esset in carne omnē infirmitatē/ atq languorē curauit. Quomodo autem nō est deus ille: qui mortuos resuscitauit/ claudos sanauit/ leprosos mundauit/ cecos illuminauit/ aquā in vinū cōuertit/ tuumq exercitū verbo tātum fugauit? Quid ergo deiicis naturā virginis et mēbra turpia vocas? hec ergo p̄seminas: et nudari iubes masculos in facie feminarū/ feminas vero in illicitū desideriū masculoꝝ. tūc oīa turpia vidētur: et pudicum te ipsū facis/ cum tu sis fornicationis spiritus. Ignoras quia tūc fit aliquid turpe: quādo illicite perpetrat̄? ceterū nichil turpe est: qd sine peccato gerit̄/ nichil prauū/ sed oīa bona valde. et tu nō vidēs pessundas eā. Quomodo rursum nō tibi videt̄ natus esse Christus ex virgine: sed ille qui est sup oīa deus/ ille scilicet oīa potens? quis ergo est qui hūc misit dicito: quisue huic dominat̄/ vel cuius sentētie subiectꝰ fuit/ aut cuius legē adimpleuit? Tu qui nullius sentētiā vel potestatē habes: christū seperas a generatione. legislatorem ingenitū esse ꝓnuncias: et cruci affixum illū qui est sine principio. Cuiꝰ ergo permissu hoc factū est: nō est dicere. Non enī me latuit tuū antiquū cōsiliū. neq ignoro quoniā curue/ et lubrice incedis. tu autē ignoras quis est qui natus est: qui oīa scire te fingis. Multa enim te latent: virginitas scilicet marie/ gloriosus partus/ de cuius corpore deus ꝓcessit. stella

Astꝰ pessimi demonis aperit: et tādem ī eū disputationem suscipiē ipsū ꝯfutat viriliter.

orientis que apparuit: munera ferentibus magis/ archangeli salutatio ad virginem facta: virginis gloriosa conceptio/ desponsate puelle predicatio. et virginis in vtero: infantis preuisio. angelorum hymno glorie/ ad gentium pastores annunciatio/ herodis timor in extollentia regni/ preceptio ad paruulorum necem. in egyptum transmigratio/ atque exinde reuersio: cunabula infantilia. descriptio humana: lactis nutritio/ nomen patris non seminantis. presepe vbi positus est: eo quod non fuerit locus. nulla humana preparatio: prouectus etatis/ crementum corporis/ humana loquela. sed et quod esuriit/ sitiuit/ iter ambulauit/ laborauit: sacrificiorum oblatio/ circuncisio/ baptisma. vox dei desuper ad batizatum: quid vel vnde fuerit testificatio spiritus/ et dei vox. Joannis prophetia significantis passionem per agni appellationem: diuersorum signorum operatio/ varie curationes/ imperium domini quo mari imperauit/ et ventos sedauit/ et spiritus iniquos fugauit/ teipsum torquens et manifestatione virtutis sue affligens/ hec omnia videns/ non habes quod facias: nisi tenebrosas vertigenes. Et quia virgo peperit ignoras: sed confundit te angelorum laudatio/ magorum adoratio/ stelle apparitio. Ignorantiam igitur olim incurristi per contumaciam. parua tibi videntur cunabula/ passiones/ circuncisio/ lactis nutritio: indigna tibi deo esse hec videntur. Iterum ne vidisti hominem quadraginta diebus et quadragita noctibus ingustato cibo humano/ et angelos ei ministrantes: quos et tu timebas? videns primo quasi communem hominem baptizatum: et causam ignorans. post ieiunium vero esurienti/ insidiabaris: et tentabas quasi communem hominem/ ignorans quis esset. dicebas enim si filius dei es: ignorantie id est. nam si vere cognosceres: scires sine dubio. quia que impossibilia videntur ad faciendum/ et difficilia ad conuertendum: factori omnia possibilia sunt. Et propter ventrem tentans eum/ qui pascit omnes esca indigentes: audes tentare dominum glorie. oblitus per tuam maliciam quia non in pane solo viuit homo: sed in omni verbo quod procedit ex ore dei. scires quia filius dei erat. cognosceres vtique quia in quadraginta diebus et quadraginta noctibus nullo egens/ reddens corruptibile corpus: etiam in continuatione hoc facere poterat. Sed idcirco esuriit: vt ostenderet quia vere suscepit corpus passibile/ simile hominibus. propterea et primo ostendit quia deus erat et secundo quia et homo fuit. Tu ergo qui tanquam fulgur de sublimi gloria cecidisti: audes dicere domino mitte te deorsum. cui ea que sunt: estimantur quasi que non sunt. et ad inanem gloriam prouocas eum: qui non extollitur. et fingis te scripturas de eo legere dicens: scriptum est enim quoniam angelis suis mandauit de te ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. et fingis te sequentia ignorare/ auferens ea que de te ac de tuis ministris prophetauit dicens: super aspidem et basiliscum ambulabis/ et conculcabis leonem et draconem. Si ergo conculcatio es pedum domini: quomodo tentas intentabilem? immemor legislatoris qui dixit: non tentabis dominum deum tuum. et audes impudentissime opera dei assumere/ et dicere quia tibi traditus est principatus eorum: et casum tuum ostendis contra dominum deum tuum. et promittis te dare ei que sunt ipsius dicens: hec omnia tibi dabo si cadens in terram adoraueris me. Quomodo non timuisti talem vocem contra dominum emittere: tu qui omnium malignorum spirituum malignissimus es? et pro malicia ventre et pectore in terram repere iussus es: et per inanem gloriam inhonoratus es/ qui per auaritiam et arrogantiam ad impietatem deductus es? Tu incensor/ draco/ apostata/ serpens perplexus a deo discedens: a christo separatus/ a sancto spiritu alienus/ et a choro angelorum exulans. Iniuriator legis dei/ et legitimorum inimicus: qui super prothoplastos insurrexisti/ et a mandato dei auertisti eos qui nichil te leserunt. qui aduersus abel: cain parricidam excitasti. qui in Job: mala exercuisti. tu ergo huiusmodi dicis domino: si cadens in terram adoraueris me. O audacia/ o puniende serue fugitiue/ serue flagellande/ exterminator bonorum: domino dominorum/ perfecto deo omnium intelligibilium atque sensibilium dicis/ si cadens adoraueris me. dominus autem longanimus qui non in presenti et ilico interficit eum qui per ignorantiam et audaciam talia dicit: sed mansuete respondet dicens vade sathana. non dixit reuertere post me: non enim es reuersurus aliquando. sed vade inquit sathana: in ea que tibi elegisti loca. vade in ea quibus prouocatus es a tua malicia. Ego autem scio quis sum/ et a quo sum missus: et scio quem debeo adorare. dominum enim (inquit) deum tuum adorabis: et illi soli seruies. Scio enim et noui vnum solum: cui non denego seruire. a quo tu apostata factus es. non enim sum antitheus hoc est contrarius deo: sed confiteor eius eminentiam/ et non recuso adorare eum

Predicatio a sancta heliza beth

Infantis in vtero preuisio a sancto ioanne

quem noui natiuitatis mee autorē/ et dñm/ atq mee perseuerātie custodē. ego enī viuo pro p ter patrem. hec autē fratres per dispositionē dei coactus sum mittere ad vos: monēs vos ad gloriā dei nō quasi extraneus/ sed sicut frater. Subiecti estote episcopo ꝛ presbyteris et diaconis. diligite inuicē in dño: sicut dei simulacra. videte ergo viri: vt diligatis vxores vestras/ sicut ꝓpria mēbra. mulieres vero sicut vnitatis tactu viros vestros amate. Qui castꝰ est vel ꝯtinens nō extollatur: ne perdat mercedē suā. dies festos nolite inhonorare. quadragesimā vero nolite pro nichilo habere: imitationē enī cōtinet dei cōuersatiōis. Ebdomadam etiā passionis nolite despicere. Quarta vero et sexta feria ieiunate: reliquias paupibꝰ porrigentes. Quicūq dñicam aut sabbatū ieiunauerit preter vnū sabbatū pasche: ipse est christi interfector. Orationes vestre protēdātur ad ecclesiā antiochie: vnde et vinctus ducor rhomam. Saluto sāctum episcopū polycarpū. Saluto sāctum episcopū vitalē et sacrosāctum presbyterū/ ꝛ cōseruos meos diaconos: pro quoꝝ aīabus ego efficiar. Adhuc dico episcopo et presbyteris in dño: quicunq cum iudeis pasca egerit/ aut solēnia dierū festoꝝ eorū susceperit/ cōparticipabit eis qui dñm et apostolos eius occiderunt. Salutāt vos philon et agathopus diaconi. Saluto cōgregationē virginū/ legionē viduaꝝ: a quibus adiutus sū. Saluto populū dñi/ a minimo vsq ad maximū. Trāsmisi vobis hec mea scripta per euphaniū lectorē/ virum deo honorabilē et fidelissimū: qui michi occurrit in regionē iam naui ascensuro. Mementote vinculoꝝ meorū: vt cōsummer in dño. Incolumes estote carne et anima et spiritu ꝑfecta sentiētes: deuitantes operarios iniquitatis/ et corruptores verbi veritatis/ confortati in gratia domini nostri ihesu christi. Amen.

Marginal notes: Quadragesima. Ebdomada passionis. Quarta feria. Sexta feria. Dies dñica. Sabbatum. Policarpus. Uitalis. Pasca. Philon. Agathopus.

¶ Ad philadelphienses Ex troia epistola. V.

Ignatius qui et theophorus ecclesie dei patris et domini nostri ihesu christi (que est in philadelphia) misericordiā cōsecute in dilectione/ et cōfirmatione/ in cōcordia et exultatione dei/ in passione dñi indiuise et in resurrectione eius/ replete omni misericordia: quam et saluto in sanguine ihesu christi quod est gaudiū sēpiternū et singulare maxime ijs qui sunt in vnū cū episcopo/ cum presbyteris/ ꝛ diaconis probatis in volūtate dei patris: per dñm ihesū christū qui scdm suā volūtatem solidauit firmiter ecclesiā eiꝰ super petrā/ edificio spirituali nō manufacto. quā flumina inundātia et flantes venti nō valuerunt subuertere: nec valebūt aliquādo spiritus nequitie/ sed debilitantur virtute dñi nostri ihesu christi. videns autē episcopū vestrum cognoui: quia nō a semetipso/ neq ab hoībus promotus est in ministeriū ad cōmunionē pertinēs/ neq per inanem gloriā: sed in dilectione ihesu christi/ et dei patris qui resuscitauit eum a mortuis. cuius expauesco mānsuetudinē: quomodo tacens amplius potest a loquente. Aptus est enim mandatis dñi/ et iusticia eius: sicut corde cithare. et est irreprehensibilis: nō minus a zacharia sacerdote. Propter quod beatificat anima mea illius secundū deum dispositionē: cognoscens innocentē et perfectam/ et immobilē/ ꝛ sine ira circa omnes/ eius mansuetudinē/ tanq dei viui. Sicut ergo filij lucis fugite diuisionē vnitatis/ et malā doctrinā hereticorum: ex quibus exit coinquinatio in omnē terram. vbi ergo pastor est: illuc sicut oues cōgregemini. multi enim lupi pellibus ouium induti/ voluntate mala captiuant occurrentes ad deum: sed in veritate vestra non inueniūt locum. abstinete itaq vos a verbis malis: que ihesus christus nō seminauit/ sed hominū interfectrix bestia. propter quod non sunt plantatio patris: sed seminarium nequissimi. Non ergo separationē inueniens apud vos hec scribo: sed vt muniēs vos ut filios dei. Quotquot sunt christi: ipsi sunt episcopi. Qui autē declināt cum vel cōmunionem eius et sociant se cum maledicis: ipsi cum illis simul abscindunt. Non enī sunt agricole christi/ sed inimici seminariū: a quibus eruamini semp precibus assidentis pastoris vestri fidelissimi/ et mitissimi. Rogo itaq vos in dño/ quicūq penitentes venerint ad vnitatē ecclesie: suscipite eos cum omni mansuetudine. ut per vtilitatē et bonā demonstrationē de luto et muscipula diaboli eruti/ et digni ihesu christo effecti: sempiternā salutē percipiāt in regno christi. Nolite ergo errare fratres. Quicūq enim separatū a veritate fuerit secutus: regnum dei non hereditabit. Et qui nō discesserit a falsiloquo predicatore: in gehennā dā-

Marginal note: De vemētibꝰ ad sacramentū penitentie et reconciliationis.

nabitur. vnde nec a iustis discedere: neq; iniustis appropinquare oportet. Quicunq; eni in aliena sententia ambulauerit: ipse non est christi / nec passionis eius particeps / sed est fraudator / et corruptor vinee christi. Tali ne cõmisceamini: ne simul cum eo pereatis / nec si pater sit / vel filius / aut frater / aut domesticus. non enim (inquit) parcat oculus tuus super eũ. Qui ergo odio habent deũ: oportet etiam vos eos odire / ⁊ super inimicos eius tabescere. non quidem persequi eos / aut percutere nos oportet secundũ gentes que nõ nouerũt deum: sed inimicos arbitrari / et separari ab eis. et monere eos / et ad penitentiã prouocare: si forte audiant et acquiescant. Amator enim hominũ est deus noster: et vult omnes hoĩes saluos fieri / ⁊ ad agnitionẽ veritatis venire. Propter quod et solem oriri facit super bonos et malos: et pluit super iustos / et iniustos. Cuius vtilitatis etiam nos dñs volẽs esse imitatores dicit: estote perfecti / sicut et pater vester celestis / perfectus est. Ego cõfido in vobis: quoniã in dño nichil aliud sapitis. propterea fiducialiter scribo deo digne dilectioni vestre rogans vos vt insistetis vni fidei / vni p̃dicationi: vna gratiarũ actione vtentes. vna est enim caro dñi ihesu / et vnus eius sanguis: qui pro nobis effusus est / vnus etiã panis pro omnibus confractus / et vnus calix totius ecclesie / et vnus episcopus simul cum oĩbus presbyteris / et diaconis conseruis meis. quia et vnus est ingenitus deus pater / et vnus vnigenitus filius deus verbũ et homo / et vnus paracletus spiritus veritatis. vna etiam predicatio / ⁊ fides vna / et vnũ baptisma / et vna ecclesia: quã fundauerunt sancti apostoli a finibus vsq; ad fines / in sanguine christi propriis sudoribus ⁊ laboribus. Et vos ergo oportet sicut populum sacerdotalẽ / et gentẽ sanctã: in concordiã omnes in christo consũmari. Mulieres vero subdite estote viris vestris in timore dei: virgines christo in incorruptione: nõ execrantes nuptias / sed meliora diligentes. non in criminatione contagij: sed propter legis meditationẽ. Filii subditi estote parentibus: et diligite eos tanq; cooperarios dei ad vestram generationẽ. Serui subditi estote dominis vestris in deo: ut christi liberti efficiamini. viri diligite vxores vestras sicut conseruas in domino vt proprium corpus / sicut socias vite / ⁊ cooperatrices ad filiorum procreationẽ. virgines solũ christũ pre oculis habete: et eius patrem in animabus vestris / illuminate a spiritu sancto. Memor sum sanctitatis vestre sicut helie / sicut iehu naue / sicut melchisedech / sicut helisei / sicut hieremie / sicut ioannis baptiste / sicut dilectissimi discipuli / sicut timothei / sicut titi / sicut enodii / sicut clementis: vel eoꝝ qui in castitate de vita exierunt. Non detraho autẽ ceteris beatis qui nuptiis copulati fuerunt: quorum nunc memini. opto enim deo dignus ad vestigia eorũ: in regno ipsius inueniri. sicut abraam / et isaac / et iacob sicut ioseph et esaias / et ceteri prophete / sicut petrus / et paulꝰ et reliqui apostoli: qui nuptiis fuerũt sociati. qui nõ libidinis causa / sed posteritatis subrogande gratia: cõiuges habuerũt. Patres nutrite filios vestros in eruditiõe et disciplina dñi: et docete eos sacras litteras / et artes honestas / ut nõ ocio gaudeãt. Bene eni (inq̃t) nutrit pater iustus: in filio autẽ sapiẽte letabit̃ cor eius. dñi benigne in domesticos vestros intendite: sicut sãctꝰ iob docuit. vna eni est natura: et vnũ genꝰ hominũ. In christo autẽ / neq; seruꝰ / neq; liber. Principes subditi estote cesari: milites p̃ncipibꝰ / diaconi p̃sbyteris / vt sacrorũ ãministratoribꝰ. p̃sbyteri vero et diaconi atq; oĩs clerus simul cũ omni pp̃lo / ⁊ militibꝰ atq; p̃ncipibꝰ sed et cesare: obediãt episcopo / episcopꝰ vero christo sicut patri christꝰ. et ita vnitas ꝑ oĩa seruat̃. Sint autẽ vidue nõ vage / neq; gulose / neq; ꝓterue: sed pudice ⁊ sobrie / sicut iudith ⁊ anna. hec autẽ nõ sicut ap̃lus p̃cipio. q̇s eni sũ ego / aut ⁊ que domꝰ est patris mei: vt equalẽ me illis dicã: sed sicut cõmilito vester / obediẽtie ordinẽ cõtinẽs. Fratres mei valde ꝓnus sũ ad dilectionẽ vestrã: superexultãs de vnanimitate vestra. Moneo eni vos nõ ego / sed dñs ihesꝰ ꝑ me: in quo vinctꝰ sũ. Adhuc magis timeo q̇a nõdũ ꝑfectꝰ sũ: sed oratio vestra faciet me ꝑfectũ apud deũ: vt eũ in quo vocatꝰ sũ merear adipisci / ꝯfugiẽs ad euãgeliũ tanq; ad corpꝰ ihesu christi / ad ap̃los tanq; ad p̃sbyteros eccl̃ie. Et ꝓphetas q̇dẽ diligo: vt christũ p̃nũciãtes / ꝯtinẽtes eiꝰ spiritũ sicuti ⁊ apostoli. Sicut eni pseudo ꝓphete / et pseudoap̃li vnũ / eũdẽq; malignũ et seductorẽ / et populũ errare faciẽtẽ spiritũ assũpserũt: sic iterũ veri ꝓphete / et veri ap̃li vnũ / eũdẽq; sãctũ / bonũ / p̃ncipalẽ et verũ / atq; doctorẽ ꝑ christũ

Helias.
Jehu naue.
melchisedech
Heliseus.
Hieremias.
Joãnes bap.
Dilectissimꝰ discipulus.
Timotheus.
Titus.
Enodius.
Clemens.
De cõiugatis
Abraam
Isaac.
Jacob.
Joseph.
Esaias.
Petrus
Paulus
Job.
Judich.
Anna.

acceperunt spiritũ. vnus enim deus veteris et noui testamenti/ vnus et mediator dei et hominũ: ad facturã intelligibiliũ ⁊ sensibiliũ/ et prouidentiã gerens omniũ. vnus quoq; ⁊ paracletus: qui operabatur in Moise/ et prophetis/ et apostolis. Omnes enim sãcti cũ christo saluati sunt/ per ipsum/ in ipsum sperantes/ atq; ipsũ expectantes: et per ipsũ salutẽ adepti sunt qui erant digni dilectione/ ⁊ digni laude. sanctificati a christo ihesu/ testificãtes in euãgelio spei cõmuni. Si quis deũ legis et pphetarũ vnũ pdicauerit/ christũ autem negauerit filiũ esse dei: mendax est/ quomodo et pater eius diabolus. et est huiusmodi inferioris circũcisionis pseudoiudeus. Si autẽ quis confitetur christũ ihesum dominũ/ negat autẽ deum legis et pphetarũ patrẽ esse christi: hic in veritate non stat/ quomodo nec pater eius diabolus. et est huiusmodi Simonis magi/ et nõ sancti spiritus discipulus. Si quis autem dicit vnum deũ/ cõfiteturq; ihesũ christũ: hominẽ vero purum putans dominũ/ et nõ deum vnigenitũ/ et sapientiã/ et verbũ dei/ sed ex anima et corpore eum solum esse existimãs: huiusmodi serpẽs est seductor/ errorem predicãs ad perditionẽ hominũ. huiusmodi pauper est sensu: sicuti vocatur et adinuentor ipsius erroris Ebion. Si quis enim hec confitetur/ corruptionẽ autẽ et coinquinationẽ vocat legitimã cõmixtionẽ/ et filioꝝ pcreationẽ/ aut aliquã escam execrabilẽ putat: huiusmodi habet cohabitatorẽ draconẽ apostatã. Si quis eni patrem et filiũ et spiritũ sanctũ confitetur/ et creaturã laudat: simulationẽ vero dicit incarnationem/ et passionẽ erubescit ꝯfiteri: huiusmodi fidem abnegat nichilominus q̃ interfectores christi iudei. Si quis autẽ hec confessus fuerit: et quia deus verbũ in humano corpore habitauit sicut et anima in corpore: propter qd inhabitare dicimus deũ in corpore/ sed nõ in humana anima: dicit autẽ quasdã iniquas mixtiones aliquid boni esse/ et finem beatitudinis voluptatẽ ponit (qualis ille falso noie nicholaita) hic neq; dei amic⁹/ neq; christi amator esse potest: sed corruptor pprie carnis. et propterea a spiritu sãcto desertus est: et a christo alienus. huiusmodi omnes/ statue exanimes sũt: et sepulchra mortuoꝝ in quibus scripta sunt tantũmodo noia defunctoꝝ. Fugite ergo malas artes/ insidias spiritus: qui operatur in filiis seculi huius. nequando tribulati infirmemini in dilectione: sed omnes idipsũ estote inseparabiles corde/ et in vnanimitate vnũ semper sentiẽtes in idipsum. de hocipso glorificãtes in requie/ et in periculis/ et in tristitiis/ et in gaudiis. Gratias ago deo per ihesum christũ/ quia bene michi conscius sum in vobis: et non habet quis vnde gloriari/ neq; clam/ neq; palam et publice: q grauauerim aliquẽ aut in modico aut in magno. Et omnes quibus locutus sum precor: ut nõ in testimoniũ illud possideant. Si eni secundũ carnẽ me voluerũt quidã oberrare: sed spiritus meus nõ oberrat. a deo etenim eum accepi: noui eni vnde venerit/ et quo eat/ et occulta arguet. Clamaui enim voce magna inter eos quibus loquebar: non meũ sermonẽ/ sed dei proferẽs/ episcopo intendente/ et presbyteris/ et diaconis. hi vero despexerũt me tanq̃ prohibentẽ diuisionẽ quorũdã fieri. hoc autẽ dicẽti testis ille est propter quẽ ego vinctus sum: quia de humano ore hec nõ cognoui/ sed spiritus michi preconizauit dicens/ hec preter episcopũ ne feceritis. vnitatẽ diligite. diuisionẽ fugite. Imitatores estote pauli et ceteroꝝ apostoloꝝ: quomodo et ipsi christi. Ego quidẽ qd meum fuit feci: ut homo in vnitate perfectus. adiiciens etiam hoc/ quia vbi dissensio mẽtis et iracũdia et odium: illic deus nõ habitat. Omnibus igitur penitẽtibus dimittit deus/ si ad vnitatẽ christi cõcurrunt/ et ad consensũ episcopi. Credo gratie ihesu christi: quia soluit a nobis omne vinculũ iniustitie. Rogo autẽ vos ut nichil secũdũ iracũdiã agatis: sed secũdũ christi militiã. Audiui eni quosdã dicẽtes: si nõ inuenero euãgeliũ in antiquis/ nõ credam. Talibus autẽ ego dico: quia michi ãtiquitas ihesus christ⁹ est. cui nõ obedire: manifestus et irremissibilis interitus est. Principat⁹ eius est crux/ et mors ipsi⁹/ ⁊ resurrectio/ ⁊ fides in oibus his: in q̃bus volo vos/ nos in orationib⁹ vestris iustificari. Qui nõ credit euangelio: oibus simul nõ credit/ qui nõ piudicat antiquitati spiritus. durũ est eni cõtra stimulũ calcitrare: durũ etiã christo nõ credere/ durũ quoq; apostolorum predicationẽ spernere. Boni enim sunt sacerdotes/ et sermonis ministri. melior autem est põtifex cui credita sunt sancta sanctoꝝ/ cui soli cõmissa sunt secreta dei. Bona sunt etiam officia virtutis dei: bonus quoq;

Ebion ⁊ ebionita paup interpretatur: Ideo dicit paup est sẽsu sicuti vocatur

Sanctissim⁹ martyr accepto spiritu sãcto: que precipiebat loquebatur vt petrus paul⁹/ barnabas/ et ceteri apostoli.

spiritus sanctus/qui est super oĩa sancta sanctissimus/et verbi minister.sed super oẽs san-
ctos sanctissimus est sũmus pontifex/et princeps pontificũ:qui est legatus et minister pa-
tris.et princeps legionũ militie celestis/per quẽ pater omnia fecit:atqꝫ omnẽ prouidentiã
gerit.Ipse eni est via que ducit ad patrem: ipse est petra/macheria/clauis/pastor/sacerdo-
tiũ/ianua scientie et agnitionis:per quã introiuit abrahã/et isaac/et iacob.Moises quoqꝫ
atqꝫ omnis chorus ꝓphetarũ/et columne mundi apostoli/et sponsa domini ecclesia : pro
qua sanguinẽ suum fuditvt eam redimeret.omnia igitur hec in vnitate vnius/et vnigeniti
veri dei.Quid autem precipuũ habet euangeliũ:presentiã aduẽtus saluatoris nostri ihe-
su christi/passionẽ/sed et ipsam resurrectionẽ.Que enim prophete annũciauerunt dicen-
tes:donec veniat cui repositum est/et ipse erit expectatio gentiũ.hec in euangelio cõpleta
sunt dicente dño:pergite et docete omnes gentes/baptizantes eos in nomine patris/et fi-
lij/et spiritus sancti.Omnia ergo bona sunt simul/lex/prophete/apostoli/omnis congre-
gatio que per ipsos credidit.Solum autem restat vt nos inuicem diligamus.quoniã secũ-
dum orationẽ vestram/et viscera que habetis in domino ihesu:annunciatũ est michi paci-
ficare ecclesiã que est in antiochia syrie.decet enim vos tanqꝫ ecclesiã dei ordinare episcopũ
ad mittendũ illuc visitationẽ dei:concedere eis in idipsum cõstitutis glorificare nomẽ dei.
Beatus est in christo ihesu:qui dignus effectus fuerit tali ministerio.Et vos quidẽ festinã-
tes glorificamini in christo.Volunt autem vobis(quod nõ est omnibus impossibile)pro
noĩe dei(quomodo et sẽper vicine ecclesie ꝯsueuerũt mittere vobis)episcopos/p̃sbyteros/
et diaconos.de philone vero diacono viro religioso a cilicia qui nũc michi ministrat in ver-
bo dñi/vna cũ gaio ꝛ agathopo viro electo(qui a syria me sequit̃)testificor vobis quia re- Philon.
nũciauerũt seculo:et martyriũ consũmare elegerũt.Et ego gratias ago pro vobis:rogãs Gaius.
ut suscipiatis eos in domino/vt et vos suscipiat ihesus christus.Qui eni eos diffamauerũt Agathopus.
redempti sunt in gratia ihesu christi:qui nõ vult mortẽ peccatoris/sed penitentiã. Salutat
vos dilectio fratrũ qui sunt in Troia:vnde et scribo vobis per Burgũ qui missus est simul Burgus.
ab ephesiis et smirneis ad verbum honoris/quos ihesus christus redimat:in quem sperãt
carne et anima/spiritu et fide/dilectione et concordia. Incolumes estote in domino ihesu
christo/cum omni spe nostra in spiritu sancto.Amen.

¶Ad Smyrnenses ex Troia Epistola VI

i

Gnatius qui et theophorus ecclesie/patris altissimi et dilectissimi filij eius ihesu
christi misericordiã consecute/et gratia replete in fide et dilectione fundate/et to-
tius gratie deo decentissime/sanctissime sanctificate(que est in smyrna)immacu-
late spiritu/et verbo dei/plurimã salutem.Glorifico deum ꝛ patrem dñi nostri ihesu christi
qui per seipsũ vos tantũ illuminauit.Agnoui enim vos perfectos esse in fide ĩmobili tanqꝫ
clauis affixos cruci domini ihesu christi carne et spiritu.et confirmatos in charitate in san-
guine christi:et vere ad plenũ instructos in domino ihesu christo filio dei primogenito to-
tius creature/deo verbo vnigenito filio:qui est ex genere dauid secundũ carnem ex maria Dauid.
virgine.baptizatus a ioanne vt adimpleret̃ omnis iusticia:qui cõuersatus sancte sine pec- Maria. Joannes.
cato/sub pontio pilato et herode tetrarcha vere clauis cõfixus est pro nobis in carne.a quo
et nos redẽpti sumus per diuinã ꝛ beatã eius passionẽ:vt tollat secũ sibi cõiũctos in secula
per resurrectionẽ ad sanctos et fideles suos/siue ex iudeis/siue ex gẽtibus in vnum corpus
ecclesie sue.hec eni oĩa passus est pro nobis/et vere passus est:nõ putatiue/sed vere sicuti ꝛ
resurrexit.Sed nõ sicut quidã infideliũ erubescentes plasmationẽ hominis/et crucẽ ꝛ ipsã
mortem/dicunt:quasi putatiue et nõ vere suscepit corpus ex virgine/et putatiue passus est.
immemores illius qui dixit/verbum caro factum est:ꝛ habitauit in nobis.ꝛ iterum Solui-
te templũ hoc:et ego in triduo resuscitabo illud.Et in alio loco/cum exaltatus fuero a ter-
ra:omnia trahã ad meipsũ.Ergo verbũ habitauit in carne.sapiẽtia enim edificauit sibi do-
mũ.verbum ergo : templũ suiipsius ab aduersariis dissolutũ/resuscitauit tertia die.verbũ
vtiqꝫ exaltata carne sua veluti illo eneo serpẽte in eremo:attraxit ad se oẽs ad salutẽ eternã.
Ego autem non solum natum eum et crucifixũ in corpore factũ scio : sed etiam post resur-

Sanctiſſim⁹ hic/ et deo ſacratiſſimus martyr iheſũ dñm in carne nouit.
M/ demones ĩcorporei ſint ex ſentẽtia ſaluatoris/ ⁊ factoris omniũ adducit.

rectionẽ in carne eum noui/ ⁊ credo eſſe. Nam cum ad eos qui cum petro erant veniſſet: ait illis. Palpate me et videte: quia nõ ſum demoniũ incorporeũ. ſpiritus carnem et oſſa non habet: ſicut me videtis habere. Et thome dixit. Inũce digitũ tuum in fixuram clauorum/ ⁊ affer manũ tuã/ et mitte in latus meũ: et noli eſſe incredulus/ ſed fidelis. Et ſtatim crediderũt: quia ipſe erat chriſtus. Propter quod et thomas ait illi: deus meus/ et dñs meus. propterea ergo mortem contempſerũt: parum dicentes eſſe iniurias/ et plagas/ et alia nõnulla propter ipſum ſuſtinere. Nam et poſtqꝫ oſtendit ſe eis/ quia vere et nõ putatiue reſurrexiſſet: manducauit cum eis et bibit. et ſic videntibus eis aſſumptus eſt cum carne: ad eum qui miſerat illum. In qua et iterum venturus eſt cum gloria et virtute/ ſecundũ qđ dictum eſt ab angelis ad apoſtolos: hic iheſus qui aſſũptus eſt a vobis in celum/ ſic veniet quẽadmodum vidiſtis eum aſcendentẽ in celum. Si ergo ſine corpore dicunt eum venturum eſſe in conſummationẽ ſeculi: quomodo viſuri ſunt eum illi/ qui cõpunxerunt in eum: et cognoſcentes plangent inter ſe. Nã incorporaliũ/ neqꝫ ſpecies/ neqꝫ figura/ ſed neqꝫ effigies quidem aliqua animalis forme haberi poterit: in qua figure clauorꝫ/ vel lancee foramẽ appareat/ propter ſimplicitatem nature. hec autem moneo vos chariſſimi: ſciens quia et vos ſic habetis. Precuſtodio autem vos a beſtiis/ hominũ figuras habentibus: quas nõ ſolũ deuitare/ ſed etiam fugere oportet vos. Tantum orate pro illis: ut forte peniteant. Si enĩ putatiue in corpore fuit dominus/ et putatiue crucifixus eſt: ergo et ei putatiue ego vinctus ſum. Quare autem et meipſũ tradidi ad mortem/ ad ignem/ ad gladium/ ad beſtias? Sed non putatiue/ ſed vere omnia ſuſtineo propter chriſtũ: ad cõpatiendũ ei/ ipſo me cõfortante/ quia nõ eſt michi tanta virtus. Quem profecto quidã ignorantes negauerunt: et cõſentiunt magis mendacio qꝫ veritati. quibus nec perſuaſerunt prophete/ neqꝫ lex Moiſi: ſed nec nunc vſqꝫ euangeliũ/ nec noſtre ſpeciales paſſiones. nam ⁊ de nobis hoc ipſũ ſentiunt. Quid enim me iuuat ſi me quis laudauerit: dominũ autem meũ blaſphemauerit/ ſi nõ eũ confeſſus fuerit incarnatũ eſſe deum. hoc autem qui non dixerit: perfecte eum negat/ ſicut mortuũ baiulans. Nomina vero eorum infidelia: nõ michi eſt nunc viſum ſcribere. ſed neqꝫ cõtingat michi vt mentionẽ eorum faciã: donec peniteant. Nemo ſeipſum ſeducat. Si enĩ non crediderit chriſtum iheſum in carne fuiſſe conuerſatũ: et confeſſus fuerit crucem eius/ et paſſionẽ/ et ſanguinẽ quẽ effudit pro mũdi ſalute/ vitã eternã non cõſequeẗ/ ſiue rex/ ſiue ſacerdos/ ſeu princeps/ ſeu priuatus/ ſeu dominus/ ſiue ſeruus/ ſeu vir/ ſiue mulier: qui capit capiat/ et qui audit audiat. Locus ergo et dignitas atqꝫ diuitie neminẽ inflent. Ignobilitas et paupertas nullum humiliet. ſed cum his oĩbus: fides eius ſit in deũ/ et in chriſtũ/ et ſpes fruitionis futurorũ bonorum cum dilectione/ que eſt circa deũ et circa proximũ. diliges enim dominũ deum tuũ ex toto corde tuo: et proximũ tuũ ſicut teipſum. Sed et dñs dicit. hec eſt vita eterna ut cognoſcant te ſolum verum deum: et quẽ miſiſti iheſum chriſtũ. et illud Ioannis. Mandatum nouũ do vobis ut diligatis inuicem: in his enim duobus mandatis/ tota lex pendet et prophete. Dicite ergo eis qui taliter docent: quomodo legẽ ponunt/ incognitũ eſſe patrem chriſti predicantes? quomodo etiam? Cum infidelẽ inimicitiam inuicem habent/ dilectionẽ autem futurorũ negligunt/ preſentia diſſimulãt. que ventura ſunt: tanqꝫ preſentia eſſe putant/ et tanqꝫ ſomnia et phantaſiã exiſtimant. mãdata contemnũt/ viduam et orphanũ deſpiciunt: vinctum derident/ reſurrectionẽ fruſtrant. huiuſmodi omnes nepotes ſunt illius inueterati malorum ſpiritus/ qui et adam per mulierem mandatum trãſgredi perſuaſit. qui et Abel per Cain occidit: qui et Iob decipere conatus eſt. qui et Iehu filio Ioſedech reſiſtere tentauit: qui et apoſtolorũ fidem ſubuertere voluit/ et iudeorum multitudinem aduerſus dñm ſuſcitauit. qui et nunc operaẗ in filiis diffidẽtie: a quibus eruat nos dñs iheſus chriſtus. qui patrẽ deprecatus eſt: ut nõ deficeret fides apoſtolorũ. non ꝙ non ſufficeret cuſtodire eam: ſed gaudẽs de patris eminentia/ ipſũ deprecatus eſt pro eis. dignũ eſt ergo a talibus abſtinere: et neqꝫ proprium cum his/ neqꝫ cõmune colloquiũ habere. ſed intendere legi et ꝓphetis/ ⁊ euangelizantibus vobis ſalutare verbũ. Nefandas vero hereſes et ſciſmata facientes/ fugite: ſicut principatũ malorũ. Oẽs epiſco-

Adam.
Abel.
Cain.
Iob.
Iehu.
Ioſedech.

pum sequimini/sicut christus ihesus patrem:presbyteros sicut apostolos/diaconos autẽ
veneramini sicut dei mandato ministrantes. Nemo preter episcopũ aliquid agat eorum Eucharistia.
que ad ecclesiã pertinent.firma eucharistia reputetur:que ab episcopo concessa fuerit.vbi
episcopus presens fuerit:illuc et plebs cõgregetur.sicuti et vbi christus est: omnis celestis
militia adest/tanq; principi militie virtutis domini.et ipse ẽst dispensator totius intelligibi-
lis nature.propterea nõ licet sine episcopo:neq; offerre/neq; sacrificiũ immolare/neq; mis-
sas celebrare.Sed si ei visum fuerit secundũ beneplacitũ dei:tunc demũ tutum et firmum
erit.Ergo omnia quecũq; agitis et facitis iam/mutabilia sunt:ut corrigamus nos in deo/
cum tempus habemus penitendi.Quod enim incertũ est:nõ habet confessionẽ.Ecce enĩ
homo inquit:et opera eius cum eo.Sicut scriptũ est:honora inquit fili deum/et regẽ.Ego
autem dico honorate quidẽ deũ et auctorẽ omniũ et dñm:episcopũ autẽ tanq; principem
sacerdotũ/imaginẽ dei ferentẽ principatũ quidẽ secundũ deũ.sacerdotiũ vero secũdũ chri-
stum/et post hunc honorare oportet etiam regẽ.Nemo enĩ potior est deo: neq; similis ei.
neq; episcopo in ecclesia honorabilior:sacerdotiũ deo gerenti pro mundi salute.neq; regi
quis similis est in exercitu:pacem et beniuolentiã omnibus principibus cogitãti. Qui enĩ
honorat episcopũ/honorabit̃ a deo:et qui inhonorauerit eum/a deo inhonorabit̃. Si enĩ
quis contra regem insurgens/damnatione dignus est:quomodo vltionẽ euadere poterit/
qui preter episcopũ aliquid egerit? Sacerdotiũ enim summa est omniũ bonorũ:que in ho-
minibus constant.qd si quis inhonorauerit:deũ inhonorat/et dñm ihesũ christũ primoge-
nitum totius creature/et solum natura principẽ/sacerdotẽ dei.Omnia bene vobis ordina-
te:que mandata sunt in christo.Laici diaconis subditi sint:diaconi presbyteris/presbyte-
ri episcopo/episcopus christo:sicut ipse patri.Secundũ q vos me refecistis fratres:et vos
dñs ihesus christus.absentẽ me et presentẽ dilexistis:retribuat vobis deus/propter quem
tanta in vincto eius ostendistis.et siquidẽ nõ sum sufficiens:sed tamen deuotio vestra grã-
dis est. Si quis enim honorauerit prophetã in noĩe prophete:mercedẽ prophete accipiet
Manifeste et qui honorat vinctum christi ihesu: mercedem martyrũ accipiet.Philoni et Philon.
Gaio/et Agathopo qui me sequũtur in verbo dei/qui sunt ministri christi:benefecistis su- Gaius. Agathopus.
scipiendo eos sicut ministros dei.qui et maximas gratias agunt dño pro vobis:quoniam
refecistis eos oĩbus modis.Nichil vobis reputabit̃ ad peccatũ:de iis que eis impẽdistis.
det vobis dñs inuenire misericordiã apud deũ.in illa die pro aĩabus vestris spiritus meus/
et vincula mea sint:que non spreuistis/⁊ nõ erubuistis.hec est perfecta spes in christo ihe-
su.Orationes vestre appropinquauerũt ad antiochenã ecclesiam:cui et pacifici estis.vn-
de et vinctus:omnes saluto.et non sum dignus esse vltimus eorum.sed secundũ dei volun-
tatem dignus effectus sum/nõ ex mea prouidentia:sed ex gratia dei.quã opto perfectã mi-
chi tribui:ut per vestras orationes deum merear adipisci.vt opus vestrũ perfectũ sit in ce-
lo et in terra.Decet ergo vos in honorẽ dei curã gerere deo digne ecclesie dei/que est in sy-
ria:et gratulari eis/quia pacifici sunt.et perceperũt suam magnificentiã: et restituta est in
corpore eorum.Sed michi visum est mittere illuc cum epistola:ut glorificent tranquillita-
tem que eis secundo contigit/et quietem. Ego vero merui portum tutissimũ orationibus
vestris.Cum sitis perfecti:perfecta cogitate/sentite/sapite.Volentibus enim vobis bene
agere:etiam deus paratus est vobis prestare.Salutat vos dilectio fratrũ vestrorũ/que est
in troia:vnde ⁊ scribo vobis per Burgũ quem misistis mecum vna cum ephesiis fratribus Burgus.
vestris:qui me refecit in omnibus.et debuerant quidẽ omnes imitari: quia exemplum est
ministerij dei.retribuet ei dominus gratiam in omnibus. Saluto deo dignum episcopum
vestrũ Polycarpũ:et deo decẽtissimũ presbyterũ.et christoforus diaconus meus:et ɔser- Policarpus
uus/et specialiter et generaliter oẽs in noĩe dñi ihesu christi/et in sãguine ipsius/⁊ in passi- christophorus
one/et in resurrectiõe carnali/et spirituali in vnitate dei et vestra.Gratia vobis et misericor
dia/pax et patientia in oĩbus in christo.Saluto domos fratrũ meorũ cum vxoribus/et fi-
liis:sed et virgines et viduas.Incolumes estote in virtute dei patris.Salutat vos Philon Philon.
condiaconus qui est mecum. Saluto domũ granie: quã opto firmari in fide/⁊ deuotione Grania.

Alces. Daphnius — carnali et spirituali. Saluto Alcem desiderabile nomen michi/ et daphniũ spiritalē et bonũ
filium. et omnes nominatim incolumes estote in gratia dei/ et domini nostri Jhesu christi:
repleti spiritu sancto/ et sapientia sancta/ atq; diuina. Amen.

Ad Polycarpum episcopum Smyrnensium de illuminatis Epistola. VII

Gnatius episcop⁹ antiochie qui et testis ihesu christi: polycarpo episcopo smyr-
i nensiũ. Suscipiens autē tuam sententiā tanq; supra immobilē petram fundatā/
quoniā desidero promereri faciem tuā immaculatā/ quā acquisiui in domino: ro
go te in gratia dei qua inductus es/ adiicere ad cursum tuũ/ et rogare omnes vt saluētur in
christo. defende locum tuũ in omni diligentia. vnitatis curā habeto: qua nichil melius est.
omnes baiula: quo modo et te christus. Omnes suffer in dilectione. orationibus indesinē-
ter vaca. ampliorē prudentiam q; habes postula. vigila inobdormibilē spiritũ possidēs. se-
cundũ adiutoriũ dei loquere. omniũ infirmitates porta: ut perfectus athleta/ quomodo et
dñs omniũ. Ipse enim (inquit) infirmitates nostras portauit: et languores nostros abstu-
lit. vbi enim magnus fuerit labor: ibi etiam maius lucrum est. Si bonos discipulos ama-
ueris: non est tibi gratia. magis autē pestiferos subiuga in mansuetudinē. Non omne eni
Embroca fomentũ est et infusio. Medicie vocabulũ. — vulnus: vno emplastro curatur. acredines atq; vehementias embrocha cōpesce. Astutus
esto ut serpens: et simplex vt columba. propterea enim ex anima et corpore carnaliter et spi
ritaliter extas: ut omnia que tibi ostensa fuerint in facie/ corrigas. que autem tibi inuisibilia
fuerint: pete ut tibi manifestēt. vt tibi nichil restet: sed totius gratie abundās sis. Tempus
deposcit/ te tanq; gubernatorē prosperũ petere: et sicut naui periclitanti portum aptũ ad
salutem requirere. Sic et te dei athletam presta: vt vestem incorruptionis/ et vitam eternā
percipias: pro qua et tu cōfidis in oībus. pro anima tua ego efficiar: et vincula mea que di-
lexisti. Qui se arbitrant̃ fide dignos esse/ et aliter docent: nō te circũueniant. sed sta firmus
sicut incus que percutit̃. Magni enim athlete est vapulare: et vincere. maxime autem pro
deo omnia oportet nos sustinere: ut ipse sustineat nos in regno. plurimũ adde ad festinati-
onem. continuāter curre. tempora cognosce: ut in ipsis semper vincas. hic est enim stadiũ:
illic corona expectat christũ filium dei. intemporalem: in tempore. inuisibilē natura: visibi-
lem in carne. impalpabilē/ et intactũ: ut corporeum vero propter nos/ et ꝯtrectabilē. ipassi-
bilem ut deũ: passibilē vero ꝑpter nos in hominē. Amen.

Ad Antiochenses ex Philippis Epistola. VIII

Gnatius qui et theophorus ecclesie antiochensi misericordiā a christo consecute/
i habitanti in syria (que prima christi cognomen accepit) que est in antiochia: in deo
patre/ et domino ihesu christo salutem. Leuia michi et inonerosa fecit dñs vincula:
cum didicissem pacificos vos esse. et in omni concordia carnali et spirituali vos transigere.
Rogo igitur vos ego vinctus in domino: digne ambulare in ea vocatiōe qua vocati estis/
custodientes vos ab introeũtibus heresibus malignis/ ad seductionē et perditionē cōsen-
tientium eis. intendere autē apostolorũ doctrine: et legi atq; prophetis credere/ omniũq;
iudeoꝝ/ aut paganoꝝ errorē abiicere. et neq; deorũ multitudinē admittere: neq; christum
ad excusationē vnius dei negare. moise fideli famulo dei ad populũ dicēte: dñs deus tuus
deus vnus est. et vnum atq; solum ꝑdicans deũ: cōfessus est statim etiam dñm nostrum di-
cens. Pluit dominus super sodomam et gomorram ignem et sulphur a domino de celo.
Et iterum. et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Et
rursum. Et fecit deus hominem/ ad imaginem dei fecit illum. et paulo post. Ad imaginem
dei fecit hominem. Et quia nasciturus erat homo/ sic ait: prophetā suscitabit vobis domi-
nus deus vester sicut me. Nam et prophete ex persona dei dixerunt: ego deus primus/ et
ego post hec: et preter me non est deus. Hoc autem de patre omnium dixerunt. De domi-
no nostro ihesu christo: rursum prophete proclamauerunt dicentes. Ecce puer natus est
nobis/ et filius datus est nobis/ cuius initium est desuper: et vocabitur inquiũt nomē eius
magni consilij angelus/ ammirabilis consiliarius/ deus fortis/ potestatem habens/ prin-
ceps pacis. nam et de incarnatione eius ex virgine dicunt. Ecce virgo concipiet in vtero/

et pariet filium: et vocabitur nomẽ eius emmanuel. Et de passione eius nichilominus ad=
iecerũt dicẽtes. Sicut ouis ad occisionem ductus est: et sicut agnus corã tondẽte sine voce.
et iterũ ipse de se ipso referens dicit: ego autẽ sicut agnus innocens ductus sum ad immo=
landũ. Nã euangeliste vnum solũ verũ deum esse patrem: etiã ea que ad dñm nostrũ ihesũ
christũ pertinẽt non pretermiserũt/ sed potius exacte scripserunt dicẽtes. In principio erat
verbum: et verbũ erat apud deũ/ et deus erat verbũ. hoc erat in principio apud deũ. omnia
per ipsũ facta sũt et sine ipso factũ est nichil. Sed et de incarnatione eius subiũxerũt dicẽtes
et verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et iterũ liber (inquiunt) generationis ihe
su christi/ filii dauid/ filii abrahe. Apostoli quoqꝫ christi asserentes quia deus vnus est: adie
cerũt dicẽtes. vnus deus: vnus et mediator dei et hominũ. Et de incarnatione eius ac pas=
sione eius non erubuerunt: sed potius fiducialiter subiũxerunt dicẽtes. homo christus ihe
sus: qui dedit semetipsum pro seculi vita. Omnis ergo qui vnũ deũ annũciat/ itercipit au=
tem christi diuinitatẽ: filius est diaboli/ et inimicus omnis iusticie. Qui autẽ non cõfitetur
christum filiũ eius esse qui fecit mũdũ/ sed alterius cuiusdam incogniti preter eum quẽ pre
dicat lex/ et prophete: hic organũ est ipsius diaboli. quicũqꝫ autẽ incarnationẽ christi recu=
sat/ et crucem eius erubescit propter quã ego vinctus sum: hic est antichristus. Quicunqꝫ
vero purũ hominẽ dicit esse christum: maledictus est secũdum dictũ prophete/ non in deũ
fidens sed in hominẽ tãtum. propterea et infructuosus est queãdmodũ Tamariscus que
est in deserto. hec scribo vobis cum sim christi nouella oliue/ nõ ignorans vos taliter sapere
sed precustodio vos sicut pater filios suos. videte ergo malignos operarios/ inimicos cru=
cis christi: quorũ finis interitus/ quoꝝ deus venter est/ quorũ gloria in confusione eorum.
videte canes rabidos/ serpentes super pectus repentes: dracones scamosos/ et aspides/
basiliscos/ scorpiones. hi enĩ sunt thoes/ vulpes/ et simie/ humana imitantes. Pauli et petri
sancti estis discipuli. nolite perdere depositum quod vobis commẽdauerunt. Mementote
digne beatissimi Enodij pastoris vestri: qui primus vobis ab apostolis antistes ordinatus
est. non cõfundamus patrem: sed efficiamur certi filij/ et nõ adulterini. Scitis qualiter con
uersatus sũ inter vos. Que ergo presens dicebam vobis: hec nunc et absens scribo vobis
Si quis non diligit dñm ihesum: sit anathema. Imitatores mei estote: pro aĩabus vestris
ego efficiar quãdo christum meruero adipisci. memẽtote vinculoꝝ meorum. presbyteri pa
scite gregem/ qui in vobis cõmissus est: donec ostendat deus eum/ qui futurus est in vobis
rector. Ego autem nunc festino: vt christum lucrifaciã. diaconi agnoscãt cuius sint digni=
tatis: et studeant esse inculpabiles/ vt sint christi imitatores. populus subditus sit presbyte
ris/ et diaconis. virgines agnoscant cui se consecrauerunt. viri diligant vxores: memores
quia vna vni in principio creature/ date sũt in possessionẽ. mulieres honorificent viros suos
sicut carnem suã. et nõ audeant proprio noĩe eos vocare. Sciant autẽ solos viros suos cõ=
pares esse: quibus et coniũcte sunt scđm ordinationẽ dei. Parentes erudite filios erudit=
one sancta. filij honorate parentes: vt bene sit vobis/ et sitis logeui super terrã. domini noli=
te superbe seruis vti: imitantes patiẽtissimũ Job dicentem. si praue iudicaui seruũ aut an=
cillam meã: iudicer ego ab eis. Quid enĩ faciam si interrogationẽ fecerit dominus de me:
et cetera que sequuntur bene nostis. Serui nolite ad iracundiam in aliquo prouocare do=
minos: ne forte aliqui malefaciant vobis. et vos ipsi vobis eritis rei. Nemo ociosus mãdu=
cet: ne vagus/ et fornicarius efficiat. Ebrietas/ iracundia/ inuidia/ maliloquiũ/ clamor/ bla=
sphemia: non nominẽtur in vobis. vidue non in deliciis agãt: ne per luxuriã abiiciãt verbũ.
Cesari subditi estote: in iis in quibus sine ꝑiculo est/ ipsa subiectio. Pricipes nolite exaspe=
rare: ne detis occasiones aduersũ vos querentibus eas. de maleficiis autẽ/ et veneficiis vel
homicidio ex abundãti est scribere vobiscum: quãdo hec etiã in gẽtibus abhominabile sit
agere. hec autẽ non sicut apostolus ꝑcipio: sed sicut vester cõseruꝰ ꝯmemorans vobis. Sa
luto sanctum presbyterum vestrũ. Saluto sanctos diaconos. et desiderabile michi nomen
eius: quem reseruaui post me in spiritu sancto/ cum christum meruero adipisci/ pro cuius
anima ego efficiar. Saluto subdiaconos/ lectores/ cantores/ ostiarios/ laborantes/ exorci=

Tamariscus
Tamaryx et
myrica/ eadẽ
dicũtur.

Esaias 17. ma
ledictus ꝙ cõ
fidit in hoĩe:
et põit carnẽ
brachiũ suũ/
et a dño reces
dit cor eius.
erit enĩ quasi
myrice in de=
serto.

Thoes genꝰ
lupi/ habitũ
corpis mutãs:
hieme hirtũ/
et estate nudũ

Id de viro et
muliere notã
dum.

Et desidera=
bile michi no
mẽ eiꝰ: id pro
pter sãctũ he=
ronem diaco
nũ adiectũ ẽ.

Diaconi.
Subdiaconi.
Lectores.
Cantores.
Hostiarii.
Exorciste.
Laborãtes q̃ et acolythi.
Confessores.
Custodes sã ctarũ portaꝝ
Diaconisse.
Susceptrices virginum.
Uirgines.
Plebs sãcta.
Cassianus.
Polycarpus
Onesymus.
Damas.
Polybius.
Philon.
Agathopus

stas/atq; confessores. Saluto custodes sanctarũ portarum/diaconissas que sũt in christo. Saluto susceptrices christi virgines: quas ego nutriui in domino ihesu. Saluto pudicissimas virgines. Saluto plebẽ domini a minimo vsq; ad maximũ/⁊ omnes sorores meas in domino. Saluto cassianũ hospitem meũ/et cõiugẽ eius/et amabiles natos eius. Salutat vos polycarpus/digne decentissimus episcopus: qui et curam vestri gerit/cui et cõmendaui vos in domino. et omnis ecclesia smyrnensiũ/memor est vestri in oratione apud deũ. Salutat vos onesymus ephesiorũ pastor. Salutat vos damas magnesie episcopus. Salutat vos polybius trallianoꝝ antistes. Salutat vos philon ⁊ agathopus diaconi: qui me sequũtur. Salutate inuicem in obsculo sancto. hec autẽ a philippis scribo vobis. incolumes vos ille qui est solus ingenitus: per illum (qui ante secula natus est) spiritu/et carne custodiat/et videam vos in christi regno. Saluto eũ qui pro me futurus est princeps vester. quem et acquisiui in christo. Incolumes estote deo et christo: illuminati spiritu sancto. Amen.

¶ Ad heronem ecclesie antiochene diaconũ: quem ei dominus ostendit sessurum in sede ipsius Ex philippis epistola. IX

i Gnatius qui ⁊ theophorus: deo honorabili/desiderabili/pudico/christifero/spiritifero/in fide et dilectiõe heroni diacono christi/ministro dei: gratia ⁊ misericordia et pax ab omnipotente deo/et christo ihesu domino nostro vnigenito filio eius. qui dedit semetipsũ pro peccatis nostris/vt redimeret nos de hoc presenti seculo in ligno/et saluos faceret in regnũ suum celeste. Rogo te in domino adiicere ad cursum tuũ: deffẽdere dignitatem tuã concordia que est ad sanctos curã gerere. Infirmiores suffer: vt adimpleas legem christi. ieiuniis ⁊ orationibus vaca: sed non vltra mensuram: ne teipsum deiicias. vino ⁊ carnibus nõ ex toto abstineas: nõ enim ex toto sunt abhominabiles. Bona (inquit) terre comedetis: et carnes/vt olera mãducabitis. Sed et vinũ letificat cor hominis: et oleũ exhilarat/et panis cõfirmat. sed et mensurate/et ordinate: tanq̃ deo concedẽte. Quis eni manducat aut quis bibit preter eum? Quoniã quidquid bonũ est: eius est. et quidq̃d optimũ: est ipsius. Lectioni intẽde/vt non solus ipse scias leges: sed etiã aliis eas expone/vt dei athleta. Nemo militans christo/implicat se negociis secularibus: vt placeat ei cui se probauit. Sed nec vi athleta coronabitur: nisi legitime certauerit. Pro anima tua ego vinctus sum. Omnis igitur qui dixerit preter illa que tradita sunt: tametsi fide dign⁹ sit/tametsi ieiunet/tametsi virginitatẽ seruet/tametsi signa faciat/tametsi prophetet: lupus tibi appareat in grege ouiũ corruptionẽ operans. Si quis crucem negauerit/et passionẽ erubuerit: sit tibi tanq̃ aduersarius. tametsi substãtiã suam pauperibus distribuat/tametsi montes transferat/tametsi corpus suũ combustioni tradat: sit tibi execrabilis ⁊ abhominabilis. Si quis infalsauerit legem et ꝓphetas quos christus presens adimpleuit: sit tibi tanq̃ antichristus. Si quis hominẽ tantũ dixerit dominũ: iudeus est/christi interfector. viduas honora: que vere vidue sũt. pupillos tuere: deus est eni pater pupillorum/et iudex viduarum. Sine episcopis nichil agas: sacerdotes eni sũt/tu vero minister sacerdotũ. Illi eni baptizãt sacerdotium agunt/ordinant/manus imponũt: tu vero eis ministras sicut sanctus stephanus Jacobo/⁊ ceteris presbyteris in hierosolymis. Congregationẽ noli negligere: nominatim omnes require. Nemo adolescentiã tuam cõtemnat: sed forma esto fideliũ in verbo et conuersatione. domesticos ne cõfundas: cõmunis est enim nobis et ipsis natura. mulieres noli execrari: ipse eni pariunt et nutriunt. diligi ergo oportet eas generationis causa/tantum in dño: quia sine muliere vir oĩno generare non potest. honorare ergo eas oportet vt cooperarias generationis: quia neq; vir sine muliere/neq; mulier sine viro aliquãdo originem sortiri poterit/nisi in solis illis prothoplastis. quia corpus ade ex quatuor elemẽtis est factum/ Eua vero de latere ade: gloriosũ vero habitaculum dñi de sola virgine. execrabilis quidem videtur legitima cõmixtio: sed deo cõdecẽs est ipsius generatio. decebat eni opificem non secũdum humanã cõsuetudinem natiuitate vti: sed gloriose/et noue/vt decebat nasci factorẽ. Superbiã fuge. Superbis eni deus resistit. falsiloquiũ execrare: perdes enim omnes (inquit) qui loquũtur mendaciũ. Inuidiã caue: auctor eni eius est diabolus/

Nota bene.

Corpus ade ex quatuor elementis est factum, Eva vero de latere ade

et successor ipsius cain/fratri inuidens/ et de inuidia homicidiũ ppetrans. Sorores meas
mone deum diligere: et solis viris suis sufficere debere. Similiter fratres meos mone: suis
coniugibus sufficere debere. virgines custodi: tanꝙ christi sacramẽta. Longanimis esto:
vt multus sis prudentia. Pauperibus secũdum ꝙ habueris: benefacere ne neglexeris. Ele
mosyna eni et fide/purgantur peccata. teipsum castum custodi: tanꝙ dei habitaculũ. Tem
plum christi cõstitutus et organũ spiritus sancti existẽs: scito quomodo te enutrierim. Etsi
minimus quidem sum: emulator meus esto/et imitare cõuersationem meã. nõ eni glorior
in mũdo: sed in domino. heronem filiũ meũ moneo/vt qui gloriatur/in domino glorietur:
cuius et memini/filii desiderabilis. cui custos fiat ille ingenitus deus/et dñs ihesus chri-
stus. noli omnibus credere/ neq de omnibus presumere: ne quis te subintret. multi enim
ministri sunt sathane. et qui cito credit: leuis est corde. Memento dei: et nunꝙ peccabis.
Noli esse duplex animo in oratione tua: beatus est eni qui non dubitauerit. Credo ergo in — Reuelatio/sã
patrem dñi nostri ihesu christi/et in vnigenitũ filium eius: quia ostendit michi heronẽ in se- — cto martyri
de mea. Ergo adde ad cursum tuũ. precipio tibi corã deo/qui est super omnia/et corã chri- — facta.
sto presente/et spiritu sancto/et corã ministrantibus legionibus: custodi depositũ meũ/qd
ego et dominus christus cõmendauimus tibi. Et ne indignũ te iudicaueris eorũ: que ostẽ
sa suut michi/de te a domino. Cõmendo ergo tibi ecclesiã antiochensiũ. Commẽdaui vos
polycarpo in domino ihesu christo. Salutant te episcopi onesymus/vitus/damas/polybi
us/ꝛ omnes a philippis: vnde scripsi tibi. Saluta deo decentes presbyteros. Saluta sanc- — Onesymus. Vitus.
tos cõdiaconos tuos: quos ego enutriui in domino in carne/et spiritu. Saluta populũ dñi — Damas.
a minimo vsq ad maximũ secũdum omnia que tibi cõmendo: sicut moises iehu duci exer- — Polybius.
citus. et nõ tibi videatur onerosum/quod dictũ est de te: etsi tales non sumus quales illi fue
runt. sed tamẽ oramus vt tales simus: quia filii abrahe sumus. Confortare ergo hero po-
tenter/et age viriliter. Tu eni introduces/et educes ex hoc nunc populũ domini/qui est in
antiochia: et non erit synagoga domini sicut oues non habentes pastorem. Saluta cassia-
nũ hospitem meũ/et illam pudicissimã eius cõiugem/ꝛ dilectissimos filios eorum: quibus — Cassianus.
det deus inuenire misericordiã apud deũ in illa die ministrationis que est ad nos. quos et
cõmendo tibi in christo. Saluta eos qui sũt in laodicia fideles omnes: secũdum nomina in
christo. Eos qui sunt in tharso noli negligere: sed assidue eis intende/cõfirmans eos in euã
gelio. Marium episcopũ qui est in neapoli secus zarbo saluto in domino. Intende etiam — Marius.
pudicissime marie filie mee: que est abunde doctissima. et ei que in domo eius ecclesie: que — Maria.
facta est michi pro anima mea exemplum piissimarum mulierum. Sanum te et in omnib⁹
probabilem pater christi: euo lõgiore per ipsũ vnigenitũ suũ custodiat/ad vtilitatem eccle
sie. Incolumis in domino ora pro me: vt consummem. Amen.

¶ Ad ephesios de vnitate Ex smyrna epistola X.

i Gnatius qui et theophorus benedicte/magnitudine replete dei patris/ꝛ predesti
nate ante secula: vt sit semper in singulari gloria inconuertibilis/et adunata/ꝛ elec
ta in passione vera/in voluntate dei patris et domini nostri ihesu christi saluatoris:
ecclesie beatitudini digne/ que est ephesi in asia plurimã in christo ihesu/et ĩmaculato gau
dio salutem. Suscepi vestrum in domino multum desiderabile nomẽ/ quod possidetis na-
tura iusta secundũ fidem et dilectionem in christo ihesu saluatore nostro. cũ sitis imitato-
res humanitatis dei/ vt viuificati in sanguine christi/regenerationis charitatis geminum
opus cõsummate: audiẽtes me de syria vinctũ pro christo/spe cõmuni confidentem oratio
nibus vestris/ vt merear rhome bestiis dimicare. vt per martyrium possim discipulus eius
esse: qui pro nobis seipsũ obtulit deo hostiam/et oblationẽ in odorẽ bone suauitatis. Quo
niam ergo suscepi multitudinẽ in nomine domini christi in honesymo dilecto scriptore no — Onesymus.
stro/vestro autẽ episcopo: obsecro eũ secundum ihesũ christum diligere vos. ꝛ vos omnes
in concordia eius in ipso esse. Benedictus enim deus: qui vobis talibus talem episcopum
donauit habere in christo. Pro conseruo nostro autẽ burro/ secũdum deũ diacono vestro — Burrus.
et in omnibus benedicto: deprecor permanere eum ĩmaculatũ in honore ecclesie/ꝛ beatis-

Crocus: simi episcopi vestri. Crocus vero deo dignus/ quem tanq̃ exemplar dilectionis vestre susce
Honesphor⁹ pi: in omnibus me refecit/ et cathenā meā non erubuit/ simul cum honesiphoro et burro/ et
Burrus. euplo/ et phrontone: quibus refrigeret pater dñi nostri ihesu christi/ per quem vos omnes
Euplus. in dilectione habui. Acquisiui vos in omnibus: siquidē dignus fuero. dignū est enī omni-
Phronto. bus modis vos glorificare ihesum christum/ qui vos glorificauit: vt in vna perfectione per
fecti sitis/ in eodem sensu/ et in eadem sententia. vt idipsum dicatis omnes de eo ipso: vt sub-
iecti episcopo/ ⁊ presbyteris secūdum omnia sāctificati. Non precipio vobis: quasi aliquis
sim. Et siquidem vinctus sum pro nomine ihesu christi: tamen necdum consūmaui. Nunc
enī initium habeo eruditionis: et alloquor vos tanq̃ conseruos. Hec autē oportebat a vo-
bis cōmoneri fide/ monitione/ patiētia/ longanimitate: quoniā dilectio nō permitit me ta-
cere de vobis. propterea preueni rogare vos/ vt cōcurratis dispositioni dei: quia et ihesus
christus omnia secundū dispositionē patris agit. sicut ⁊ ipse in quodam loco dicit: ego que
placita sunt ei facio semper. Ergo et nos oportet secūdum dispositionē dei viuere in chri-
sto: et emulari secūdum quod paulus ait. Imitatores mei estote: sicut et ego christi. Unde
et vos decet dispositionē pastorum sequi: qui scd̃m deum vos pascūt. quod etiā ipsi facitis
sapienter a spiritu sancto instructi. Illud ergo digne nominandum/ ⁊ deo dignum presby-
terium/ ita coaptatum sit episcopo: quomodo corde in cithara colligate. ita et ipsi in con-
cordia et consona dilectione: cuius dux et custos est ihesus christus. Et qui sunt sigillatim
omnes vnus chorus fiant vt consonātes facti in vnitate/ cōiunctionē domini in similitudinē
morum recipientes. in vnitate vnū effecti consensu/ deo patri/ et dilectissimo filio eius ihesu
christo domino nostro: secūdum q̃ ipse patrem rogans dicit da illis pater sācte vt sicut ego
et tu vnum sumus: ita et hi in nobis vnum sint. vtile est enī vos sine macula in vnitate coniū
ctos deo/ imitatores esse christi: cuius et mēbra estis. Si ego in paruo tempore talem con-
suetudinē habui circa episcopum vestrum/ que non humana sed spiritualis fuit: quātoma-
gis vos beatifico qui pendetis ad eum/ quomodo ecclesia ad dominū ihesum/ et ipse domi
nus ad deum patrem suū/ vt in vnitate omnia sibi cōsonātia sint. nemo oberret. Si quis nō
fuerit intra altare: fraudabitur pane dei. Si enī vnius aut duorum oratio tantam habet vir
tutem/ vt christus in eis consistat: quātomagis sacerdotis et sancti populi supplicatio cō-
sonanter ascendens ad deum/ persuadet prestare eis omnes petitiones in christo. qui ergo
a talibus separatur/ et non cōuenerit in congregatione sacrificiorū ecclesiam primogenito
rum descriptorum in celo: lupus est in grege ouiū/ mansuetā demonstrās figurā. festinate
ergo dilectissimi subditi esse episcopo/ et presbyteris/ et diaconis. Qui enī istis subdit⁹ fue
rit: christo obedit/ qui eis hoc cōcessit. Qui vero eis non consēserit: ihesu christo nō consen
tit. Qui autē filio non cōsenserit: nō videbit vitam/ sed ira dei manebit super eum. huiusmo
di ergo temerarius et horribilis et superbus: qui non est subditus potioribus. Superbis
enim (inquit) deus resistit humilibus autem dat gratiā. Et iterum: superbi inique gesserunt
vsq̃ quaq̃. dicit etiam dominus sacerdotibus. Qui enī vos audit: me audit. et qui me audi
erit: audiet illum qui me misit. et qui vos spernit: me spernit. et qui me spernit: spernit eum
qui me misit. Quādo enī videtis tacere episcopū: plus eū timete. Omnem itaq̃ quem mit-
tit paterfamilias pro sua dispensatione: sic nos oportet suscipere queadmodum ipsum qui
mittit. Ergo episcopum manifeste sicut ipsū dominū oportet cōtemplari: domino assistētē
prospectorem enī verum/ et acutū/ in operibus suis regibus oportet assistere: ⁊ nō assistere
Honesymus. hominibus infirmis. Ipse enī honesymus laudat vestrā dispēsationem. quia omnes scd̃m
deum viuitis: et quia nulla heresis inter vos habitat. sed nec obeditis alicui: nisi ihesu chri-
Paulus. sto vero pastori/ et doctori. et estis queadmodū paulus vobis scripsit vnū corpus/ et vnus
spiritus: quoniā in vna spe fidei cōclusi estis. vnus enī dñs/ vna fides/ vnū baptisma/ vnus
deus et pater omnium: qui super omnes/ et per omnia/ et in oībus. vos ergo estote tales:
Paulus. qui a tali eruditi estis. hoc est a paulo christifero et timotheo. Quidā autem fallaces ꝯsue
Timotheus. uerunt dolo maligno nomē christi circūportare. Sed aliquāta indigna deo agētes/ et con-
tra doctrinā christi sapiētes: ad interitū suū sibimetipsis cōsentiūt. quos oportet vos tanq̃

bestias declinare. Justus inquit declinās/ euadet interitū: extraneus eteni atqꝫ alienus erit ab impiorū perditione. Sunt igitur canes muti non valentes latrare/ rabidi occulte: quos obseruare oportet/ insanabilē langorem habentes. Medicus autem noster est solus verus deus ingenitus/ et inuisibilis dominus omniū vnigeniti pater et genitor. habemus autem medicū etiā dominū nostrum ihesū christum/ ante secula filiū vnigenitū/ et in principio verbum/ postea vero ⁊ hominē ex maria virgine. verbum eni (inquit) caro factū est. incorporalis: in corpore. impasibilis: in corpore passibili. immortalis: in corpore mortali. vita: in corruptione/ vt de corruptione et morte liberet aīas nostras/ et sanet eas infusas morbo impietatis/ et iniquis desideriis. Nullus ergo vestrum seducatur: quod ⁊ de vobis cōfido. homines etenim estis. Quando etenim nichil in vobis fuerit/ quod vos potuerit coinquinare/ ⁊ tormentum superinducere: secundū deum viuetis. et erit christi subiectio vestra: et ecclesie ephesiorū que est auxiliatrix/ ⁊ multū amabilis. Carnales eni spiritualia non possūt agere: neqꝫ spirituales carnalia. sicut nec fides: ea que sūt infidelitatis. neqꝫ infidelitas: ea que sūt fidei. Vos ergo repleti spiritu sācto: nichil carnale/ sed omnia spiritualia agite. vnusquisqꝫ vestrum perfectus sit in christo ihesu: qui est saluator omnium hominū/ maxime fidelium. Agnoui eni aliquos ex vobis a via veritatis discedentes: malā doctrinam habere alieni/ et nequissimi spirius. Quibus nō tribuistis secus viam seminare zizania: obturātes aures ad non suscipiendū errorē/ qui ab ipsis est predicatus. scientes quia huiusmodi spiritus est erroris: nō ea que sūt christi/ sed sua loquens. falsiloquus eteni est. Sanctus autē spiritus nō sua ꝓpria loquitur: sed ea que sunt christi. neqꝫ christus sua nūciat. Sermo (inquit) quem audistis nō est meus: sed eius qui me misit. de spiritu sancto dicit. Non eni loquet̄ a se: sed quecunqꝫ audierit a me. de se autē patri. Ego te glorificaui super terrā: opus perfeci quod dedisti michi vt facerem/ manifestaui nomē tuum hominibus. de spiritu sancto ait. Ille me glorificabit super terrā: quia de meo accipiet/ ⁊ annūciabit vobis. Ergo vterqꝫ eorum/ ipsū glorificat: a quo et accepit quod faceret. ⁊ ipsum predicat: atqꝫ eius verba pronūciat. Erroris autem spiritus: seipsum predicat sua prophetia/ dicens. sibi placens eteni est: ⁊ seipsum glorificat. acerbus nāqꝫ est/ plenus existens falsiloquio/ seductor/ lubricus/ superbus/ arrogans/ verbosus/ dissonus/ immensuratus/ nigriformis/ tumidus. de cuius operationibus liberauit nos ihesus christus: fundans nos super petrā tanqꝫ lapides electos (qui apti sūt ad edificiū dei patris/ eleuati in altum a christo qui pro nobis crucifixus est) cōfortatos spiritu sancto in fide introductos/ in spe et dilectione eleuatos a terra in celum/ ambulātes immaculate. Beati enim (inquit) inmaculati in via: qui ambulant in lege domini. via eni sine errore est ihesus christus sicut ipse ait: ego sum via/ veritas/ ⁊ vita. deducit autem hec via ad patrem. Nemo eni (inquit) veniet ad patrem/ nisi per me. Beati ergo estis vos deiferi/ christiferi/ spiritiferi/ sanctiferi/ templiferi in omnibus ornati in mandatis ihesu christi regnū sacerdotale/ gens sancta/ populus in acquisitionē. In quibus exultās: dignus effectus sum per quos scribo/ alloqui sanctos qui sunt ephesi/ fideles in christo ihesu. Gaudeo eni in vobis quia vanitati non intenditis: neqꝫ ea que secūdū carnem sunt diligitis/ sed ea que secūdum deū sunt. Sed pro aliis hominibus orate indesinēter. Est eni in illis spes: vt deū mereantur adipisci. nunquid qui cadit (inquit) non adiiciet vt resurgat: aut qui auertitur non cōuertetur? Conuertimini ergo ad doctrinā: estote ministri dei/ et os christi. dicit eni deus. Si abduxeritis preciosū ab indigno: os meū eritis. estote ergo ad iracundias eorum humiles: renunciate blasphemiis eorum. vos vero orationi instate. illis errantibus: vos stabiles estote/ radicati in fide. Vincite eorum ferocem consuetudinē: per vestram māsuetudinem. et iracundiā: per lenitatē. Beati eni (inquit) mites. nam et moises mansuetus supra omnes fuit: et dauid mitis valde. propter quod paulus monet dicens. Seruū autem domini non oportet litigare/ sed mitem esse ad omnes: docibilem/ patiētem/ cum omni modestia corripientem eos qui resistunt veritati. nolite festinare: vlcisci volentes vos. Si reddidi: retribuētibus michi mala. fratres eos faciamus: per māsuetudinē. dicite itaqꝫ his qui oderūt vos/ fratres nostri estis: vt nomen domini glorificetur. Imitemur scilicet dn̄m cui cum maledi-

Maria virgo

cereꝛ nõ male dicebat: cum pateretur non cõminabatur / cum crucifigereꝛ non cõtradicebat: sed pro inimicis suis orabat dicens. Pater dimitte illis: quia nesciũt quid faciunt. Cui plus nocetur: ampliora sustineat. Beatus qui abiectus et reprobatus fuerit ꝓpter nomen domini: ipse eteni verus est christi. Videte ne herba diaboli inueniatur in vobis: amara etenim est / et falsa. Ergo sobrij estote / et casti in christo ihesu. iam eni nouissima tẽpora sunt. Reuereamur et timeamus longanimitatẽ dei: ꝛ nõ simus diuitiarũ aut vtilitatum rerũ appetitores. futurã iracũdiam plus timeamus: ꝙ presentem gratiã diligamus. Presens eni gratia est vt ĩueniamur in christo ihesu: et in veritate viuam[us]. Extra hoc autẽ: nec respirare oportet aliquãdo. hec est enim spes mea: hec exultatio / hec deniꝫ indeficiẽtes diuitie. In quo et vincula mea a syria rhomam vsꝫ suffero / spirituales margaritas. in quibus michi cõtingat consũmari orationibus vestris. participem passionũ christi cõmunẽ / et mortis ei[us] fieri et a mortuis resurrecctiõis et vite eterne. quã michi ꝯtingat percipere: vt in sorte ephe-
Apostoli. siorũ christanorum inueniar. Qui et cum apostolis semper conuersati sunt in virtute ihesu
Paulus. Joannes. christi: paulo / iohanne / et timotheo fidelissimo. Scio qui sunt: et quibus scribo. Ego itaꝫ
Timotheus. minimus sũ: et supplex sub periculis / et iudiciis / et lõge cõstitutus. vos vero consecuti estis misericordiã: firmi in christo. Traditus sũ autẽ propter deum generi interfectorꝛ: a sanguine abel iusti / ad sanguinem ignatij minimi. Pauli eni sãcti estis cõministri: et testimonium consũmatis eius / qui est vas electionis. Sub vestigia eius merear inueniri / et ceterorũ sanctorũ: quãdo ihesum christũ meruero adipisci. qui sẽper in suis orationibus memor sit ve-
Eucharistia. stri. festinate ergo frequẽter accedere ad eucharistiam / et gloriam dei. Quãdo eni assidue hoc ipsum agitur: expelluntur potestates sathane / qui actus suos cõuertit in sagittas ignitas ad peccatũ. vestra autẽ concordia et cõsonans fides: ipsius est interitus / et consẽtaneis eius tormentũ. Nichil eni melius est ꝙ pacem habere: in qua omne telũ euacuatur / aerio-
Ipsius / ipsi[us] sathane ꝛ cõsentaneis / cõplicibus suis rũ / et terrestriũ spirituũ. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ / et sanguinẽ: sed aduersus principatũ ꝛ potestates / aduersus mũdi rectores tenebrarũ harum / aduersus spiritualia nequitie in celestibus. Ergo nolite vos vulnerare in aliqua contagione diaboli: sicuti ꝛ Paulus dicit / habentes in christum spem / ꝛ dilectionẽ. que est principiũ vite est finis. Principium quidẽ vite est fides: finis vero eius / est dilectio. Ambe vero simul iuncte in vnitate facte: hominẽ dei perficiũt. Sed ꝛ reliqua omnia que in beniuolentia sequũtur: ꝯsummãt. Nemo eni fidem annũcians debet peccare: neꝫ dilectionẽ possidẽs / debet fratrem suum odire. Qui eni dixit. diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo / ipse iterum ait: et proximum tuum sicut teipsũ. Qui enim annũciant esse christum: nõ ex iis que dicunt tantũmodo / sed ex iis que agunt agnoscũtur. Ex fructu enim arbor cognoscitur. Melius est eum igitur tacere et esse: ꝙ dicere ꝛ non esse. quia non in verbo est regnũ dei: sed in virtute. Corde eni creditur ad iusticiam: oris autem confessio fit ad salutẽ. Bonum est igitur ꝛ ꝯcere: sed si fecerit ea que dixerit. Qui docuerit et fecerit: hic magnus vocabitur in regno celorum. dominus autem noster et deus ihesus christus / qui est fili[us] dei viui: primo videlicet fecit et sit docuit sicut testatur lucas. cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Nichil eni latet dominũ: sed etiã occulta nostra corã ipso sunt. Omnia ergo faciamus tanꝙ ipso in nobis habitante: vt simus eius templa / et ipse habitet in nobis. dñs itaꝫ christus in nobis loquatur: sicut et in paulo spiritus sanctus. nos doceat: que sunt christi respõdere. adiuncti illi: nolite errare fratres mei. et ne sitis masculorum cõcubitores: quia huiusmodi regnũ dei nõ possidebunt. Qui eni habitacula corrũpunt: morti cõdẽnabũꝛ. quomodo nõ magis qui christi doctrinã disrũpere conanꝛ / sempiternã dãnationẽ percipient: propter crucem et mortẽ quã sustinuit dominus ihesus vnigenitus dei filius? Cui[us] doctrinã quicunꝙ deprauauerit: abiectus et pollutus in gehennã proijcietur. Similiter autem et omnis homo qui spernet quod a deo accepit: cõdemnabitur. Qui imperitum pastorem secutus fuerit / ꝛ falsã gloriã tanꝙ verã susceperit: particeps christi nõ esse poterit. Que eni societas luci cum tenebris: aut christo cum belial? aut que pars fideli cum infideli: aut templo dei cũ idolis? dico autẽ et ego / que cõmunicatio veritati ad mẽdacium? aut que societas iusticie cum iniusticia: aut

vere glorie cum falsa gloria: propterea vngnētum accepit deus in capite ait ecclesia: vt fragret in incorruptione. vnguentum enim exinanitum nomē tuum: propterea adolescentule dilexerūt te. attraxerunt te narib⁹: post te in odorem vnguentorū tuorum curremus. Ne vnguatur quis fetore huius seculi. sancta dei ecclesia nō captiuetur ab astutia illius: sicut mulier prima eua. Quapropter cum simus rationabiles: nō efficiamur stulti. Quare plantationem quam a deo per christum accepimus/ nō custodimus: sed in iudicium per ignorātiam incidimus? ignorantes gratiam quam accepimus: et nescientes perimus. quia christi crux infidelibus quidem scandalum: fidelibus autem salus/ et vita eterna. vbi sapiens/ vbi scriba/ vbi conquisitor/ vbi exultatio dictorum? filius autem dei (qui ante secula natus est: et omnia dispositione patris cōstituit) ipse in vtero portatus est a maria/ secundum dei dispositionem ex semine dauid et spiritu sancto. Ecce enim inquit virgo in vtero concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emmanuel. Ipse enim baptizatus est a Joanne/ vt fidelem faceret ordinationem: que tradita est prophetis a deo. et latuit principem huius seculi virginitas marie: et partus eius similiter/ et mors domini. Tria mysteria clamaui in silentio: dei enim opera nobis manifestata sūt. Stella in celo fulsit super oēs: que ante ipsā erant. Et lux eius inextimabilis et noua/ atq₃ peregrina apparuit videntibus eam. Cetera vero sidera simul cum sole et luna: corusca facta sunt illi stelle. illa vero superabat omnes splendore suo. et facta est perturbatio: vnde fuisset illa nouitas/ que apparuerat. hinc hebetata est sapientia huius mundi: iniquitas et malicia exterminabantur/ maleficia adnullabantur/ magica deridebantur/ tenebre/ et ignorantie dissipabantur/ et tyranni principatus abolebātur: deo vt homine apparēte/ et homine sicut deo operāte. Sed neq₃ primo gloria/ neq₃ secundo puritas: sed illa veritas et conuersatio/ principatum accepit a deo. Perfecta omnia in illo constabāt: propter quod meditatus est mortis solutionem. State ergo fratres firmi in fide ihesu christi: et in dilectione eius/ atq₃ resurrectione omnes. in omnibus enī his gratia. In eius nomine congregamini cōmuniter: in vna fide dei patris/ et christi filii eius vnigeniti et primogeniti totius creationis/ secūdum carnem quidem ex genere dauid. eruditi a paracleto: obedientes episcopo et presbytero impreuaricabili sensu. frāgentes panē qui est medicamentum immortalitatis/ antidotum nō moriendi sed viuendi per ihesū christum in deo. catharticum expellēs malum/ sit in vobis. Pro animabus vestris ego efficiar/ et eius quem misistis in honorem domini ad smyrnam. vnde et scribo vobis: gratias agēs domino/ diligēs polycarpum/ quomodo et vos. Memores estote mei: sicut et vestri ihesus christus/ qui est benedictus in secula. Orate pro ecclesia antiochensium que in syria est: vnde et vinctus ducor rhomam. qui sum vltimus illorum fidelium: vnde sum vltimus ego/ dignusq₃ effectus in honorē dei has sufferre cathenas. Incolumes estote in deo patre et domino ihesu christo/ communi spe in spiritu sancto. Amen.

Stella saluatoris.

Primo et secundo: aduerbia.

De comunione panis vite.

Antidotum: medicamē/ et id maxie qđ datur ī venena: Catharticū: purgatiuū. solutiuaq₃ et humorū excretiua medicīa ē. medēdi peritie vocabula.

Quo modo et vos cū diligitis.

¶ Ad Rhomanos de Smyrna per Ephesios Epistola XI

Ignatius qui et theophorus misericordiam ꝯsecute in magnitudine dei altissimi patris ihesu christi vnigeniti eius filij/ ecclesie sanctificate et illuminate in volūtate dei (qui fecit omnia que sunt secundum fidem et dilectionem ihesu christi dei/ et saluatoris nostri) que et presidet in loco regionis rhomanorum deo digne/ eminētia digne/ beatitudine digne/ laude digne/ fide digne/ fundate in dilectione et fide christi paternum nomen habenti/ spiritifere: quam et saluto in nomine domini omnipotentis/ et ihesu christi filij eius/ qui est secundū carnem et spiritum: adunatis in mandatis eius/ repletis gratia dei inseparabiliter/ et ablutis ab omni alieno colore/ atq₃ immaculatis: plurimā in deo patre et domino ihesu christo salutem. Deprecans deum optinui vt viderem merear dignos vultus vestros/ sicut plurimum optabā promereri: vinctus enim in christo ihesu spero vos salutare: siquidem fuerit voluntas illius qui dignum me faciat vsq₃ in finem propositum meum consummare. Illa vero principia bone conuersationis sunt: siquidē per gratiam meruero sortem meā vsq₃ in finem sine impedimento percipere. Timeo enim dilectionem vestram: ne ipsa me ledat. vobis enim facile est quod vultis facere: michi autem diffi-

Hic p̄tissim⁹ martyr romanorū rogat ecclesiā: ne vicu lis suis carnaliter cōpatiētes p̄curēt ei⁹ solutionem/ ne īpediant eius certamēn re tardēt ei⁹ coronā. qđ fauore p̄ncipū et vrbis gubernacula āmistrātiū eos facile posse ītelligebat. Et tota

cile deum promereri. tamen potero si vos peperceritis michi: occasione amicitie carnalis. Nolo igitur vos homini placere: sed deo/ sicuti et complacuistis. nec enī ego habui aliquādo tale tempus: vt deum promeruissem. Ergo si et vos tacueritis de me: ego efficior dei. Si enim dilexeritis carnem meam: iterum forsitan absoluar. Multum enim michi prestatis: si me offeratis deo cum iam altare paratum est/ vt in dilectione chorus effecti cantetis deo patri in christo ihesu (quoniam episcopum syrie dignum fecit deus inueniri in occidēte: ab oriente premittens suam passionem/ martyrem bonum/ proficiscentem de mūdo ad deū) vt in ipso oriar. nunq̄ lesistis aliquem: alios docuistis. Ego autem rogo/ vt secundum illa firma que docti estis: ex omni virtute optetis michi vt non solum dicar/ sed etiam inueniar christianus. Si autem inuentus fuero: et dici possum. et tunc esse fidelis: quādo mundo nō comparuero. nichil enim de ijs que videntur: eternum est. Que enim vidētur (inquit) temporalia sunt: que autem non videntur eterna sunt/ non solum in opere sed etiam in magnitudine. Christianitas enim est que oditur a mundo/ amatur a christo: quia non est ab hominibus/ sed a deo. Si enim essetis (inquit) de mundo: mundus quod suum erat diligeret. Nunc autem quia non estis de mundo: propterea odit vos mundus. sed ego elegi vos: manete in me. Ego scribo omnibus ecclesiis/ et omnibus mādo: quia voluntarie pro deo morior/ si vos non prepedieritis. rogo itaq̧ vos vt non frustra sit in me dilectio vestra. Sinite me vt bestiarum esca sim: per quam possum deum promereri. Triticum enim dei sum/ dētibus bestiarum molar: vt possim panis dei mundus inueniri. magis autem blandiamini bestiis/ vt michi sepulchrum sint: et nichil de meo corpore relinquant/ vt non obdormiens grauis alicui inueniar. Non sicut petrus et paulus precipio vobis: illi enī apostoli sūt ihesu christi/ ego autem minimus. illi vero liberi sunt serui dei: ego autem vsq̧ nunc seruus. sed si passus fuero/ libertus ero ihesu christi: et resurgam in eo liber. Nunc disco vinctus nichil mūdi cōcupiscere: aut aliquod vanum. a syria rhomam vsq̧ cum bestiis depugno/ per terram/ et mare: die ac nocte vinctus cum decem leopardis. hoc est cum militari custodia: qui ex beneficiis peiores fiunt. in iniusticijs autem eorum magis edoceor: sed nec in hoc quidem iustificor. Utinam fruar bestijs que michi parate sunt: quas et opto michi veloces esse ad meum interitum. et allici: vt celerius me comedant. ne sicut in aliis/ territe sint: et nō eos tetigerunt. Et si ipse noluerint: ego ipsis vim ingerā/ ego vrgebo. ignoscite michi: ego scio quid michi expediat. Nunc incipio esse discipulus. nulli emulor visibilium et inuisibilium: vt ihesum christum merear adipisci. ignis/ crux/ bestiarumq̧ constantia/ abscisio/ separatio/ confractio/ dissipatioq̧ mēbrorum/ interitus totius corporis/ et flagella diaboli omnia in me veniant: vt ihesū christum merear adipisci. Nichil me iuuat que sūt mundi huius: neq̧ regnum temporale. bonū est michi mori in christo ihesu: q̄ regnare in finibus terre. Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur: animam vero suam perdat. dominū nanq̧ desidero filium veri dei. et patrem ihesu christi. ipsum vtiq̧ quero: et illum qui pro nobis mortuus est/ et resurrexit. Ignoscite michi fratres: ne michi impedimēta opponatis ad vitam. ihesus est enī vita fidelium/ vt ne velitis me mori: quia vita mors est/ sine christo. dei volens esse: mundo non placeam. Sinite me puram lucem percipere: illuc perueniens homo dei ero. Concedite michi: vt sim imitator passionū dei mei. Qui enim vult in seipso habere: intelligat quod volo/ et compatiatur michi sciens quid sit in me. Princeps enim mūdi huius diripere me vult: et in iudicio dei mei dirūpere. Nemo ergo de presentibus vobis auxilietur ei: magis autem mei adiutores estote/ hoc est dei. Nolite dicere ihesum christū: mundū honorantes. facinus in vobis non habitet: neq̧ si vos presens rogauero/ cōsentiatis michi. his autem consentite que scribo vobis. viuus enim vobis scribo: desiderans mori pro christo. Meus enim amor crucifixus est: et non est in me. aqua autem alia viua manet in me/ intrinsecus michi dicens: veni ad patrem. non comedā escam corruptionis: neq̧ voluptates huius mundi desidero. Panem dei volo/ panem celestem/ panem vite: qui est caro ihesu christi filij dei viui (qui natus est in nouissimo ex semine dauid/ et abrae) et potū volo sanguinem eius: qui est dilectio incorruptibilis/ et vita eterna. Iam nolo secundum homi-

Epistola multa pietate referta est. et q̄ pius est Christianus: eā sine lachrimis nō leget. Verba enī sūt mētis extasim diuini amoris patiētis. et beati q̄ illo igne calent.

Carmē quale ecclesie deo canebāt: quādo martyr aliquis huius cito labētis vite certamē pro Christo ītrabat/ pie orantes vt deus daret illi felicē ī eo cōsūmationem.

Hūc passū: et Eusebius et hieronymus sāctissimi huius martyris memoriā faciētes: conuertunt.

Diuus feruor: et sacra q̄ christo dño merito debetur pietas.

Diuinus dionysius id ex ignatio cap. 4. diuinorū nominū adducit/ de amore diuino differēs

nes viuere: hoc autem erit si vos volueritis. Christo crucifigor: quia iam ego non viuo/ viuit vero in me christus. Per modica scripta rogo vos: ne michi obseruetis. Credite michi quia ihesum diligo: quoniam et ipse dilexit me/ et seipsum tradidit pro me. Quid retribuã ei: pro omnibus que retribuit michi? Ipse autem deus et pater domini nostri ihesu christi et ipse dñs ihesus christus: manifestauit nobis hec omnia/ quia verum dico. et vos simul condeprecamini mecum: vt laborem consequar in spiritu sancto. Non secundum carnem vobis scripsi: sed secundum dispositionem dei. Si auten passus fuero: dilexistis me. Sed si reprobatus fuero: odio me habuistis. Memẽtote in orationibus vestris illius qui pro me recturus est ecclesiam: que est in syria. Credite domino dicenti: ego sum pastor bonus/ qui visitauit eam. ꝛ sit vestra in eo dilectio. Ego autem et erubesco ex ipsis dici. Non enim sum dignus esse vltimus aut purgamentũ: sed miserabilis sum nunc/ donec deum merear adipisci. Salutat vos spiritus meus/ et dilectio ecclesiarum: que me susceperunt/ sicut nomen ihesu christi. habentes enim me non quasi transeuntem viam meam aspiciebant: et per ciuitatem me deducebãt. hec igitur scribo vobis de smyrna/ per ephesios beatitudine dignos. Est autem mecum simul cum aliis crocus desiderabile michi nomen: ex ijs qui aduenerũt de syria ad rhomam in gloria dei. Credo vos agnoscere: que michi mãdastis adhuc proxime constituo. Omnes enim digni sũt deo: et apud vos me oportet requiescere. Scripsi vobis hec nono calẽdas septẽbris. Incolumes estote vsqꝫ in finẽ: i paciẽtia ihesu christi amẽ.

Crocus. Philon. Gaius. Agathopus eũ comitabanẽ/ in oĩbus in quibus poterant famulatũ prestantes: pariter martyriũ cõsũmaturi.

Epistolarum Diuini Ignatij finis.

Polycarpi martyris Smyrneorũ episcopi/ discipuli Joannis euangeliste. Ad Philippenses Epistola.

p

Olycarpus et qui cum eo sunt presbyteri/ ecclesie dei que est philippensis: misericordia vobis et pax a deo omnipotente/ et ihesu christo saluatore nostro abundet. Congratulatus sum vobis magnifice in domino nostro ihesu christo: suscipiens imitabilia verba dilectionis/ quã ostendistis in illis (qui premissi sunt) viris sanctis/ decoris vinculis connexis. que sunt corone electe deo/ illius veri regni: per dominũ nostrũ ihesum christum. et quia firmitas fidei vestre a principio vsqꝫ nunc permanet: et sanctificat in domino ihesu christo. qui sustinuit pro peccatis nostris vsqꝫ ad mortem. quem resuscitauit deus: dissoluens dolores inferni. quem cum non videritis: nunc diligitis. in quẽ nunc non aspicientes: creditis. credentes autem: gaudebitis gaudio inenarrabili/ et glorificato (in quo multi desiderant introire) scientes quia gratia facti estis: nõ ex operibus/ sed in voluntate dei per ihesum christum. Propter quod succincti lumbos vestros: seruite domino cum timore/ et in veritate: dimisso inani vaniloquio/ et multo errore. Credite ergo in illum qui resuscitauit dominũ nostrũ ihesum christum ex mortuis: et dedit gloriam et sedem in dextera sua. huic subiecta sunt omnia: celestia/ et terrestria/ et subterranea. cui omnis spiritus seruit. qui venturus est iudicare viuos et mortuos. Huius sanguinem requirit deus ab eis: qui nõ crediderunt in eum/ qui et resuscitauit eum a mortuis. qui et nos resuscitaturus est in vita: si fecerimus voluntatem eius/ et ambulauerimus in mandatis ipsius/ ꝛ dilexerimus que et ipse dilexit. auocantes nos ab omni iniustitia: hoc est a concupiscentiá/ ab auaritia/ a detractione/ a falso testimonio. non reddentes malum pro malo/ aut iniuriã pro iniuria/ aut contumeliam pro contumelia/ aut maledictum pro maledicto. Mementote ꝙ dominus docens dixit: nolite iudicare/ ne iudicemini. dimittite: et dimittetur vobis. misereminí: et dominus miserebitur vestri. qua enim mensura mensi fueritis: remetietur eadẽ et vobis. Mementote et illius quod dictum est. Beati pauperes spiritu/ et qui persecutionẽ patiũtur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. hec autem fratres mei non a meipso imperans scribo vobis de iustitia: sed quoniam vos prouocastis. propterea

Et congratulatus sum insuper vobis: quia firmitas fidei vestre a pricipio vsqꝫ nunc ꝑmanet

quia neqꝫ ego/neqꝫ similis alius mei:poterit sequi sapientiam Beati et gloriosi Pauli/ qui fuit apud vos.et visus est secundũ faciem illis (qui tunc erant) hominibus, qui docuit certissime/atqꝫ firmissime verbum veritatis:qui et absens scripsit vobis epistolas ad quas desectimini.vt possitis edificari in fide que data est vobis: que est mater omniũ nostrũ/subsequente spe/precedente dilectione que est in deo/et in christo/et in proximo. Si eni quis horum intrinsecus repletus fuerit mandatis iustitie/et habuerit dilectionem:longe est ab omni peccato.Principium omniũ malorum est auaritia.Scitote autem quia nichil intulimus in hũc mundũ:neqꝫ auferre possumus.Armemur armis iustitie:et doceamus nosmetipsos primũ ambulare in mãdatis domini.et post hec mulieres vestras:in fide que data est eis/et dilectione/et castitate amantes suos viros in omni veritate et charitate.diligẽtes omnes equaliter in omni continentia:et filios erudite in omni disciplina/et timore dei. Vidue vero pudice circa fidem dei:interpellent incessanter pro omnibus.elongãtes se ab omnibus diabolicis detractionibus/et falso testimonio/et ab omni malo cognoscẽtes seipsas:quia sunt sacrarium dei.quoniam omnia deus prospicit.et nichil eum latet: neqꝫ cogitatio/neqꝫ conscientia/neqꝫ aliquod abditum cordis.Scientes autem quia deus nõ irridetur:debemus digne in mandatis eius et gloria ambulare.Similiter diaconi inculpabiles sint in conspectu iustitie eius:sicut dei et christi ministri/et non hominũ. nõ criminatores/neqꝫ detractores/neqꝫ auari:sed omnia tolerãtes.in omnibus misericordes / diligẽtes/in omnibus ambulantes in veritate domini:qui factus est minister omniũ.huic si placemus in hoc seculo:percipiemus ea que futura sũt/secundũ ꝙ repromisit resuscitare nos a mortuis.Et si digne in eo conuersati fuerimus/et si crediderimus:conregnabimus cum eo.Iuuenes similiter inculpabiles sint in omnibus:omnẽ ignorantiam preuidẽtes/refrenantes se ab omni malo.Bonum est enim abscidi ab omnibus concupiscentiis: quoniam omnis concupiscentia aduersus spiritũ militat.quia neqꝫ fornicarii/neqꝫ molles/neqꝫ masculorum concubitores regnum dei possidebunt:neqꝫ illicita facientes.Propter quod abstineri oportet ab omnibus his.Subiecti estote presbyteris/et diaconis sicut deo et christo.Virgines casta cõscientia ambulate.Presbyteri simplices sint:in omnibus misericordes/omnes ab errore conuertentes/omnes infirmos visitantes/viduas/pupillos/et pauperes non negligentes:sed semper prouidentes bona coram deo et hominibus. Abstinete vos ab omni iracundia/et iudicio iniusto.Longe ab omni auaricia estote.non cito consentiatis aduersus aliquem:ne preuaricentur in iudicio/sciẽtes quia debitores sumus peccati.Si ergo deprecamur dominũ vt nobis dimittat:debemus etiam nos dimittere. Ante conspectum oculorum domini sumus:et omnes oportet nos astare ante tribunal christi/ et vnũquẽqꝫ pro se rationem reddere.Seruiamus ergo ei cum timore et reuerentia:secundum ꝙ euangelizauerunt nobis apostoli domini/et prophete annũciauerunt aduentum domini nostri ihesu christi zelantes bona.abstinete ab scandalis et falsis fratribus: qui in vanũ portant nomen domini/qui oberrare faciunt inanes homines.Omnis enim qui nõ confitetur ihesum christum in carne venisse:hic antichristus est.Et qui non confitetur mysteriũ crucis:ex diabolo est.Et qui deuiauerit eloquia domini ad propria desideria:et dixerit neqꝫ resurrectionẽ/neqꝫ iudicium esse:hic primogenitus sathane est. Propter qd relinquentes vanitates multorũ/et falsas doctrinas:ad illud (quod traditũ est nobis a principio) verbum reuertamur.Sobrii simus:in orationibus ieiunia tolerantes/et supplicationibus petentes omniũ prosperatorem dominũ/ne nos inducat in temptationẽ.secundũ quod dicit dominus: spiritus quidem promptus est/caro autem infirma. Indeficienter autem toleremus propter spem nostram/et pignus iustitie quod est christus: qui sustulit peccata nostra in corpore super lignum.qui peccatum non fecit:nec inuentus est dolus in ore eius.sed propter nos omnia sustinuit:vt viuamus in ipso.Imitatores ergo efficiamur tolerantie eius.et si passi fuerimus pro nomine eius:glorificemus eum.Hoc eni nobis iudicium posuit de seipso:et nos hoc credimus.Rogo igitur omnes vos/insistere verbo iustitie/et patientie:quam oculata fide vidistis.non solum in beatissimis illis ignatio scilicet

Viri. Mulieres. Patres Liberi. Vidue. Diaconi. Iuuenes. Presbyteri. Diaconi Virgines.

et zosymo et rufo: sed in aliis qui ex vobis sunt/ et in paulo/ et in ceteris apostolis. cōfidentes quia hi omnes qui nō in vacuum cucurrerunt/ sed in fide et iustitia: et ad debitū sibi locum cum domino (cui et compassi sunt) abierunt. quia non hoc seculum dilexerūt: sed eum qui pro ipsis/ et pro nobis mortuus est/ et a deo resuscitatus. In his ergo state: et domini exemplar sequimini/ firmi in fide/ et immutabiles/ fraternitatis amatores/ diligentes inuicem/ in veritate sociati/ mansuetudinē domini alterutri prestantes/ nullum despiciētes. Cū potestis benefacere/ nolite differre: quia elemosyna de morte liberat. Omnes vobis inuicē subiecti estote: conuersationē vestram cōsiderantes irreprehensibilē in gentibus. vt ex bonis operibus vestris: et vos laudem accipiatis/ et dominus in vobis non blasphemet. Ve autem illi: per quem nomen domini blasphematur. Sobrietatem ergo docete omnes: in quam et vos conuersamini. Nimis contristatus sum pro valente: qui presbyter factus est aliquando apud vos/ q sic ignoretis locum qui datus est ei. Moneo itaqz vos vt abstineatis ab auaricia: et sitis casti/ veraces. Abstinete ab omni malo. Qui autem in his nō potest se gubernare: quomodo alii pronunciat hoc. Si quis non abstinuerit ab auaritia: ab idolatria coinquinabitur/ et tanqz inter gentes iudicabitur. Quis ignorat iudicium domini? An nescimus quia sancti mundum iudicabunt: sicut Paulus docet. Ego autem nichil tale sensi in vobis/ vel audiui: in quibus laborauit beatus Paulus. qui estis in principio epistole eius. de vobis etenim gloriatur in omnibus ecclesiis: que deum sole tūc cognouerāt. nos autem nondū noueramus. valde ergo fratres contristor pro illo/ et coniuge eius: quibus det dominus penitentiā verā. Sobrii ergo estote et vos in hoc: et nō sicut inimicos tales existimetis. sed sicut passibilia membra/ et errantia: eos reuocate/ vt omniū vestrum corpus saluetis. hoc enim agentes: vosipsos edificatis. Confido enim vos bene exercitatos esse in sacris litteris: et nichil vos latet (michi autē non est concessum modo) ut his scripturis dictum est. Irascimini et nolite peccare. Et sol non occidat super iracūdiā vestram. Beatus qui meminerit: quod ego credo esse in vobis. deus autem et pater domini nostri ihesu christi/ ipse sempiternus pontifex dei filius christus ihesus: edificet vos in fide/ et veritate/ et in omni mansuetudine/ et sine iracundia/ et in patientia/ et in longanimitate/ et tolerantia/ et castitate. et det vobis sortem/ et partē inter sanctos suos: et nobis vobiscum. et in oībus qui sunt sub celo qui credituri sunt in dominū nostrū ihesum christū/ et in ipsius patrem: qui resuscitauit eum a mortuis. Pro oībus sanctis orate. Orate etiam pro regibus/ et potestatibus/ et principibus/ atqz pro persequentibus et odientibus vos: et pro inimicis crucis/ vt fructus vester manifestus sit in oībus/ vt sitis in illo perfecti. Scripsistis michi et vos et ignatius: ut si quis vadit ad syriam/ deferat litteras meas/ quas et dedero ad vos: si habuerimus tempus oportunū/ siue ego/ seu legatus/ quē misero pro vobis. Epistolas sane Ignatii que transmisse sunt vobis: habeo. et alias quātascūqz apud nos habuim⁹: trāsmisimus vobis (secundū quod mandastis) que sunt subiecte huic epistole. ex oībus enī vobis magnus erit profectus. Continent enim fidem/ patientiā/ et omnē edificationē ad dñm nostrū pertinentē. Et de ipso Ignatio/ et de ipsis qui cum eo sunt: quod certius agnoueritis significate. hec vobis scripsi per crescentē: quē in p̄sentē diem cōmendaui vobis/ et nūc cōmendo. Conuersatus est nobiscū inculpabiliter: credo quia vobiscum similiter. Sororē autē eius habebitis cōmendatā: cum venerit ad vos. Incolumes estote in domino ihesu christo/ in gratia cum omnibus vestris. Amen.

Huī⁹ loci meminit eusebius: et ver tit. Ignatius. Zosymus. Rufus. Paulus.

Valens.

Pro illo/ pro ualente.

Orationes fidelium.

Huī⁹ loci meminit Eusebius: et vertit.

Ignatius.

Ignatius

Crescens.

Operum
Beatissimi Dionysii et
Undecim Epistolarū diuini Ignatii
Antiochēsis ecclesie Episcopi/ et vnius beati Polycarpi Smyrneorū antistitis: discipulorū sanctorū Apostolorum/ et martyrū Ihesu saluatoris mūdi felicissimorū: ad ipsius ihesu saluatoris/ sapiētie sapientū/ et regis martyrū omniū honorē finis. ¶ In alma Parhisiorum schola per Joannem Higmanū et Wolfgangū Hopylium artis formularie socios. Anno ab incarnatione eiusdem domini nostri Jhesu Christi 1 4 9 8. die sexta Februarii.

Recognita ex officina.

¶ Folio 2. numero 8. Ceterum nc sic quidem ad diuine similitudinis varietatem. legendũ veritatem.

¶ Folio 2. numero 13. vt pardũ fore dicentes/ vrsamqꝫ seuientẽ. legendũ vrsãqꝫ indigentẽ.

¶ Folio 11 littera o. et attramentoriũ scriptoris habebat in lumbis. legendũ attramẽtariũ. Et littera p. et vniuscuiusqꝫ vas interius in manu eius. legendũ vas interitus.

¶ Folio 55. numero 37. Jacobus et Petrus supremũ decus/ et antiquissimũ theologicorum columen. legendum theologorum.

¶ Folio 56. numero 41. hierarchie sunt angelicis scilicet congrue lustrationes. legendum angelis.

¶ Folio 57. numero 54. et multarum prius cuiusqꝫ mansionũ. legendũ multo prius.

¶ Folio 58. numero 54. Et in ipso est principium omne: a quo exempla dicuntur. legendum ducuntur.

¶ Sed hec et pauca similia que in formula contigerunt/ in plerisqꝫ emẽdata sunt: et vt deprehendantur statim obuia.

Registrum.

a b c d e f g h i k
l m n o p q r s t Terni
A v duerni.